OFficium quotidie fit, aut Annuale, aut Solemne, aut Semiſolemne, aut Duplex-majus, aut Duplex-minus, aut Semiduplex, ſeu trium Lectionum cum *Te Deum*, aut Simplex, ſeu trium Lectionum ſine *Te Deum*, ut patet ex Tabula ſuperiori. Sub his gradibus comprehenditur Officium, aut de Feſto, aut de Dominica, aut de Feria, aut de Vigilia, aut de Octava, aut de B. Maria in Sabbato. Quia verò hi varii gradus poſſunt eodem die vel concurrere, vel occurrere, dicetur etiam in hac prima Parte de Commemorationibus, Occurrentia, Tranſlatione, & Concurrentia Officii.

CAPUT I.

De Officio Feſtorum Annualium.

1. OFficium Annuale habet primas & ſecundas Veſperas integras niſi concurrat cum alio Annuali, ut dicetur Capite *de Concurrentia Officii.* In utriſque Veſperis habet Reſponſorium quod repetitur ab initio poſt *Gloria Patri.*; & Antiphona *ad Magnificat* duplicatur, id eſt, bis dicitur integra, ſcilicet ante & poſt Canticum. In primis Veſperis habet Orationem diverſam ab ea quæ dicitur in Laudibus; & Antiphona prima & quinta duplicantur. In ſecundis Veſperis duplicatur tantùm Antiphona *ad Magnificat.*

2. Habet Completorium proprium, id eſt, duas Antiphonas proprias, unam ad Pſalmos, alteram ad Canticum, poſt quam dicuntur Preces cum tribus tantùm Verſiculis de Pſalterio, & Oratione quæ dicta eſt ad Veſperas, cui Orationi ſubjungitur Oratio de Pſalterio, *Veritas*, ſub una concluſione. Hoc Completorium dicitur in Feſto, incipiendo à primis Veſperis, & per Octavam, quando fit Officium de Octava; dicitur quoque intrà Octavas Feſtorum Domini, etiamſi non fiat de Octava, niſi occurrat Feſtum Semiſolemne aut ſuprà.

3. Ad Officium Noctis, in unoquoque Nocturno, prima & tertia Antiphona duplicantur, & tertium reſponſorium repetitur ab initio poſt *Gloria Patri.*

4. Si ad Laudes Matutinas habeat Canticum proprium, iſtud Canticum dicitur etiam per Octavam, cùm fit Officium de Octava.

5. Ad Primam dicuntur Preces cum tribus tantùm Verſiculis & Oratione de Pſalterio, cui præmittitur Oratio quæ dicta eſt ad Laudes; & duæ illæ Orationes dicuntur ſub una concluſione. Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Reſponſoriis brevibus adduntur duo *Alleluia*, præterquam à Septuageſima ad Paſcha. Hic ritus Horarum ſervatur tam in die quàm per Octavam; exceptis Dominicis, in quibus non dicuntur duo *Alleluia*, quando Reſp. brevia dicuntur ut in Pſalterio.

6. Tempore Paſchali Officium Annualium fit ut in alio tempore, exceptis quæ ſequuntur. Ad Officium Noctis unicum dicitur Nocturnum, cum tribus Antiphonis, tribus Pſalmis, uno Verſiculo, tribus Lectionibus, & tribus Reſponſoriis; & ordinantur ut notatur in propriis locis.

7. Si Feſtum principale Patroni primarii alicujus loci inciderit Tempore Paſchali, ad Nocturnum Pſalmi erunt de primo Nocturno

Dominicæ in Pſalterio; tres Antiphonæ, Lectiones & Reſponſoria ordinabuntur ut dicetur in III. Parte *de Antiphonis, de Lectionibus, & de Reſponſoriis.*

CAPUT II.

De Officio Solemni.

1. OFficium Solemne fit ut Officium Annuale, excepto quod in primis Veſperis non duplicatur Antiphona quinta, ſed tantùm prima. In Officio noctis non duplicatur Antiphona tertia ſed tantùm prima cujuſque Nocturni; & nonum duntaxat Reſponſorium repetitur ab initio poſt *Gloria Patri.*

2. Tempore Paſchali in Officio Nocturno, Antiphona prima duplicatur, & Reſponſorium tertium repetitur ab initio poſt *Gloria Patri.* Cetera obſervantur ut in alio tempore.

CAPUT III.

De Officio Semiſolemni.

1. OFficium Semiſolemne fit ut Officium Solemne, exceptis quæ ſequuntur.

2. In toto Officio dicuntur Pſalmi Feriales, niſi aliter notetur.

3. Antiphonæ non duplicantur niſi *ad Magnificat* in utriſque Veſperis, & *ad Benedictus* in Laudibus Matutinis. Nulla Reſponſoria repetuntur ab initio poſt *Gloria Patri*, ſed reſumptio fit ab ultima Reclamatione.

4. Ad Completorium ſumuntur Antiphonæ de Pſalterio, & Preces dicuntur ut in Solemnibus cum Oratione Feſti, cui ſubjungitur Oratio de Pſalterio ſub unica concluſione.

5. Ad Officium Noctis in I. Nocturno Lectiones leguntur de Scriptura occurrente, niſi aliter notetur.

6. Ad Primam poſt Preces Oratio Feſti præmittitur Orationi de Pſalterio ſub unica concluſione.

CAPUT IV.

De Officio Duplici-majore.

1. OFficium Duplex-majus fit ut Officium Semiſolemne, exceptis quæ ſequuntur.

2. In Officio Duplici-majore nihil omnino duplicatur.

3. Ad Primam & Completorium dicuntur Preces ut in Semiſolemnibus & ſuprà, ſed dicitur unica Oratio de Pſalterio.

4. Tempore Paſchali Pſalmi dicuntur ſub una Antiphona ad utraſque Veſperas, Officium Noctis, & Laudes Matutinas, niſi aliter notetur.

CAPUT V.

De Officio Duplici-minore.

OFficium Duplex-minus fit ut Officium Duplex-majus, excepto quòd non dicitur Reſponſorium in Veſperis; ſed dicto Capitulo, immediatè dicitur Hymnus, niſi aliter in propriis locis notetur.

2. Ad Primam & Completorium dicuntur Preces, & fit Confeſſio.

CAPUT VI.

De Officio Semiduplici, ſeu trium Lectionum cum Te Deum.

1. FEſtum Semiduplex, ſeu trium Lectionum cum *Te Deum*, nunquam transfertur, ſed de eo fit ipſo die quo cadit: vel ſi eodem die fieri debeat Officium de digniori, tunc de Feſto Semiduplici fit ſolùm Commemoratio, ſi ſolemnitas diei patitur fieri Commemorationem; alioquin omnino omittitur, ut fuſius dicetur Capite *de Commemorationibus*, & Capite *de Occurrentia Officii.*

2. Officium Semiduplex fit ut Officium Duplex-minus, exceptis quæ ſequuntur.

3. In Primis Veſperis Pſalmi dicuntur ſub unica Antiphona, vel de Proprio, vel quæ eſt prima in primis Veſperis de Communi.

4. Officium Noctis unicum habet Nocturnum in quo dicuntur novem Pſalmi ſub tribus Antiphonis, id eſt, tres Pſalmi ſub unaquaque Antiphona, Verſiculus, tres Lectiones, & tria Reſponſoria. Pſalmi dicuntur Feriales ut in Pſalterio; Antiphonæ, Verſiculus & Reſponſoria ſumuntur de Proprio, vel, ſi deſit, de Com-

muni, ſecundùm Feriam; id eſt Feriâ II. & V. de I. Nocturno; Feriâ III. & VI. de II. Nocturno; Feriâ IV. & Sabbato de III. Nocturno: Lectiones verò ordinantur, ut in III. Parte, Capite *de Lectionibus;* & dicitur *Te Deum*.

5. Ad Laudes Matutinas Pſalmi dicuntur ſub unica Antiphona, ſcilicet prima de Laudibus, vel in Communi, vel in Proprio, ſi habeat Officium proprium. Similiter ad ſecundas Veſperas unica dicitur Antiphona, vel de Proprio, vel quæ eſt prima in ſecundis Veſperis de Communi.

CAPUT VII.

De Officio Feſti Simplicis, ſeu trium Lectionum ſine Te Deum.

1. FEſtum Simplex fit eo die quo cadit, niſi contingat eodem die fieri de Feſto Duplici-minori aut ſuprà, vel de die intrà Octavam, vel de Dominica anticipata, vel de B. Maria in Sabbato, vel de Vigilia, vel de Feria majore, vel de Feria minore privilegiata; tunc enim de Feſto Simplici fit ſolùm Commemoratio, ut dicetur Capite *de Commemorationibus;* quia Feſta Simplicia non transferuntur, ut dicetur Capite *de Tranſlatione Feſtorum*.

2. Officium Feſti Simplicis fit ut Officium Feſti Semiduplicis, exceptis quæ ſequuntur.

3. Non habet primas Veſperas integras, ſed incipiunt tantùm à Capitulo, & poſt eas dicuntur Suffragia, ſeu Commemorationes communes de omnibus Sanctis, non de Cruce.

4. Ad Officium Noctis non dicitur *Te Deum*.

5. Poſt Laudes Matutinas, dicuntur Suffragia de Sanctis, non de Cruce.

6. Officium Feſti Simplicis terminatur ad Nonam.

CAPUT VIII.

De Officio Dominicarum.

1. DOminicæ omnes (ut ex ſuperiori Tabula patet) dividuntur in tres claſſes.

Dominicæ I. claſſis excludunt omnia Feſta, etiam Annualia.

Dominicæ II. claſſis cedunt Annualibus, ſed excludunt Solemnia; hæ ſunt numero novem.

Dominicæ III. claſſis ſunt omnes aliæ Dominicæ per annum, quæ vocantur Dominicæ communes, & cedunt Feſto Semiſolemni, & ſuprà; ſed excludunt Duplicia-majora; exceptis iis quæ ſunt Feſta Domini, ſcilicet die Octavâ Epiphaniæ, qui & Baptiſmus Domini, Transfiguratione ejuſdem, Exaltatione, & Inventione S. Crucis, & omnibus Duplicibus-majoribus quæ occurrunt à Vigilia Nativitatis Domini ad Epiphaniam.

Dominicæ III. claſſis excludunt etiam Officia Solemnia quæ in aliquibus locis particularibus, ex devotione, fundatione, vel confraternitate, aut alia populari inſtitutione celebrantur.

2. Officium Dominicæ fit ut Duplex-majus, niſi contingat illud transferri, vel anticipari, ut dicetur infrà. Officium illud habet primas & ſecundas Veſperas integras; ſed in iis non dicitur Reſponſorium, præterquam in primis Veſperis Dominicæ primæ Adventûs, & in ſecundis Veſperis Dominicarum Quadrageſimæ. Cetera obſervantur quæ obſervari debent in Officio Duplici-majore.

3. Cùm Officium Dominicæ ſit Officium Domini, non cedit Officio Sanctorum Duplici-majori, (iis exceptis quæ notantur in Tabula ſuperiori,) & ideo ſi in Sabbato fiat Officium de Sancto cujus Feſtum eſt Duplex-majus, Veſperæ erunt integræ de Dominica ſequenti, cum Commemoratione de Duplici-majore etiam feſtivato à populo. Similiter ſi Feriâ II. fieri debeat de Sancto Duplici-majore, Veſperæ in ipſa Dominica erunt integræ de Dominica, cum Commemoratione de ſequenti.

4. Officium Dominicæ nec tranſ-

fertur, nec anticipatur, nec omnino omittitur niſi in quibuſdam caſibus de quibus dicetur numero ſequenti; ſed ſi in Dominicam inciderit Feſtum cui ſecundùm regulas ſupradictas Officium Dominicæ cedere debeat, fit Commemoratio Dominicæ in utriſque Veſperis, Officio Nocturno & Laudibus, niſi Feſtum ſit Solemne, aut Annuale; tunc enim nulla fit Commemoratio Dominicæ in Choro, ſed fit tantùm ab iis qui privatim & extra Chorum Officium recitant.

5. Si Vigilia Nativitatis Domini aut Epiphaniæ in Dominicam inciderit, fiet Officium ut in propriis locis notatur.

Si Nativitas Domini, Natalis S. Stephani, S. Joannis, aut SS. Innocentium in Dominicam inciderint, Officium Dominicæ fit Semiduplex die 30. Decembris ut ibi notatur.

Si nulla occurrat Dominica inter Circuncisionem & Epiphaniam, eo anno omittitur Officium quod poſitum eſt pro Dominicâ ſi occurrat.

Si Epiphania Domini die Dominicâ evenerit, Officium Dominicæ intrà Octavam Epiphaniæ fit Semiduplex in Sabbato ſequenti, ut notatur in eodem Sabbato; & in ipſa die Octava nihil fit de Dominica.

6. Intrà Octavas Feſtorum Domini, ſcilicet Nativitatis, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & SS. Euchariſtiæ, Officium fit ut in propriis locis notatur; & in his Dominicis nulla fit Commemoratio de Octava, quia ipſum Officium Dominicæ pertinet ad Feſtum de quo eſt Octava.

Intrà verò alias Octavas totum Officium fit de Dominica ut in Pſalterio & Proprio de Tempore, cum Commemoratione Octavæ.

7. Poſitum eſt Officium ſex Dominicarum poſt Epiphaniam, & viginti quatuor poſt Pentecoſten, ut compleatur numerus triginta Dominicarum, quot ſcilicet eſſe poſſunt ab Epiphania ad Septuageſimam, & à Pentecoſte ad Adventum. Si aliquæ ſuperſunt de ſex Dominicis poſt Epiphaniam propter occurſum Septuageſimæ, tunc Officia Dominicarum quæ ſuperſunt, ponuntur poſt Dominicam vigeſimam quartam à Pentecoſte, eo ordine qui ibi notatur.

8. Si aliqua Dominica poſt Epiphaniam ſuperſit cujus Officium poni non poſſit poſt Pentecoſten; tunc hujus Officium ponitur ſub ritu Simplici, in Sabbato, vel in proxima Feria ante Septuageſimam, eo ritu qui notatur in eodem Sabbato; & ſi per totam Hebdomadam nulla ſit Feria, Officium Dominicæ fit in Sabbato, modò Feſtum in eo occurrens ſit tantùm trium Lectionum, quia tunc de Feſto non fit niſi Commemoratio. Sed ſi Feſtum occurrens in Sabbato ſit novem Lectionum, fit duntaxat Commemoratio de Dominica, & Officium de Feſto.

9. Idem obſervatur de Dominica II. poſt Epiphaniam, quando Septuageſima evenit immediatè poſt Octavam Epiphaniæ, ut notatur Sabbato poſt dictam Octavam.

10. Idem etiam obſervatur, ſi poſt Pentecoſten ſint tantùm viginti tres Dominicæ; tunc enim Sabbato ante Dominicam vigeſimam tertiam anticipatur Officium hujus Dominicæ, aut ſaltem ejus Commemoratio, ut etiam notatur in ipſo Sabbato ante dictam Dominicam vigeſimam tertiam: Officium autem Dominicæ XXIV. in his annis omittitur.

11. Tempore Paſchali Officium Dominicæ unicum habet Nocturnum in Officio Noctis, & omnia obſervantur ut in propriis locis notatur.

CAPUT IX.

De Officio Feriæ.

1. OFficium Feriæ incipit ubi præcedens Officium deficit, & ibi deficit ſeu terminatur, ubi Officium diei ſequentis incipit.

2. In Officio Noctis unicum habet Nocturnum, quod extra Tempus

Paſchale conſtat novem Pſalmis ſub tribus Antiphonis cum uno Verſiculo, uti diſponuntur in Pſalterio, & tribus Lectionibus, cum tribus Reſponſoriis, ut notatur in Proprio de Tempore, & non dicitur *Te Deum*. Tempore verò Paſchali dicuntur tantùm tres Pſalmi ſub una Antiphona, ut notatur in Proprio de Tempore.

3. Ab Octava Epiphaniæ ad Dominicam Paſſionis, dicuntur poſt Laudes & Veſperas Suffragia de omnibus Sanctis: à Dominica in Albis depoſitis ad Aſcenſionem, & à Dominica prima poſt Pentecoſten quæ eſt SS. Trinitatis ad Adventum, tam poſt Laudes quàm poſt Veſperas, in Officio Feriali præmittuntur Suffragia de Cruce Suffragiis de Sanctis pro diverſitate temporis.

4. Sed præter iſta quæ obſervantur in omni Officio Feriali, alia ſunt obſervanda pro diverſitate Feriarum.

5. Feriæ aliæ ſunt majores, aliæ minores; & inter majores & minores, aliæ ſunt privilegiatæ, aliæ non privilegiatæ.

6. Feriæ majores privilegiatæ ſunt, Vigilia Nativitatis Domini, Feria IV. Cinerum, Feriæ omnes à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis depoſitis, & à Vigilia Pentecoſtes incluſivè ad Dominicam SS. Trinitatis. Horum dierum, ſeu Feriarum Officium nulli cedit Officio, ne quidem Annuali, & in his diebus Officium ordinatur ut in propriis locis notatur.

7. Feriæ majores non privilegiatæ, ſunt Feriæ Adventûs & Quadrageſimæ, Feriæ Rogationum, Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis Domini, Feriæ Quatuor Temporum & omnes Vigiliæ. Hæ Feriæ non cedunt niſi Officio Semiduplici aut ſuperiori: & ſi de eis non fiat Officium propter Feſtum occurrens, fit Commemoratio in Officio Nocturno, ſi habeant Evangelium proprium, & etiam poſt Laudes & Veſperas, exceptis Feriis Rogationum, Feriis Vigiliarum, & Quatuor Temporum, quarum Commemoratio fit in Officio Nocturno, & poſt Laudes tantùm. Excipiuntur etiam Feriæ Quadrageſimæ, in quibus de Semiduplici occurrente non fit niſi Commemoratio.

8. In omni Feria majori (niſi aliter notetur) Preces dicuntur flexis genibus ad Laudes, ad Horas, & ad Veſperas, ſi ſint de Feria. Tempore verò Paſchali non dicuntur Preces niſi ad Primam & Completorium, & non flectuntur genua.

9. In feriis Quadrageſimæ Veſperæ dicuntur ante comeſtionem, quia olim jejunium ſolvebatur tantùm poſt Veſperas & ſolis occaſum; in aliis verò Feriis majoribus, Nona dicitur ante prandium, quia olim his diebus jejunium ſolvebatur poſt Nonam.

10. Cùm in Veſperis propter Feſtum occurrens vel concurrens fit Commemoratio de Feria majore, ſi ſit Feria Quatuor Temporum, Adventûs, vel Rogationum, non dicitur Oratio de Laudibus, ſed dicitur Oratio Dominicæ præcedentis. In Feriis verò Quadrageſimæ, ſumitur Oratio propria quæ poſita eſt ad Veſperas.

11. Feriæ minores aliæ ſunt privilegiatæ, aliæ non privilegiatæ. Feriæ minores privilegiatæ cedunt Officio Semiduplici, ſed excludunt Feſta Simplicia, & Officium de B. Maria in Sabbato. Hæ ſunt omnes Feriæ à Septuageſima ad Feriam IV. Cinerum excluſivè: & Feriæ omnes Temporis Paſchalis, in quibus fit quidem de B. Maria in Sabbato, ſed de Simplicibus non fit niſi Commemoratio.

12. Feriæ minores non privilegiatæ, ſunt aliæ Feriæ omnes per annum, & cedunt omni Officio ſive Feſti Simplicis & ſuprà, ſive de B. Maria in Sabbato, ſive de Octava quacunque.

13. In hoc differunt Feriæ majo-

res à minoribus, quòd in Feriis minoribus etiam privilegiatis non dicuntur Preces ad Laudes & ad Veſperas: non flectuntur genua: non habent Orationem propriam, ſed Orationem Dominicæ præcedentis; exceptis Feriis Hebdomadæ ultimæ poſt Pentecoſten; & ſi fieri contingat Officium de digniori, nulla fit Commemoratio de Feria minore etiam privilegiata, ſed ejus Officium omnino omittitur.

14. Non convenit incipere Officium quod proſequi non licebit; & ideo cum de Feſto Simplici in Feriam majorem incidente fiat tantùm Commemoratio, ſi in die quæ præcedit Feriam majorem fiat de Feria minore, vel de Feſto alio Simplici quod terminatur ad Nonam Veſperæ non erunt à Capitulo de Feſto Simplici ſequente, ne inceptum Officium videatur poſtea dimitti; ſed Veſperæ erunt Feriales de Feria minore ut in Pſalterio, ſine Precibus, cum Commemoratione de Feſto Simplici; nec ideo Veſperæ erunt quaſi primæ Veſperæ de Feria majore: Feria enim nunquam habet primas Veſperas.

Caput X.

De Officio Vigiliarum.

1. De Vigilia fit Officium diebus quibus in Calendario apponitur hæc vox *Vigilia*; niſi in die Vigiliæ occurrat Feſtum Semiduplex & ſuprà, vel dies intrà Octavam: tunc enim in Officio Semiduplici, vel de Octava, legitur ultima Lectio de Homilia Vigiliæ, & dicitur Reſponſorium Evangelicum ejuſdem, fitque Commemoratio de ea ad Laudes tantùm per Antiphonam ad *Benedictus*; cum ℣. Feriæ occurrentis in Pſalterio, & Oratione Vigiliæ, præterquam in illis Feſtis majoribus quæ inferiùs excipiuntur.

2. Si Vigilia occurrat in Dominica, de ea fit Officium in Sabbato, quod non ſit impeditum Feſto Semiduplici; quia tunc de Vigilia fit tantùm Commemoratio in Sabbato, u dictum eſt.

3. Excipiuntur ab hac regula Vig liæ Nativitatis & Epiphaniæ D mini; quæ ſi venerint in Dominica fiet de illis, ut in propriis Rubric ordinatur.

4. Si Vigilia S. Joannis-Baptiſt venerit in Feſtum SS. Euchariſtiæ anticipatur jejunium cum Offic Vigiliæ in Feriam IV. præceden tem. Si verò aliqua Vigilia vener in Adventu, Quadrageſima, v Quatuor Temporibus, nulla in h Feriis de Vigilia fit Commemora tio.

5. Officium Vigiliæ incipit a Nocturnum, & terminatur ad No nam, quia Veſperæ ſunt de Feſto ſ quenti. Illud Officium totum eſt d Feria occurrente, ut in Pſalterio j. & ij. Lectio leguntur de Scriptur occurrente, iij. de Homilia in Evan gelium Vigiliæ, ut in propriis loc aſſignatur: j. & ij. Reſponſoriu ſunt de Feria occurrente; iij. e Evangelicum de Vigilia. Extra Tem pus Paſchale dicuntur Preces Feria les flexis genibus, Oratio propria & Suffragia aſſueta.

6. Excipitur ab hoc Ordinario V giliarum, Vigilia Pentecoſtes, qu cum uno Nocturno & tribus Pſa mis, & ſub Officio Simplici celebr tur: & Vigilia Natalis Domini quæ (Nocturno Feriæ excepto) i Laudibus & Horis habet Officiu Duplex-minus. In Vigiliis ve Epiphaniæ & Aſcenſionis quæ n jejunantur, & ſuo ſemper die fiunt fit Officium ut in propriis locis n tatur.

Caput XI.

De Officio Octavarum.

1. De Octava fit Officium p octo dies continuos, vel ſa tem Commemoratio, quando al quo Feſto vel Dominicâ impeditu Quòd ſi aliquod Feſtum quod cel brari ſolet cum Octava, paulò an te Adventum vel Quadrageſima evenerit, & jam per aliquot die

factum ſit Officium de ejus Octava; adveniente Adventu vel Quadrageſimâ nihil ampliùs fit de Octava, nequidem Commemoratio. Idem ſervabitur de Octavis nondum abſolutis, v. g. de Octava S. Peregrini, quando ſupervenerit Vigilia Pentecoſtes.

2. Officium Hebdomadarum Paſchæ & Pentecoſtes terminatur ad Nonam in Sabbato ſequenti.

3. Quando dies anniverſarius Dedicationis celebratur in Dominica, dies Octava terminatur etiam in Sabbato ſequenti, ſed in ipſo Sabbato poſt Veſperas de Dominica fit Commemoratio Octavæ.

4. Officium dierum intrà Octavam fit Semiduplex, exceptis Hebdomadis Paſchæ & Pentecoſtes quæ habent proprium ſibi ritum, gradum & privilegium, ut notatur in propriis locis.

5. De Feſtis Semiduplicibus & ſuprà intrà Octavas occurrentibus, fit totum Officium incipiendo à primis Veſperis, cum Commemoratione Octavæ poſt utraſque Veſperas & Laudes.

Excipiuntur dies intrà Hebdomadas Paſchæ & Pentecoſtes, in quibus fit ſemper de Feria: excipiuntur etiam dies intrà Octavam SS. Euchariſtiæ, in quibus fit quidem Officium de Feſto Semiſolemni & ſuprà ſi occurrat, ſed quodcunque aliud Feſtum Duplex transfertur poſt Octavam. De Semiduplici autem occurrente, fit tantùm Commemoratio poſt utraſque Veſperas & Laudes: de Simplici, poſt Veſperas & Laudes tantùm.

Excipiuntur etiam dies intrà Octavam Aſcenſionis Domini, in quibus fit de Duplici-minore occurrente, ſed de Semiduplici fit tantùm Commemoratio.

6. Ipſa dies Octava omnium Annualium, exceptâ die Octavâ SS. Euchariſtiæ, quæ eſt Semiſolemnis, fit ſub ritu Duplici-majore. Dies Octava Solemnium, ſub *ritu Duplici*-minore, exceptâ die Octavâ Epiphaniæ, in qua fit Duplex-majus propter Baptiſmum Domini. Dies Octava Semiſolemnium celebratur ſub ritu tantùm Semiduplici.

7. Si duæ Octavæ ſimul occurrant, fiet Officium de digniori cum Commemoratione alterius. Dignitas autem Octavæ attendenda eſt non à ſolemnitate tantùm, ſed à dignitate Feſti; & ideo ſi Octavæ Feſtorum Domini Solemnium v. g. Epiphaniæ aut Aſcenſionis, & Octavæ Patroni primarii alicujus loci, cujus Feſtum eſt Annuale, occurrant ſimul, fiet de Octava Domini cum Commemoratione Octavæ Patroni.

8. Officium intrà Octavam habet Pſalmos Feriales ut in Pſalterio; & nihil duplicatur: ad Officium Noctis unicum habet Nocturnum, ſcilicet novem Pſalmos ſub tribus Antiphonis, tres Lectiones, tria Reſponſoria: Antiphonæ, Verſiculus & tria Reſponſoria ſumuntur ex uno de Nocturnis Feſti ſecundùm Feriam, id eſt, Feriâ II. & V. ex I. Nocturno; Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno; Feriâ IV. & Sabbato ex III. Nocturno, niſi aliter notetur: j. & ij. Lectio de Scriptura occurrente, iij. ex Proprio. Ad Laudes Canticum dicitur ut in die Feſto, ſi ſit proprium, Pſalmi verò dicuntur ſub una Antiphona, ſcilicet prima de Feſto; & ſic ad Veſperas omiſſo Reſponſorio; cetera ut in die. Tempore autem Paſchali ad Officium Noctis dicuntur tantùm tres Pſalmi ut notantur in Proprio de Tempore.

9. Si Feſtum Patroni alicujus loci non habeat Officium proprium à D. D. Epiſcopo approbatum, illud ſumitur ex Communi tam in die quàm per Octavam.

10. Intrà Octavas quaſcunque ad Officium Noctis dicitur *Te Deum*. Ad Horas, Reſponſoriis brevibus adduntur duo *Alleluia*, etiamſi Officium non fiat de Octava; exceptis tamen Dominicis, ſi Reſponſoria

[illegible] ſumantur de Pſalterio.

11. In ipſa die Octava cujuſcunque Feſti, niſi aliter notetur, Pſalmi dicuntur de Feria, & nihil duplicatur. Item in primis Veſperis diei Octavæ, Antiphonæ & alia ſumuntur de ſecundis Veſperis Feſti. Sed præter iſta quæ obſervantur in omni die Octavâ, alia ſunt obſervanda pro diverſitate Octavarum.

12. In die Octava Annualium, Officium fit ut in die Feſti, niſi aliter notetur.

In die Octava Solemnium, Officium fit etiam ut in die Feſti, ſed ad utraſque Veſperas non dicitur Reſponſorium.

In die Octava Semiſolemnium, Officium fit ut intrà Octavam.

Caput XII.

De Officio B. Mariæ in Sabbato.

1. IN omnibus Sabbatis per annum, excepto tempore Adventûs, & à Dominica in Septuageſima ad Paſcha, fit Officium de B. Maria in Sabbato, quemadmodum circa finem Breviarii diſponitur, niſi Quatuor Tempora aut Vigiliæ occurrant, vel niſi fieri debeat de Feria propter Officium alicujus Dominicæ Sabbato anticipandum, (ut in Rubrica de Dominicis dictum eſt;) & niſi fiat Officium Semiduplex, vel de Octava. De Feſto autem Simplici in Sabbato occurrente fit tantùm Commemoratio ſine Lectione, etiamſi propriam habuerit.

2. Quandò propter aliquod Feſtum occurrens, non poteſt fieri Officium de B. Maria in Sabbato, nulla fit de ea Commemoratio.

3. Quia Officium de B. Maria in Sabbato incipit tantùm Feriâ VI. à Capitulo Veſperarum, ſi Feriâ VI. occurrat Feſtum Semiduplex, Pſalmi dicuntur ſub unica Antiphona de Feſto, & à Capitulo fit de B. M. cum Commemoratione Feſti. Si verò Feſtum occurrens Feriâ VI. fit Duplex aut ſuprà, quod non ſit de ipſa B. Maria, tunc in Veſperis fit tantùm Commemoratio de eâ. Quod ſi Officium Feriæ VI. eſſet de ipſâ B. Maria, nulla alia de ea facienda eſſet Commemoratio.

4. Ad Nocturnum, extra Tempus Paſchale, dicuntur novem Pſalmi de Sabbato, ſub tribus Antiphonis in Officio B. Mariæ in Sabbato poſitis: Tempore verò Paſchali dicuntur tantùm tres Pſalmi de Sabbato in Proprio de Tempore notati, ſub una Antiphona in Officio de B. M. poſita. In utroque Tempore dicitur *Te Deum.* Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente; iij. verò Lectio, Reſponſoria & alia omnia in Laudibus & Horis, ut in Officio de B. Maria in Sabbato aſſignantur. Poſt Veſperas & Laudes non fiunt Suffragia. Officium terminatur ad Nonam.

Caput XIII.

De Commemorationibus.

1. QUotieſcumque duo Feſta ſeu Officia eodem die ſimul occurrunt, quorum minùs dignum, nec transferri nec anticipari ſolet aut debet; tunc Officium fit de digniori, cum Commemoratione de minùs digno in utriſque Veſperis, Officio Nocturno & Laudibus, ſecundùm gradum & dignitatem vel Officii in quo fit Commemoratio, vel Officii de quo fit Commemoratio, ut infrà fuſiùs explicabitur Cap. 14. de occurrentia Officii & Tranſlatione Feſtorum.

2. Commemoratio alia eſt ſolemnis, alia ordinaria; Commemoratio ſolemnis fit cùm Feſtum Annuale aut Solemne concurrit cum alio Annuali aut Solemni: unde Commemoratio ſolemnis nunquam occurrit, ſed tantùm concurrit, & non fit niſi de ſequenti pro primis Veſperis. Hæc Commemoratio nunquam omittitur, nequidem in Choro; fit autem hoc modo. Poſt Veſperas, dicto *Benedicamus Domino*, dicitur Antiphona ad *Magnificat* integra de eo Officio cujus fit Commemoratio Solemnis; deinde Canticum *Magnificat*, quod cantatur ſolemniter: & poſt *Gloria Patri* &

Sicut erat, repetitur Antiphona integra, quâ finitâ ſine jubilo, omiſſo etiam Verſiculo, dicitur *Dominus vobiſcum*, cum Oratione convenienti.

Commemoratio ordinaria eſt omnis alia Commemoratio facienda propter occurrentiam vel concurrentiam Officii.

3. Commemoratio ordinaria regulariter fit poſt Laudes & Veſperas, & in Officio Nocturno, niſi infrà aliter notetur; fit autem hoc modo: Poſt Veſperas & Laudes, finitâ Oratione Feſti de quo fit Officium, & dicto *Benedicamus*, ſumitur Antiphona ad *Magnificat*, ſeu *Benedictus* de Proprio, vel de Communi illius Officii de quo facienda eſt Commemoratio, cum Verſiculo ibi ſumendo ubi ſumitur Antiphona, & cum Oratione convenienti.

Si Commemoratio facienda habeat eandem Antiphonam & Verſiculum, ac Officium illius diei, verbi gratiâ, ſi in Officio Martyris, quod ſumitur ex Communi, occurrat Commemoratio de alio Martyre in Communi; tunc Commemoratio in primis Veſperis ſumitur ex Laudibus per Antiphonam ad *Benedictus*, & Verſiculum ex Laudibus; & ad Laudes per Antiphonam ad *Magnificat*, & Verſiculum ex primis Veſperis. Si autem Oratio Officii, & Oratio Commemorationis ſit eadem; Oratio de Commemoratione mutabitur in aliam Orationem ex eodem Communi, quæ ideo duplex ponitur. Si fiat Commemoratio de Feria majore, quæ non habeat Antiphonas proprias ad *Benedictus*, & *Magnificat*, Antiphona & Verſiculus ſumentur ex Pſalterio. Si in Officio Feſti alicujus contingat fieri Commemorationem de Dominica, vel de Feria majore proprium Evangelium habente; tunc in Officio Noctis ultima Lectio erit de Evangelio Dominicæ vel Feriæ majoris cum ejus Homiliæ prima Lectione & Reſponſorio ejuſdem Evangelico. Et fit hæc Commemoratio etiam in Officio trium Lectionum. Si tamen Feſtum Annuale aut Solemne alicujus Sancti Tempore Paſchali occurrat in Dominica, vel in Feriis Rogationum; tunc, quia prima Lectio erit de Scriptura occurrente, ſecunda de Hiſtoria Sancti, tertia de Evangelio ejus Officii cum Homilia, omittitur Lectio Evangelii Dominicæ, vel Feriæ Rogationum occurrentis, cum ejus Homilia, & Reſponſorio.

Commemoratio de Sancto in Officio Nocturno, fit tantùm in Officio novem Lectionum; ſed non ſemper fit, ut modò dicetur: fit autem hoc modò: Omiſſâ nonâ Lectione Feſti de quo fit Officium, dicitur pro nona Lectione Lectio Legendæ ſeu Hiſtoriæ de Sancto de quo facienda eſt Commemoratio: ſi autem hæc Legenda duas habeat Lectiones ſub uno titulo, duæ Lectiones coguntur in unam pro nona Lectione: Si autem Legenda duas habeat Lectiones ſub diverſis titulis, ſumitur tantùm prima Lectio de Legenda, & omittitur altera. Poſt Lectionem, ſive ex duabus facta ſit, ſive unâ tantum conſtet, omittitur nonum Reſponſorium Feſti de quo fit Officium, & dicitur ultimum Reſponſorium de Sancto de quo fit Commemoratio; ſi non habeat proprium, ſumitur nonum de Communi.

4. Hæc Commemoratio de Sancto in Officio novem Lectionum pro ultima Lectione, & Reſponſorio ultimo omittitur in omnibus Dominicis, & Feſtis Semiſolemnibus ac ſuprà.

5. Commemoratio ſive de Occurrente, ſive de Concurrente fit in omnibus Feſtis Semiſolemnibus & infrà: in Feſtis autem Annualibus & Solemnibus non fit Commemoratio, niſi de Feſto Semiſolemni aut ſuprà, concurrente.

Excipitur dies Natalis ſancti Stephani, in quo fit Commemoratio ſancti Joannis, & Octavæ Nativitatis Domini. Excipiuntur etiam dies intrà Octavam ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, de qua fit Commemoratio, quando occurrit Feſtum Annuale aut Solemne.

6. De Feria minore, ſeu privilegiata ſeu non privilegiata nulla fit Commemoratio in quocunque Officio Feſti occurrentis vel concurrentis.

7. Quando contigerit fieri plures Commemorationes, ſervetur ordo gradûs & dignitatis. Ordo gradûs exigit ut priùs fiat Commemoratio de eo de quo debet fieri Officium, quàm de eo de quo debet ſolùm fieri Commemoratio: de Duplici ante Semiduplex, & ſic de ceteris. Ordo dignitatis exigit ut fiat Commemoratio de Dominica ante Commemorationem de quocunque Duplici-majore, quia Officium Dominicæ eſt Officium Domini: de B. Maria ante aliam Commemorationem de Feſto quocunque de quo fieri non debet Officium, & ſic de ceteris; & Commemoratio de quocunque Sancto ante Suffragia, ut dicetur infrà, Cap. *de Suffragiis.*

8. De Feſto Semiduplici vel Simplici nulla fit Commemoratio à primis Veſperis Feriæ quintæ in Cœna Domini ad Feriam tertiam Paſchæ incluſivè, & à primis Veſperis Pentecoſtes ad Feriam tertiam ejuſdem incluſivè; ſed de eo fit Commemoratio ſine Lectione in Feria ſecundâ, tertiâ & quartâ majoris Hebdomadæ: Feriâ quartâ, quintâ, ſextâ & Sabbato Paſchæ: Feriâ quartâ, quintâ, ſextâ & Sabbato Pentecoſtes, & poſt Laudes Vigiliæ Pentecoſtes.

Caput XIV.

De Occurrentia Officii, & Tranſlatione Feſtorum.

1. Si duo Feſta eodem die occurrant ſimul; Officium fit de Feſto ſuperioris gradûs, Tranſlatio verò de Feſto inferioris gradûs, ſi ſit transferendum. Quòd ſi ſint ejuſdem gradûs, Officium fiat de digniori; Tranſlatio de minùs digno: & quia Officium Dominicæ eſt Officium Domini, præſtat omni alii Officio Duplici-majori, exceptis iis quæ notantur in Tabula ſuperiori. Si Feſtum inferioris gradûs vel minùs dignum non ſit transferendum, de eo fiat tantùm Commemoratio ut ſuprà dictum eſt, Capit. XIII. *de Commemorationibus.* Ab hac regula tamen excipiuntur Feſta particularia alicujus loci, & Feſta quæ incidunt in dies privilegiatos, de quibus infrà.

2. Feſta Duplicia-minora & ſuprà, occurrentia in Feſto vel digniori, vel ſuperioris gradûs, transferuntur in proximam diem Feſto novem Lectionum non impeditam, ſeu ſit Feſtum Semiduplex, ſeu Simplex, ſeu de Octava, ſeu Feria major non privilegiata: & tunc de Officio Semiduplicis, ſeu Simplicis, ſeu Feriæ majoris fit ſolùm Commemoratio ſecundùm regulam poſitam ſuprà, Cap. XIII. *de Commemorationibus.*

Excipiuntur ab hac regula Feſta Annualia & Solemnia, quæ transferuntur in primam diem Feſto à populo feſtivato non impeditam. Feſta verò Semiduplicia & Simplicia non transferuntur, ſed de eis, cùm in Feſtum ſuperioris gradûs incidunt, fit ſolùm Commemoratio, ſi ſolemnitas diei patitur Commemorationem, ut dictum eſt ſuprà, Cap. XIII. *de Commemorationibus.*

3. Si Feſtum Annuale aut Solemne alicujus loci particularis occurrat cum Feſto Semiſolemni feſtivato à populo per totam Diœceſim, transfertur, ſi ſit Feſtum patroni, in proximam diem Feſto à populo feſtivato non impeditam; ſi ſit anniverſarius dies Dedicationis Eccleſiæ particularis, transfertur in Dominicam ſequentem; vel ſi Dominica ſit impedita etiam ſimili Feſto feſtivato & Semiſolemni, tunc Feſtum Dedica-

tionis anticipatur in Dominicam præcedentem ; v. g. Si Feſtum Dedicationis Eccleſiæ particularis incidat in Dominicam in qua eo anno occurrat Feſtum Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ aut aliud ſimile, transferetur in Dominicam ſequentem : ſi incidat in Dominicam ultimam poſt Pentecoſten, anticipabitur in Dominicam præcedentem, quia Dominica ultima poſt Pentecoſten eſt privilegiata primæ Claſſis.

4. Si aliqua Feſta occurrunt in iis Dominicis, ſeu Feriis majoribus quæ in Tabula ſuperiori dicuntur privilegiatæ, obſervetur quod in ea Tabula præſcribitur, & transferatur Feſtum quod excludit illa Dominica, vel Feria major privilegiata ; vel ſi Feſtum non ſit transferendum juxta Rubricam ſuperiorem num. 2. de eo fiat Commemoratio, ſi illa Dominica vel Feria patitur Commemorationem : aut omnino omittatur eo anno, ut ſuprà dictum eſt.

5. Feſta Annualia & Solemnia ſi transferantur, feſtivantur eo die in quem transferuntur. Cetera Feſta à populo feſtivata cùm transferuntur, feſtivantur eo die quo cadunt, & ſolum Officium transfertur ; excepto Feſto Nativitatis S. Joannis-Baptiſtæ quod feſtivatur eo die in quem transfertur, propter relationem quam habet cum Feſtis Domini.

6. Si plura Feſta novem Lectionum transferenda ſint, priùs transferatur illud quod eſt ſuperioris gradûs : v. g. Duplex-majus ante Duplex-minus ; ſi ſint æqualis gradûs, dignius ante minùs dignum transferatur ; ſi ſint ejuſdem gradûs & dignitatis, transferantur eo ordine quo occurrerunt in Calendario.

7. Cùm transfertur Feſtum in quo debet fieri Commemoratio aliqua, Commemoratio non transfertur, ſed fit die ſuo, eo modo quo notatur facienda, id eſt à privatim & extra Chorum recitantibus, vel etiam in Choro, ſi ſolemnitas diei patiatur.

8. Si Feſtum Incarnationis ſeu Annuntiationis Domini transfertur poſt Dominicam in Albis depoſitis, de eo fiet Feriâ II. nonobſtante quocunque Feſto, etiam Patroni alicujus loci : Veſperæ in ipſa Dominica erunt de Feſto Incarnationis ſine ulla Commemoratione de Dominica, (niſi Officium dicatur extra Chorum) & cum Completorio de Feſto.

9. Si Feſtum S. Marci occurrat in Dominica, vel intrà Hebdomadam Paſchæ, Officium ejus transfertur in proximam diem Officio Duplici-minore aut ſuprà non impeditam, abſtinentia verò à carnibus cum Proceſſione & Litaniis ad diem 25. Aprilis pertinentibus fit tantùm Feriâ VI. poſt Dominicam in albis, ſi illa dies 25. occurrat in Hebdomada Paſchæ : ſi autem occurrat in Dominica, transferetur in Feriam VI. ſequentem.

10. Officium non debet anticipari, ſi commodè fieri poteſt ; anticipatur autem in caſibus ſequentibus.

Si Feſtum SS. Saviniani & Potentiani ac Columbæ (31. Decembris) occurrat in Dominica, anticipabitur in Sabbatum præcedens.

Si ipſa dies Octava Patroni primarii vel alterius Annualis quod non ſit Feſtum Domini, occurrat in Dominica, vel in Feſto ſuperioris gradûs aut dignitatis, vel in Feſto à populo feſtivato, dies Octava anticipabitur in diem præcedentem ; v. g. dies Octava Inventionis ſeu Revelationis Corporis S. Stephani, anticipatur in Vigiliam S. Laurentii ; ſi autem Vigilia S. Laurentii occurrat in Dominica, dies Octava S. Stephani anticipatur iterum cum Vigilia in Sabbatum præcedens, id eſt in diem 8. Auguſti, & ſic in ſimili caſu. Quod ſi dies Octava alicujus Annualis non Domini, inciderit in Feſtum æqualis gradûs & dignitatis, & non feſtivatum, Officium fit de die Octava, & Feſtum transfertur.

11. De die Octava Annualium Domini fit, etiamſi occurrat in Dominica aut in alio Feſto ejuſdem gradûs, v. g. Quando ipſa dies Oc-

tava SS. Euchariſtiæ, quæ eſt Semi-ſolemnis, occurrit in Feſto SS. Petri & Pauli, fit Officium de die Octava SS. Euchariſtiæ, & Officium SS. Petri & Pauli transfertur in Feriam VI. ſequentem.

Dies Octava Solemnium non anticipatur ſi occurrat in Dominica vel Duplici-majore aut ſuprà, ſed poſt utraſque Veſperas & Laudes Dominicæ, aut Feſti, fit Commemoratio de die Octava.

Excipitur dies Octava Epiphaniæ Domini, de qua fit Officium quocunque die evenerit, & dies Octava Dedicationis Eccleſiæ, quæ anticipatur.

Excipitur etiam dies Octava Aſcenſionis Domini, de qua fit Officium propter dignitatem, etiamſi eâdem die occurrat Feſtum Duplex-majus; tunc enim Feſtum transferri debet.

12. Quando transfertur Feſtum habens Octavam, non ideo dies ejus Octava transfertur, ſed de ea fit ipsâ die quæ aliàs eſſet dies Octava ſi Feſtum non fuiſſet tranſlatum. Quod ſi Feſtum poſt totam ſuam Octavam transferri contigerit, illo anno celebrabitur ſine Octava.

Anticipantur aliquando Officia quarumdam Dominicarum; ſed quando & quomodo debeant anticipari notatur in propriis locis.

CAPUT XV.

De Concurrentia Officii.

1. Concurrentia Officii attendenda eſt ſemper in ſecundis Veſperis Feſti præcedentis, quomodo ſit ordinandum Officium cum Feſto ſequenti. Itaque cum dicitur Officium aliquod cum alio concurrere, intelligitur de præcedenti in ſecundis Veſperis, cum ſequenti in primis Veſperis.

2. In Concurrentia Officii hæc duo conſideranda ſunt, Gradus & Dignitas. Gradus attenditur ſecundùm denominationem Solemnitatis. Sic Feſtum Annuale habet gradum ſuperiorem, & Solemne inferiorem; *& ſic de ceteris.*

Dignitas attenditur ab eo cujus eſt Officium. Sic inter Feſta æqualis gradûs, Officium Feſtorum Domini dignius eſt Officio Feſtorum quorumcunque quæ non ſunt Domini; Officium de B. Maria præſtat cuicunque Officio de Sanctis; Officium Angelorum Officio S. Joannis-Baptiſtæ; Officium S. Joannis-Baptiſtæ Officio Apoſtolorum & Evangeliſtarum; Officium Apoſtolorum ceteris Officiis Sanctorum; ſed cetera Officia, ſcilicet Martyrum, Pontificum, Virginum, &c. ſunt inter ſe ejuſdem dignitatis.

3. Inter Feſta Annualia vel Solemnia concurrentia ſervetur hic ordo. Si Feſtum Annuale vel Solemne per totam diœceſim concurrat cum Feſto ejuſdem gradûs, ſed quod non celebratur per totam Diœceſim, in ſecundis Veſperis fiet de præcedenti cum Commemoratione ſolemni de ſequenti.

Si concurrant Feſta Annualia per totam Diœceſim, quæ non ſint ejuſdem dignitatis, Veſperæ erunt de digniori, cum Commemoratione ſolemni de minùs digno, ſi Feſtum minùs dignum ſit de ſequenti; ſi verò ſit de præcedenti, de eo fiet tantùm Commemoratio ordinaria, quia Commemoratio Solemnis fit tantùm pro primis Veſperis Feſti ſequentis. Sic Feſtum Nativitatis Domini habet ſecundas Veſperas integras cum Commemoratione ſolemni de Feſto S. Stephani, quod eſt etiam Annuale. Feſta autem Annualia aut Solemnia ejuſdem gradûs & dignitatis celebrata per totam diœceſim, nunquam concurrunt.

Si concurrant Feſta diverſi gradûs, ſcilicet Annualia cum Solemnibus, vel Solemnia cum Annualibus; Veſperæ erunt de feſto ſuperioris gradûs, exceptis Feſtis Domini, de quibus mox dicetur.

4. Feſta Domini Solemnia cum ſuis Octavis, ſi habeant, gaudent privilegio Annualium propter dignitatem: hæc ſunt Epiphania, Præ-

, ſi ſint ejuſdem gradûs &
is , Veſperæ erunt à Capi-
ſequenti , cum Commemo-
ordinaria de præcedenti. Si
ejuſdem gradûs , vel ſi eùm
dem gradûs , non ſint ejuſ-
;nitatis , Veſperæ erunt inte-
Feſto ſuperiori , vel digniori ,
ommemoratione de inferiori
ùs digno.
ter Officia Feſtorum ejuſdem
& dignitatis , illud eſt etiam
ndum , quòd Officium Feſti
lo feſtivati præſtare debet
Feſti à populo non feſtivati.
Octava Inventionis Corpo-
phani non habet ſecundas
s , ſed Veſperæ ſunt integræ
nentio , licèt in Urbe Au-
enſi & ſuburbiis ſint duo Of-
ſdem gradûs & dignitatis.
n poteſt concurrere Feſtum
cum Feſto Simplici , quia
a Feſti Simplicis termina-
Nonam : neque poteſt Feria
re cum Feria , quia Feria
n habet primas Veſperas.
in craſtinum Feſti Simplicis
eria , Veſperæ erunt Feria-
a Pſalterio , non quòd Feria

ſemu Eccleſiæ mane perſolvitur , di-
citur vulgato nomine Matutinum.
Officium Diurnum , ſic nuncupatum
quòd per diem celebrari ſoleat , ad
exemplum ejuſdem Davidis , qui
ſepties in die laudem dicebat Domi-
no , in ſeptem Horas dividitur , quæ
ſunt ; Laudes , ſic dictæ à Pſalmis
Laudum , qui hâc horâ Deo cantan-
tur : Matutinæ , quòd manè perſol-
vantur : Prima , quæ orto ſole ante
Officium Capituli : Tertia , quæ in-
ter ortum ſolis & meridiem : Sexta ,
quæ meridie ante prandium : Nona,
quæ intermeridiem & occaſum ſolis;
Veſperæ , quæ occidente ſole , ſive
adveſperaſcente die ante cœnam ;
Completorium denique , quod com-
pleto die , ante cubitum , Deo per-
ſolvitur : ſicque omne Officium con-
ſummatur.

De his octo Horis ſigillatim agen-
dum.

CAPUT I.

De Officio Nocturno.

1. AD Officium Nocturnum, Ce-
lebrans , dictis ſecretò *Pater*,
Ave , *Credo* , clarâ ſed demiſſâ voce
dicit, *Domine labia mea*, &c. pollice
ſignando ſibi os ſigno crucis. Tum

Partis deſcribitur. Dicto Pſalmo, & repetito Invitatorio, dicitur Hymnus.

2. Poſtea in Duplicibus-minoribus & ſuprà, (extra Tempus Paſchale) dicuntur novem Pſalmi cum totidem Antiphonis, tribus Verſiculis, novem Lectionibus ac Reſponſóriis per tres Nocturnos diſtinctis hoc modo:

3. In I. Nocturno dicuntur tres Pſalmi cum tribus Antiphonis, ſcilicet poſt ſingulos Pſalmos Antiphona una. Antiphonam tertiam ſequitur Verſiculus; poſt quem dicitur ſecretò & ad longum, *Pater noſter*, uſque ad *Et ne nos*, &c. quod clarâ voce pronuntiatur. Sequitur Benedictio, *Deus*, *Domini*, &c. & aliæ poſt Pſalterium poſitæ; quæ ſingulæ ſingulas Lectiones præcedunt. Deinde leguntur tres Lectiones de Scriptura, quæ per ordinem in Officio de Tempore occurrunt, (niſi propriæ de Scriptura aſſignentur;) & poſt ſingulas Lectiones dicitur unum Reſponſorium conveniens Officio; ſi de Tempore, ut in Proprio de Tempore; ſi de Sancto, ut in proprio vel Communi Sanctorum, etiamſi Lectiones fuerint de Tempore. In fine ultimi Reſponſorii cujuſque Nocturni dicitur *Gloria Patri*, cum repetitione partis Reſponſorii, niſi aliter in propriis locis notetur.

4. In II. Nocturno dicuntur alii tres Pſalmi cum totidem Antiphonis, Verſiculus alius, *Pater noſter*, & Benedictiones; tres Lectiones de aliquo Sermone aut Tractatu alicujus Sancti, aut de Vita illius Sancti de quo fit Officium, & poſt quamlibet Lectionem unum Reſponſorium.

5. In III. Nocturno, alii tres Pſalmi cum Antiphonis, Verſiculo; *Pater noſter*, & Benedictionibus, ut ſuprà. Leguntur tres Lectiones de Homilia in Evangelium de Tempore vel de Feſto, ſecundùm qualitatem Officii, ultimâ interdum exceptâ, ut videbitur infrà. Et primæ Lectioni de Homilia ſemper præponitur principium Evangelii de quo eſt Homilia. Poſt ſingulas Lectiones unum dicitur Reſponſorium, & poſt ultimum dicitur *Te Deum*, niſi aliter notetur.

6. Excipiuntur ab hoc ritu Lectionum, Officia Nocturna tridui antè Paſcha, & Defunctorum, in quibus Lectiones dicuntur ut in ſuis locis ponitur.

7. In Feſtis Semiduplicibus & Simplicibus poſt Invitatorium & Hymnum, (extra Tempus Paſchale) dicuntur novem Pſalmi ſub tribus Antiphonis cum Verſiculo ex Proprio, vel ex Nocturno de Communi ſecundùm Feriam, tres videlicet Pſalmi ſub una Antiphona; poſtea *Pater noſter*; deinde tres Lectiones ſub tribus Benedictionibus: ſcilicet ſi Feſtum habet duas Lectiones proprias, j. Lectio erit de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis, ij. & iij. de Feſto. Si Feſtum unicam habet Lectionem propriam, j. & ij. Lectio erunt de Scriptura, & ex tribus fient duæ; iij. de Feſto. Poſt unamquamque Lectionem dicitur unum Reſponſorium ex Proprio, vel ex eodem Nocturno de Communi ſecundùm Feriam; poſtea (in Semiduplicibus tantùm) dicitur *Te Deum*.

8. In Officio Feriæ (extra Tempus Paſchale) Invitatorium & Hymnus, ſi non ſint in Proprio de Tempore, dicuntur ut in Pſalterio; deinde novem Pſalmi ſub tribus Antiphonis cum Verſiculo ut in Pſalterio: poſt Verſiculum, *Pater noſter*; deinde tres Lectiones ſub tribus Benedictionibus; quæ Lectiones erunt de Scriptura occurrente in Proprio de Tempore, niſi pro ultima Lectione legatur Evangelium cum ſua Homilia, tribus ex Scriptura occurrente in duas coactis. Poſt ſingulas Lectiones dicitur Reſponſorium, ut notatur in Proprio de Tempore.

9. Officium Nocturnum communiter ſequuntur Laudes, ut infrà: ſi

dicantur continuò, dici-
ntegra concluſione Oratio
uæ dicenda eſt ad Laudes,
poſt, dicitur *Dominus vo-*
deinde in fine, *Benedica-*
mino. In Feriis majoribus
mpus Paſchale) ante Ora-
Dominus vobiſcum, dicun-
genibus Preces poſitæ ad

mpore Paſchali, id eſt, à
Reſurrectionis ad Sabba-
Pentecoſten incluſivè, tam
de Tempore quàm de
ad Officium Noctis unicum
octurnum conſtans tribus
totidem Lectionibus, &
riis. Pſalmi variantur ut
n Proprio de Tempore; &
ibus-majoribus & infrà,
cio de Feria dicuntur ſub
tiphona.
mnibus verò & Annuali-
Dominica intrà Octavam
is, & in ipſa die Octava,
ſto & die Octava S. Pere-
icuntur Pſalmi ſub tribus
s.

CAPUT II.

Laudibus Matutinis.

e Laudes, dicuntur *Pa-*
& *Ave*, ſi ab Officio No-
arentur; ſi verò non ſe-
ſtatim Poſt *Te Deum*,
do non dicitur) poſt ulti-
onſorium, dicitur à Sa-
bdomadario, verſus qui
Verſus Sacerdotalis vulgò
; deinde ab eodem dicitur,
jutorium, &c. ut ſuprà,
r Pſalmi & Canticum
honis Officio convenien-
habetur in Pſalterio pro
Hebdomadæ die; vel ut
Proprio de Tempore vel

Duplicibus- minoribus &
extra Tempus Paſchale)
uinque Antiphonæ; quæ
nt propriæ, ſumuntur de
. At in Feſtis Semiduplici-
plicibus, Pſalmi dicuntur

ſub prima & unica Antiphona de Laudibus illius Communis de quo fit Officium. Intrà Octavas verò ſub prima & unica Antiphona de Laudibus Feſti, niſi alia aſſignetur; in Feriali verò Officio dicuntur Pſalmi cum ſuis Antiphonis ut in Pſalterio. Poſt Pſalmos dicitur Capitulum, Hymnus, Verſiculus, Canticum *Benedictus*, cum Antiphona & Oratione: omnia pro qualitate Officii.

3. Preces, quando dicendæ ſunt, dicuntur poſt Antiphonam ad *Benedictus*. Ante Orationem dicitur *Dominus vobiſcum*, vel *Domine exaudi orationem meam*, & *Oremus*. Poſt Orationem repetitur *Dominus vobiſcum*, deinde dicitur *Benedicamus Domino*. ℟. *Deo gratias*, & ſecretò, ℣. *Fidelium animæ, per miſericordiam Dei requieſcant in pace: Amen.* & *Pater noſter*.

4. Si verò Commemorationes ſunt faciendæ, fiunt poſt *Benedicamus*; & poſt ultimam Orationem dicitur iterum *Benedicamus*, &c. ut ſuprà.

Tempore Paſchali in Semiſolemnibus & infrà, ac etiam in Officio Feriali, Pſalmi dicuntur ſub una Antiphona, niſi aliter notetur. In Feſtis verò Annualibus & Solemnibus, ac in Dominica intrà Octavam Aſcenſionis, & in ipſa die Octava: item in Feſto & die Octava S. Peregrini, Pſalmi dicuntur ſub quinque Antiphonis. Cetera ut in alio tempore.

CAPUT III.

De Prima.

1. AD Primam, dictis ſecretò *Pater*, *Ave* & *Credo*, dicitur *Deus in adjutorium*, & Hymnus *Jam lucis*. Deinde dicuntur tres Pſalmi ſub una Antiphona. Pſalmi in Feſtis Annualibus ac Solemnibus, ut notantur pro die Dominica in Pſalterio. In omni alio Officio tam de Tempore quàm de Sanctis, aut de Feria, ſumuntur Pſalmi Feriales ut in Pſalterio, niſi aliter notetur. In Feſtis, ad omnes Horas Antiphonæ quando propriæ non aſſignantur,

ſumuntur de Laudibus quartâ prætermiſsâ : & ideo ad Primam ſumitur prima Antiphona de Laudibus. In Feriali verò Officio ad Horas ſumuntur Antiphonæ ut notantur in Pſalterio, vel in Proprio de Tempore, pro unaquaque Hora.

2. Poſt Antiphonam dicitur Capitulum, *Regi ſeculorum ;* cujus loco in Feriali Officio (extra Tempus Paſchale) dicitur Capitulum, *Domine miſerere noſtri.* Deinde ℟. breve, *Chriſte Jeſu*, cujus Verſus in certis temporibus ac diebus variatur, ut notatur ſuo loco. Poſt ℟. breve dicitur *Kyrie eleiſon*, cum aliis Precibus de Pſalterio hoc modo. In Dominicis, & Duplicibus-majoribus ac ſuprà, Preces non dicuntur integræ, nec fit Confeſſio, ſed poſt ℣. *Carnis reſurrectionem*, dicuntur tres primi Verſiculi de Pſalterio ; deinde ℣. *Domine exaudi orationem meam ;* ℣. *Dominus vobiſcum*, & Oratio, *Domine ſancte, Pater omnipotens.*

In Semiſolemnibus & ſuprà, ac intrà Octavas Feſtorum Domini, (exceptâ Paſchæ Hebdomadâ) atque etiam intrà Octavas Sanctorum, ſed tantùm quando fit de Octava, dictis Verſiculis ut in Duplicibus-majoribus, Oratio Feſti præmittitur & jungitur Orationi *Domine ſancte ; Pater omnipotens*, ſub una & eadem concluſione, ut dicetur infrà Capite *de Orationibus.* Intrà Octavas Semiſolemnium, etiamſi fiat de Octava, dicitur Oratio unica de Pſalterio.

In Feſtis Duplicibus-minoribus, Semiduplicibus, Simplicibus & Feriis, Preces dicuntur ad Primam, ut notantur in Pſalterio ubi de Feriis.

3. Excipiuntur ab hoc ritu, Prima Feriæ V. in Cœna Domini, & ſequentium dierum uſque ad Dominicam in Albis depoſitis excluſivè, & Prima Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quæ dicuntur prout notatur in propriis locis.

4. Poſt Orationem Primæ dicto *Benedicamus Domino*, fit Officium Capituli hoc modo : Poſt Benedictionem fit Lectio Canonis qui quâlibet die varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore, vel de Sanctis poſt Lectiones Officii Nocturni, vel poſt Laudes ; & hic Canon etiam à privatim recitantibus legitur. Lecto Canone, in Choro legitur Martyrologium ; ſed extra Chorum lectio Martyrologii fit ad libitum : deinde dicitur ℣. *Pretioſa*, & *Sancta Maria ;* & immediatè (in Feſtis à populo feſtivatis, & diebus Dominicis) dicitur ℣. *Adjutorium, &c.* diebus verò non feſtivatis à populo, poſt *Sancta Maria*, & poſt Necrologium (ſi legatur) dicuntur immediatè ℣℣. qui notantur dicendi ante laborem quotidianum, cum Oratione *Actiones ;* deinde ℣. *Adjutorium*, &c.

CAPUT IV.

De Horis, Tertia, Sexta & Nona.

1. AD Tertiam, Sextam & Nonam, dictis ſecretò *Pater* & *Ave*, dicitur, *Deus in adjutorium*, & Hymnus : deinde Pſalmi per Ferias diſtributi, (præterquam in Feſtis Annualibus ac Solemnibus, in quibus dicuntur Pſalmi de Dominica :) quibus dictis cum Antiphona, dicitur Capitulum & ℟. breve, pro qualitate Officii. Poſt ℟. breve, (niſi dicendæ ſint Preces) dicitur, *Dominus vobiſcum*, vel *Domine exaudi*, & Oratio diei quæ habetur in Proprio de Tempore : ſi autem de Sancto, Oratio ut in Proprio Sanctorum ; alioquin ut in Communi.

2. Poſt Orationem repetitur *Dominus vobiſcum*, & dicitur *Benedicamus Domino*, & ſecretò, *Fidelium animæ, Pater noſter.*

3. Excipiuntur Horæ tridui ante Paſcha, & ſequentis Hebdomadæ, atque Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, ut dicetur III. Parte ubi de Reſponſoriis brevibus.

CAPUT V.

De Veſperis.

1. AD Veſperas, dictis ſecretò *Pater* & *Ave*, dicitur *Deus in adjutorium*. Deinde quinque Pſalmi cum quinque Antiphonis, ut in Proprio aut Communi Sanctorum ſignatur; exceptis Feſtis Semiduplicibus, ac Simplicibus, & diebus intrà Octavas, in quibus Pſalmi dicuntur ſub una Antiphona. In Dominicis autem & Feriis, Antiphonæ & Pſalmi ſemper dicuntur ut in Pſalterio, exceptis Dominicis in Adventu, & Quadrageſima; & in triduo ante Paſcha.

2. Poſt Pſalmos & Antiphonas dicitur Capitulum, Reſponſorium, (ſi dicendum ſit) Hymnus, Verſiculus, Antiphona ad *Magnificat*, cum eodem Cantico & Oratione. Omnia de Tempore vel de Sancto, pro qualitate Officii. Sed in Duplicibus-majoribus & ſuprà, poſt Capitulum dicitur Reſponſorium tam in primis quàm in ſecundis Veſperis, exceptis quibuſdam diebus ut in propriis locis annotatur. In Dominicis omnibus Quadrageſimæ ad ſecundas Veſperas ſemper dicitur Reſponſorium. Poſt ℟. dicitur Hymnus, ℣. Antiphona ad *Magnificat*, &c. ut ſuprà.

3. Preces, quando dicendæ ſunt, dicuntur poſt Antiphonam ad *Magnificat*. Quando fiunt Commemorationes, ſive propriæ, ſive communes, (vulgò Suffragia) fiunt poſt *Benedicamus*; & in fine ultimæ Orationis dicitur iterum, *Dominus vobiſcum*, vel *Domine exaudi*, *Benedicamus Domino*. Terminatur autem Officium Veſperarum ut in aliis Horis, ſi ſeparentur à Completorio.

CAPUT VI.

De Completorio.

1. AD Completorium (niſi ſeparetur à Veſperis) abſolutè dicitur, *Converte nos*, ſignando pectus pollice: tum *Deus in adjutorium*, faciendo ſignum crucis: Pſalmi tres cum Antiphona, Hymnus, Capitulum, Verſiculus, Canticum *Nunc dimittis*, cum Antiphona, &c. ut in fine Pſalterii, niſi aliter notetur. Poſt Canticum & ejus Antiphonam dicuntur Preces ut in Pſalterio, eodem ritu quo dictæ ſunt ad Primam: ſcilicet in Feſtis Duplicibus-majoribus & ſuprà, atque etiam in Dominicis, & per Octavas quaſcunque non fit Confeſſio, ſed poſt ℣. *Carnis reſurrectionem*, dicuntur tantùm tres Verſiculi de Pſalterio, deinde ℣. *Domine exaudi*, &c. & ℣. *Dominus vobiſcum*, &c. Tum in Semiſolemnibus & ſuprà, ac intrà Octavas Feſtorum Domini, etiamſi fiat de occurrente Duplici-majore aut infrà, atque etiam intrà Octavas Sanctorum, ſi fiat de Octava, dicitur Oratio ad Feſtum pertinens, & præmittitur Orationi de Pſalterio ſub una concluſione. In Duplicibus autem majoribus & Dominicis per annum, atque etiam intrà Octavas Semiſolemnium dicitur Oratio unica de Pſalterio. In Duplicibus-minoribus & infrà, dicuntur Preces integræ de Pſalterio, & quidem flexis genibus, ſi ad Veſperas dictæ ſint Preces Feriales.

2. Quando ad Completorium ponuntur Antiphonæ propriæ alicui Feſto, ſi ſit Feſtum Domini, dicuntur per totam Octavam, niſi occurrat Feſtum habens Antiphonas proprias. Si Feſtum non ſit Domini, dicuntur tantùm quando Officium fit de Octava.

3. Finito Completorio dicitur ſecretò, *Pater*, *Ave* & *Credo*.

4. Excipitur ab hoc ritu Completorium Feriæ V. in Cœna Domini, & dierum ſequentium uſque ad Sabbatum intrà Hebdomadam Paſchæ excluſivè, in quibus dicitur prout notatur in propriis locis.

PARS TERTIA.

DE HORARUM PARTIBUS.

SIngulæ Horæ (niſi aliter notetur) inchoantur per *Deus in adjutorium*, præmiſſo ad Offi-

dum Nocturnum, *Domine labia*, ad Laudes, ℣. *Sacerdotali*, & ad Completorium, *Converte nos.*

CAPUT I.

De Invitatorio.

1. INvitatorium dicitur in omni Officio Nocturno cum Pſalmo, *Venite*; ſed variatur pro Officii qualitate, ut in Pſalterio & Proprio de Tempore, ac in Proprio & Communi Sanctorum.

2. Tempore Paſchali, in fine Invitatorii additur unicum *Alleluia*. Non dicitur Invitatorium in die Epiphaniæ, nec in triduo ante Paſcha.

CAPUT II.

De Hymnis.

1. HYmnus ſemper dicitur in qualibet Hora, præterquam à triduo ante Paſcha uſque ad Dominicam in Albis depoſitis excluſivè, & præterquam in Officio Defunctorum.

2. In utriſque Veſperis, dicitur poſt Reſponſorium, (ſi dicatur;) alioquin poſt Capitulum. Ad Officium Nocturnum dicitur poſt Pſalmum *Venite*, repetito Invitatorio. Ad Laudes poſt Capitulum. Ad Horas ante Pſalmos. Ad Completorium poſt Antiphonam quæ dicitur poſt Pſalmos.

CAPUT III.

De Pſalmis.

1. PSalmi eo modo & ordine quo in Pſalterio ſunt diſtributi, ſingulis diebus dicuntur ad omnes Horas & Nocturnas & Diurnas, non ſolùm in Officio de Tempore, ſed etiam in Officio de Sanctis; ut ſecundùm antiquum Eccleſiæ uſum ſingulis hebdomadis integrum recitetur Pſalterium. Ab hoc ritu nequidem Annualia & Solemnia Feſta excipiuntur, quantùm ad primas Veſperas, (in quibus ſemper Pſalmi Feriales dicuntur;) ſed ſolùm quantùm ad Officium diei Feſti, in quo ad omnes Horas Nocturnas & Diurnas, dicuntur Pſalmi de Dominica, niſi alii aſſignentur. Excipitur etiam Officium tridui ante Paſcha in quo Pſalmi dicuntur ut in propriis locis notantur. Tempore Paſchali dicuntur tantùm tres Pſalmi, prout in Proprio de Tempore notantur.

2. In fine Pſalmorum, & ad quamlibet Pſalmorum diviſionem, ſemper dicitur *Gloria Patri*, & *Sicut erat*; præterquam in triduo ante Paſcha, tunc enim in fine Pſalmorum nihil dicitur; & in Officio Defunctorum poſt Pſalmos & Cantica loco *Gloria Patri*, dicitur *Requiem æternam*, *&c.*

CAPUT IV.

De Canticis.

1. CAntica dicuntur in Officio tam de Tempore quàm de Sanctis, ad Laudes, Veſperas & Completorium, ut in Pſalterio diſtribuuntur, niſi alia in Proprio tam de Tempore quàm de Sanctis aſſignentur. Excipitur tamen Completorium Hebdomadæ Paſchæ, in quo non dicitur Canticum.

2. Canticum in Pſalmis Laudum variatur ſecundùm diverſitatem Officii. Feſta Domini Annualia & Solemnia, item Feſtum S. Peregrini, & Feſta Beatæ Mariæ Virginis feſtivata à populo, atque etiam Feſtum Dedicationis Eccleſiæ, habent ſuum Canticum ut in proprio loco notatur, tam in die quàm per Octavam, quoties fit de Octava.

3. Suum etiam habent Canticum Officium Defunctorum, & Officium parvum Beatæ Mariæ, ac Officium tridui ante Paſcha.

4. In ceteris Officiis de Tempore & de Sanctis, inde ſumitur Canticum unde ſumuntur Pſalmi Laudum.

5. In Annualibus & Solemnibus cùm dicantur Pſalmi de Dominica, dicitur & Canticum de Dominica, niſi aliud aſſignetur.

In aliis Feſtis cùm dicantur Pſalmi Feriales, dicitur & Canticum ibi notatum pro Feſtivali Officio. In Officio verò Feriali dicitur Canticum Feriale.

6. In fine omnium Canticorum dicitur *Gloria Patri*, & *Sicut erat*. Excipitur Canticum, *Benedicite*, in cujus fine loco *Gloria Patri*, dicitur, *Benedicamus Patrem*, & *Laudemus*, ut ibidem ponitur. In Officio autem tridui ante Paſcha, poſt Cantica nihil dicitur, & in Officio Defunctorum omiſſo *Gloria Patri*, dicitur *Requiem æternam*.

CAPUT V.

De Antiphonis.

1. AD omnes Horas Nocturnas & Diurnas ſemper cum Pſalmis dicuntur Antiphonæ, vel una, vel plures, pro diverſitate Officii & Horarum.

2. Si de Tempore fiat Officium, putà de Dominica aut de Feria, dicuntur in omnibus Horis vel Nocturnis vel Diurnis Antiphonæ poſt Pſalmos ut in Pſalterio habentur, niſi aliter notetur. Antiphonæ poſitæ ad Completorium in Pſalterio, non mutantur niſi in Feſtis Annualibus & Solemnibus, ac per eorum Octavas, quando fit Officium de Octava. Intrà Octavas Feſtorum Domini, etiamſi Officium non fiat de Octava, dicuntur Antiphonæ de Octava, niſi occurrat aliud Feſtum habens Antiphonas proprias.

3. In utriſque Veſperis Duplicium minorum & ſuprà, ſemper dicuntur Antiphonæ, ſive ex Communi, ſive ex Proprio Sanctorum. In utriſque Veſperis Semiduplicium, Pſalmi dicuntur ſub unica Antiphona propria, vel prima ex Communi. Ad Horas ſimiliter, tam in Officio de Tempore quàm de Sanctis, quando propriæ habentur in Laudibus Antiphonæ, & aliæ propriæ non fuerint ad Horas, ſumuntur ex Laudibus hoc ordine: Ad Primam, prima; ad Tertiam, ſecunda; ad Sextam, tertia; ad Nonam, quinta.

4. Tempore Paſchali tam in Officio de Tempore quàm de Sanctis Pſalmi dicuntur in omnibus Horis Nocturnis & Diurnis ſub una Antiphona, niſi aliter notetur; & in fine omnium Antiphonarum additur *Alleluia*.

5. In quocunque Officio, Antiphonæ eodem ſemper modo dicuntur: videlicet inchoantur tantùm ante Pſalmos & Cantica; & poſt Pſalmos & Cantica integræ dicuntur.

Excipiuntur tamen 1°. Antiphonæ nonnullæ quæ in Feſtis Semi-ſolemnibus & ſuprà duplicantur; id eſt, bis integræ dicuntur, ſcilicet ante & poſt Pſalmos & Cantica, ut notatum eſt Parte I. Cap. 1. 2. 3.

Excipiuntur 2°. aliæ quædam Antiphonæ Feriarum, quæ etiam duplicantur; ſcilicet Antiphona ad *Magnificat*, in Sabbato ante Dominicam primam Adventûs; Omnes Antiphonæ *O* in Adventu; Antiphona ad *Benedictus*, in Vigilia Nativitatis Domini; & Antiphona ad *Magnificat*, in Sabbato ante Dominicam in Ramis Palmarum.

Excipiuntur 3°. Antiphonæ quæ dicuntur pro Commemoratione Solemni, quæ etiam integræ dicuntur ante & poſt *Magnificat*.

6. In Feriis quando Antiphona ſumitur ex initio Pſalmi, & incipit ſicut Pſalmus, poſt inceptam Antiphonam repetitur initium Pſalmi; & continuatur quod ſequitur in Pſalmo. In Officio autem quod ſine cantu recitatur, Pſalmi & Cantica inchoantur abſque Antiphonarum impoſitione, niſi Antiphonæ duplicentur.

7. Antiphonis propriis tam in Officio de Tempore quàm de Sanctis, ſemper cedunt quæ habentur in Pſalterio, & in Communi Sanctorum.

8. Quando fit aliqua Commemoratio, ſemper dicitur Antiphona cum Verſiculo ante Orationem, quæ ſumitur ex Officio, quod convenit ei de quo fit Commemoratio; ita ut in Veſperis ſumatur Antiphona quæ aſſignatur ad *Magnificat*, & in Laudibus quæ ad *Benedictus*, cum Verſiculis qui habentur poſt Hymnum, niſi aliter notetur.

CAPUT VI.

De Verſiculis.

1. VErſiculus ſemper dicitur poſt Antiphonam quæ ſequitur ultimum Pſalmum cujuſque Nocturni, ſive in Officio dicantur tria Nocturna, ſive unicum. Ad Laudes & Veſperas dicitur poſt Hymnum: ad Horas in ℟. brevi, dicitur poſt repetitionem Reſponſorii, dicto *Gloria Patri;* & quando non dicitur *Gloria Patri*, poſt repetitionem Reſponſorii. Quando Verſiculus cantatur cum Neumate in fine, non reſpondetur altâ voce, ſed tantùm ſecretò, dum protrahitur Neuma.

2. Verſiculis prædictis, ſicut & ad Primam, Verſiculo *Pretioſa*, Tempore Paſchali ſemper additur in fine Reſponſionis Verſiculi, *Alleluia;* non autem in fine Verſuum Reſponſoriorum quorumcunque. In Verſiculis qui dicuntur ad Primam & Completorium, nunquam additur *Alleluia.*

3. In omni Officio trium Lectionum, ſi ſumatur ex Officio novem Lectionum, Verſiculus dicitur ſecundùm Feriam, id eſt, ℣. primi Nocturni dicitur Feriâ II.& V.℣. ſecundi, Feriâ III. & VI. & ℣. tertii, Feriâ IV. & Sabbato.

CAPUT VII.

De Benedictionibus ante Lectiones.

1. BEnedictiones, ut diſponuntur poſt Pſalterium, dicuntur ante Lectiones, eo modo quo dictum eſt ſuprà, Capite *de Officio Nocturno;* præterquam in Officio tridui ante Paſcha, & Defunctorum, in quo non dicuntur Benedictiones. Variantur autem pro diverſitate Officiorum, id eſt, ſive novem, ſive trium Lectionum; ſive de Tempore, ſive de Sanctis; & pro varietate temporum, ut ibidem poſt Pſalterium notatur.

2. In Officio trium Lectionum de Sanctis ſumuntur tres Benedictiones notatæ pro II. Nocturno in Officio ix. Lectionum de Sanctis.

3. Qui ſolus recitat Officium ante Benedictionem omittit hæc verba; *Jube Domine benedicere.*

4. In Choro, in his Eccleſiis ubi unicus eſt Sacerdos, nec habetur Diaconus à quo cantari poſſit Lectio Evangelica, cùm ipſe Sacerdos cantat eam Lectionem, non dicit *Jube Domine*, ſed omiſſo *Jube*, &c. dicit Benedictionem Evangelicam. Idem obſervatur, cùm privatim recitat Officium Sacerdos cum aliis Clericis inter quos nec eſt Diaconus, nec alius Sacerdos.

CAPUT VIII.

De Lectionibus.

1. LEctiones leguntur poſt Pſalmos Nocturnorum, dictis Antiphonis & Verſiculis, ut dictum eſt ſuprà, ubi de Officio Nocturno, præmiſſo ſemper, *Pater noſter*, &c.

2. In Duplicibus minoribus & ſuprà (extra Tempus Paſchale) leguntur novem Lectiones; tres ſcilicet in quolibet Nocturno. In Feſtis autem Semiduplicibus ac Simplicibus, in Feriis, ac intrà Octavas, & toto Tempore Paſchali tres tantùm leguntur.

3. In Officio novem Lectionum, in I. Nocturno leguntur tres Lectiones ex ſacra Scriptura, quæ per ordinem & ſuâ quâque die in Officio de Tempore occurrunt legendæ, niſi aliæ ſuis locis aſſignentur. In II. Nocturno leguntur, ut deſignantur in Proprio. In III. Nocturno leguntur de Homilia in Evangelium, ut in Proprio aſſignantur; & primæ Lectioni de Homilia præponitur principium Evangelii, quod eo die legitur in Miſſa. Excipiuntur ab hoc Lectionum Ordinario Officium tridui ante Paſcha, & Officium Defunctorum, in quibus Homiliæ non leguntur.

4. Si loco ultimæ Lectionis Officii poni debeat Lectio de aliquo Sancto, vel de Evangelio Dominicæ aut Feriæ majoris, cùm occurrunt, obſervetur quod dictum eſt ſuprà in I. Parte, Cap. 13. *de Commemorationibus.*

5. In Officio trium Lectionum

ntur Lectiones ut ſequitur.
a duas habeat Lectiones pro-
Lectio erit de Scriptura oc-
, tribus in unam coactis ; ij.
Feſto. Si unam tantùm ha-
ctionem propriam , j. & ij.
Scriptura , tribus in duas
ij. de Feſto. In Feriali verò
es Lectiones erunt de Scrip-
i legenda ſit Homilia pro
ne : tunc enim tres Lectio-
riptura coguntur in duas.
ando duæ tantùm leguntur
de Scriptura , prima legi-
in Proprio , ſecunda vero
junguntur in unam.
mpore Paſchali in Feſtis
n Annualibus & Solemni-
ectio erit de Scriptura ; ij.
ia Sancti ; iij. de Evangelio
ii cum Homilia. In aliis ve-
Lectiones ordinabuntur ſicut
mpore ordinantur, quando
m leguntur Lectiones.
amen dies Dedicationis in-
n Dominicam Temporis
, vel in Ferias Rogatio-
Choro, j. & ij. Lectio erunt
mmuni Dedicationis , iij.
gelio Feſti ; ſed ab iis qui
Officium recitant , j. Lectio
: Scriptura ut in Commu-
is in unam coactis , ij. de
Dedicationis , iij. de Evan-
cii occurrentis.
Feſto non habente Evan-
Officium Nocturnum , fa-
Commemoratio de Officio
vangelium , j. Lectio erit
ura , ij. de Feſto , duabus
ſint) in unam coactis ,
angelio Officii occurrentis
acienda eſt Commemora-

illa prorſus eſſe debet dies
in qua ad Officium No-
non legatur de Scriptura
e propria , ſive occurrente.
cium ix. Lectionum tres
I. Nocturni erunt de Scrip-
t Officium iij. Lectionum,
ctio , aut *ſaltem j. erunt*

de Scriptura ſecundùm regulam ſuprà poſitam.

11. Initia Librorum ſacræ Scripturæ nunquam omittuntur ; ſed ſi in die in qua ponitur Initium alicujus Libri contingat fieri Officium habens Scripturam propriam , ut ſunt Officia Annualia & Solemnia , tunc Initium Libri ponitur die ſequenti ; quòd ſi contingat etiam in hac die ſequenti poni Initium alterius Libri , quod ſæpe accidit quando leguntur Prophetæ minores , tunc ſi ſit Officium ix. Lectionum , j. Lectio erit de Initio Libri in die præcedente poſiti ; ij. & iij. Lectio de Initio Libri poſiti in hac ipſa die in qua fit Officium ; ſi verò ſit Officium Semiduplex in quo duæ ſint Lectiones de Sancto , tunc hâc vice duæ Lectiones de Sancto coguntur in unam pro iij. Lectione , ut in j. & ij. Lectione poni poſſint duo Initia Librorum Scripturæ , ſcilicet diei præcedentis & diei præſentis. Cùm autem omittuntur Lectiones de Scriptura occurrente propter Feſtum habens Scripturam propriam , vel propter Initium libri Scripturæ quod in hanc diem tranſlatum fuerit , non reſumuntur illæ Lectiones omiſſæ , ſed eo anno omittuntur , & reſumuntur tantùm Initia Librorum omiſſa.

12. Omnia Officia Annualia & Solemnia (excepto Feſto Conceptionis B. Mariæ propter Adventum) habent proprias de Scriptura ſelectas Lectiones. In omnibus aliis Officiis (paucis exceptis , ut in propriis locis notatur) leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

13. Lectiones primi Nocturni leguntur cum titulo Libri , ex quo ſumuntur , (niſi aliter in propriis locis notetur.) Lectiones etiam ſecundi Nocturni , quando ſunt ex aliquo Sermone , Tractatu , Epiſtola aut alio quovis libro SS. Patrum , leguntur cum titulo & nomine autoris. Et ſimiliter in tertio Nocturno præponitur titulus & nomen autoris , *cujus eſt Homilia quæ legitur.*

14. Ante quamlibet Lectionem, niſi aliter notetur, Lector dicit, *Jube Domine benedicere*. & in fine, *Tu autem Domine miſerere noſtri*; & reſpondetur, *Deo gratias*. præterquam in Officio tridui ante Paſcha; & in Officio Defunctorum, ut ſuis locis ponitur. Ad Lectiones omnium Prophetarum, loco *Tu autem Domine*, dicitur, *Hæc dicit Dominus Deus; Convertimini ad me, & ſalvi eritis*: & reſpondetur ſimiliter, *Deo gratias*.

CAPUT IX.

De Reſponſoriis poſt Lectiones.

1. AD Officium Nocturnum Reſponſoria dicuntur poſt quamlibet cujuſque Nocturni Lectionem; ſicque in Officio novem Lectionum, dicuntur novem Reſponſoria; & in Officio trium Lectionum dicuntur tria.

2. Sumuntur autem Reſponſoria in Officio de Sanctis ex Proprio vel Communi Sanctorum. In Officio trium Lectionum, cujus Reſponſoria ex Officio novem Lectionum ſumenda ſunt, ſumuntur hoc ordine: Feriâ II. & V. ex I. Nocturno; Feriâ III. & VI. ex ſecundo; Feriâ IV. & Sabbato ex tertio, niſi aliter in proprio loco notetur. Sed in Feſtis Temporis Paſchalis Reſponſoria dicuntur ut notantur in Communi Sanctorum Tempore Paſchali, niſi propria adſint.

3. In Feriali Officio (extra Tempus Paſchale) Reſponſoria ſumuntur ex Dominica præcedenti, niſi aliter notetur, aut propria Reſponſoria huic Feriæ aſſignentur: ſumuntur autem alternatim ex I. & II. Nocturno, hoc ordine: Feriâ II. IV. & VI. ex I. Nocturno, Feriâ III. V. & Sabbato, (ſi fiat de Feria) ex II. Nocturno. Cùm autem propria Reſponſoria cuidam Feriæ aſſignantur, & eâ die dici non poſſunt propter Feſtum occurrens de quo fiat Officium, hæc Reſponſoria propria huic Feriæ non reſumuntur in alia Feria, niſi notetur, ſed omittuntur eo anno. Reſponſoria verè una Dominica ponuntur, reſumuntur in Officio ſeu F ſeu etiam Dominicarum tium, quandiu alia Reſponſ aſſignantur; & ſi quando Re ria quæ ponuntur in Dor dici non poſſunt in Dominic que in Feriis ſequentibus Officia Feſtorum vel Octava currentium, ea Reſponſoria ſumuntur in alio Officio Do vel Feriali, ſi nova aſſigi ſed omittuntur eo anno. I Temporis Paſchalis, Reſpon cuntur ut ibidem notantur.

4. Ad ultimum cujuſque ni Reſponſorium dicitur *Gl tri*, cum Reclamatione. Si l ſorium duas habet Reclam prima reſumitur poſt Verſun poſt *Gloria Patri*, quæ altera hâc notulâ †. Quando ultim cturni Reſponſorium non ha *ria Patri*; tunc poſt Verſun Reclamationem reſumitur l ſorium ab initio. Idem fit in Reſponſorio Officii ix. Lecti quoties non dicitur *Te Deum* ficio autem Feriali licèt non *Te Deum*, non reſumitur l ſorium ultimum Nocturni, omittitur *Gloria Patri*, v. g riis Temporis Paſſionis. In autem Defunctorum quando dicitur Nocturnum, ultimu ponſorium repetitur ab in Verſum & ejus Reclamation

5. Tempore Paſchali in fi ponſoriorum, ante Verſum tur duo *Alleluia*, & quoti ponſorium habet *Gloria Pa* tera Reclamatio fit ad primu *luia*, niſi Reſponſorium repe ſit ab initio.

6. Quoties in Officio Nc Commemoratione occurren tur ultima Lectio de aliquo vel de Dominica, aut Feria Evangelium habente; ultim ponſorium dicitur etiam de Sancto, vel Dominica, v

majore, ita ut ultimum Reſponſorium ſemper conveniat ultimæ Lectioni, v. g. Si in Feſto alicujus Sancti legenda ſit ultima Lectio de Evangelio & Homilia alicujus Dominicæ, aut Feriæ majoris, ultimum Reſponſorium erit Evangelicum, id eſt, conveniens Evangelio; & quando tria ſunt Reſponſoria Evangelica, ut in Dominicis, dicitur illud quod appoſitum eſt poſt Lectionem primam de Homilia. Si verò legenda ſit ultima Lectio alterius Sancti occurrentis, omiſſo Reſponſorio Officii de quo fit, ejus loco dicitur illud quod eſt nonum in Communi illius Sancti occurrentis, vel in Proprio ſi habeat Officium proprium.

CAPUT X.

De Te Deum laudamus.

IN omni Officio Semiduplici & ſuprà & intrà quamcunque Octavam per annum, ac in Officio de B. Maria in Sabbato, poſt ultimum Reſponſorium, dicto *Gloria Patri* cum ejus Reclamatione, dicitur immediatè *Te Deum laudamus;* exceptis Dominicis Adventûs, & à Dominica in Septuageſima ad Paſcha excluſivè, & Feſto SS. Innocentium, niſi occurrat in Dominica.

CAPUT XI.

De Verſu Sacerdotali.

1. VErſus Sacerdotalis dicitur à Sacerdote initio Laudum Matutinarum, (quando dicitur.)

2. Dicitur autem ſemper hic Verſus eo loco, præterquam in die Nativitatis Domini, in triduo ante Paſcha, & in Officio Defunctorum. In Dominicis quidem & Feriis dicitur ut in Pſalterio, (quando proprius non aſſignatur in Proprio de Tempore;) in Feſtis verò ut in Proprio vel in Communi Sanctorum notatur.

CAPUT XII.

De Capitulis & Canone.

1. CApitula dicuntur ad Veſperas, Laudes & alias Horas poſt Pſalmos & Antiphonas; ad Completorium verò poſt Hymnum.

2. Nullum legitur Capitulum ad Laudes Nativitatis Domini; neque in toto Officio à Feria V. in Cœna Domini incluſivè, ad Dominicam in Albis depoſitis excluſivè; (niſi ad Laudes tantùm per Hebdomadam Paſchæ.)

3. Capitula Primæ & Completorii ſemper dicuntur ut in Pſalterio deſignantur.

4. In Feriis Tempore Paſchali ad Primam dicitur Capitulum, *Regi ſeculorum*, ſicut in Dominicis & Feſtis. Poſt Capitulum ſemper reſpondetur, *Deo gratias.*

5. Ad Primam, Canon ſemper legitur eâ die quâ occurrit, niſi alius aſſignetur in Proprio Sanctorum pro quibuſdam Feſtis; tunc enim Canon qui eâ die occurrit in Proprio de Tempore eo anno omittitur. Non dicitur Canon in triduo ante Paſcha. Quod ſi dimittantur aliquæ Lectiones Scripturæ, ut alius Scripturæ liber inchoetur, (ſicut interdum accidit intrà Octavam Epiphaniæ) omittuntur etiam Canones poſiti poſt Scripturam quæ dimittitur, & ſumuntur Canones appoſiti poſt Scripturam quæ tunc legitur.

CAPUT XIII.

De Reſponſoriis brevibus.

1. REſponſoria brevia dicuntur poſt Capitulum ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam; præterquam à Feria V. in Cœna Domini, uſque ad Dominicam in Albis depoſitis excluſivè, & in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quibus diebus non dicuntur.

2. Quando fit Officium de Dominica vel Feria per annum dicuntur ut habentur in Pſalterio. In Adventu autem, Septuageſima, Quadrageſima, Tempore Paſſionis, & Paſchali, ut ſuis locis habentur propria. In Feſtis quando non habentur Propria, dicuntur ut in Communi Sanctorum.

3. *Dominicis in Septuageſima,*

Sexageſima, Quinquageſima, & per totam Quadrageſimam, ad Tertiam, Sextam, & Nonam Reſponſoria dicuntur ritu magnorum Reſponſoriorum, & non repetuntur niſi poſt ℣. à Reclamatione.

4. In fine Reſponſorii brevis dicitur *Gloria Patri*, cum repetitione Reſponſorii eo modo quo ordinatur ad Primam in Pſalterio. A Dominica verò Paſſionis incluſivè, ad Paſcha excluſivè, in Officio de Tempore non dicitur *Gloria Patri*, ſed poſt Verſum & ejus Reclamationem repetitur ab initio Reſponſorium breve uſque ad Verſum.

5. In Reſponſorio brevi *Chriſte Jeſu*, ℣. *Qui ſedes*, qui dicitur per annum, mutatur aliquando in Officio ſive de Tempore, ſive de Sanctis, prout in propriis locis notatur. Reſponſoria quæ in aliquo Feſto Octavam habente ponuntur, per totam Octavam dicuntur, quando fit de Octava.

6. In omnibus Feſtis Annualibus, Solemnibus, Semiſolemnibus, & Duplicibus-majoribus, ac intrà Octavas, de quocunque fiat Officium, (præterquam à Septuageſima ad Paſcha) & toto Tempore Paſchali, in omni Officio ſive de Tempore, ſive de Sanctis, in fine Reſponſoriorum brevium Tertiæ, Sextæ & Nonæ, ante primum Verſum dicuntur duo *Alleluia*, quæ etiam poſt dictum primum Verſum repetuntur pro parte Reſponſorii, ſeu pro Reclamatione: ſed in fine Reſponſionis ſecundi ℣. ſeu Verſiculi, non dicitur *Alleluia*, niſi Tempore Paſchali.

7. Ad Primam in Reſponſorio brevi *Chriſte Jeſu*, nunquam additur *Alleluia*, nequidem Tempore Paſchali. Non additur etiam *Allel.* ℟℟. brevibus, quando fit Officium de Dominica ut in Pſalterio.

8. Reſponſoria brevia nunquam repetuntur ante primum Verſum ab iis qui privatim recitant Breviarium; ſed dicto ſemel Reſponſorio, ſtatim ſequitur Verſus.

CAPUT XIV.

De Oratione.

1. ORatio in Nocturnis (ſi ſeparentur à Laudibus) dicitur poſt *Te Deum*: In Laudibus Matutinis & Veſperis poſt Antiphonam ad *Benedictus* & *Magnificat* immediatè, niſi quando dicendæ ſunt Preces quæ dicuntur poſt Antiphonam, & in fine illarum Oratio. Ad Tertiam, Sextam & Nonam Oratio dicitur poſt Verſiculum qui Reſponſorium breve ſequitur, niſi dicendæ ſint Preces; tunc enim Oratio dicitur poſt ultimum Verſiculum Precum. Ad Primam & Completorium, Oratio dicitur poſt Preces.

2. Oratio Dominicæ præcedentis ſemper dicitur in Feriali Officio per Hebdomadam, quando propria non aſſignatur.

3. In Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & Feriis Rogationum, Oratio quæ dicta eſt in Laudibus, dicitur tantùm ad Tertiam, Sextam & Nonam. In Veſperis autem, ſi fiat de Feria, dicitur Oratio de Dominica præcedente, exceptâ Quadrageſimâ in qua aſſignatur quotidie Oratio propria ad Veſperas.

4. Intrà Octavas dicitur Oratio, ut in die Feſti. Similiter in die Octava; niſi alia propria aſſignetur.

5. Ante Orationem ſemper dicitur ℣. *Dominus vobiſcum*; ℟. *Et cum ſpiritu tuo.* Qui Verſus non dicitur ab eo qui non eſt ſaltem in Ordine Diaconatûs; nec à Diacono, præſente Sacerdote, niſi de illius licentia. Si quis autem ſolus recitat, vel ſi ad Diaconatûs Ordinem non pervenerit, ejus loco dicat, *Domine exaudi orationem meam*; ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* Deinde dicitur, *Oremus*; poſtea, Oratio. In fine Orationis, poſtquam reſponſum fuerit, *Amen*, repetitur ℣. *Dominus vobiſcum*; vel *Domine exaudi* poſtea dicitur, *Benedicamus Domino* & reſpondetur, *Deo gratias*: quod ſemper ſervatur in fine primæ Orationis, ſive unica, ſive plures dicantur

Quòd ſi plures Orationes dicendæ ſint, ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona & ℣. deinde *Oremus;* & poſt ultimam Orationem iterum repetitur, *Dominus vobiſcum*, vel, *Domine exaudi*: poſtea, *Benedicamus Domino;* & reſpondetur, *Deo gratias*, ut ſuprà. Deinde dicitur ſecretò, *Fidelium animæ:* qui Verſus non dicitur poſt *Benedicamus* ad Primam ante ℣. *Pretioſa;* nec quando poſt aliquam Horam immediatè ſequitur Officium Defunctorum, aut aliquod aliud.

6. Si Oratio dirigatur ad Patrem, ſic concluditur: *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs-ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum.* ℟. *Amen.* Si ad Filium, concluditur per, *Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs-ſancti Deus*, &c. Si in principio vel ſerie Orationis fiat mentio Filii, dicitur: *Per eundem Dominum noſtrum*, &c. ſi verò in fine Orationis, dicitur: *Qui tecum vivit*, &c. Si fiat mentio Spiritûs-ſancti dicitur: *In unitate ejuſdem Spiritûs-ſancti Deus*, &c.

7. Quando plures Orationes dicuntur, prima tantùm & ultima dicuntur cum magna concluſione, *Per Dominum*, vel aliter, ut ſuprà: intermediæ autem concluduntur ſic: *Per Chriſtum Dominum noſtrum:* ℟. Amen, vel, *Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum;* vel, *Qui vivis & regnas Deus;* vel, *Qui tecum vivit & regnat Deus*, &c.

8. Sed unicuique Orationi ſemper præponitur *Oremus*, præterquam cùm dicuntur conjunctim duæ vel plures Orationes ſub una concluſione.

9. In Orationibus & Verſiculis in quibus notatur N. ſi fiat Officium de Sancto, pronuntiatur nomen Sancti; ſi oretur pro Vivis, aut pro Defunctis, pronuntiatur nomen Baptiſmale ejus de quo fit mentio.

Caput XV.

De Oratione Dominica, & Salutatione Angelica.

1. Oratio Dominica, *Pater noſter*, & Salutatio Angelica, *Ave Maria*, ſemper dicuntur ſecretò ante quamlibet Horam; modò tamen illa Hora non jungatur præcedenti Officio; tunc enim immediatè poſt ℟. *Deo gratias*, incipitur *Deus in adjutorium*, aut aliud Officium, ſive in Choro ſive extra Chorum. In fine verò Completorii, poſt Antiphonam & Orationem Beatæ Mariæ (ſi dicatur) dicitur *Pater, Ave & Credo*, totum ſecretò. In fine cujuſque Horæ dicto ſecretò ℣. *Fidelium animæ*, dicitur etiam ſecretò *Pater noſter*, niſi ſequatur aliud Officium; tunc enim ℣. *Fidelium*, & *Pater noſter*, dicuntur in fine ultimæ Horæ tantùm

2. Quando Oratio Dominica dicitur cum Precibus, dicitur ſecretò uſque ad ℣. *Et ne nos*, &c. quod ſemper clarâ voce pronuntiatur. Id quoque obſervatur in medio cujuſque Nocturni, præterquam triduo ante Paſcha, quo tempore *Pater* dicitur totum ſecretò.

Caput XVI.

De Symbolo Apoſtolorum, & Symbolo Quicunque.

1. Symbolum Apoſtolorum, *Credo in Deum*, ſemper dicitur integrum ſecretò ante Officium Nocturnum & Primam, ac poſt Completorium finitum. Dicitur etiam ſecretò cum Precibus ad Primam & Completorium, ſed clarâ voce profertur. ℣. *Carnis reſurrectionem*. Aliàs totum ſecretò dicitur.

2. Symbolum, *Quicunque*, dicitur ad Primam poſt Pſalmum, *Retribue*, in omnibus Dominicis per annum, etiam Tempore Paſchali, quando Officium fit de Dominica; (exceptis Dominicis intrà Octavas quaſcunque, in quibus dicuntur tantùm tres Pſalmi conſueti, ut in Feſtis.) Dicitur etiam in Feſto SS. Trinitatis, & in Dominica ante Adven-

tum; aliàs nunquam, neque ſi aliquod Feſtum celebretur in Dominica. In fine illius dicitur. *Gloria Patri*, more Pſalmorum.

CAPUT XVII.

De Precibus.

1. PReces conſtant aliquot Verſiculis qui ſemper dicuntur ad Primam & Completorium (præterquam à triduo ante Paſcha ad Dominicam in Albis depoſitis excluſivè, & in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum) aliquando etiam ad alias Horas ante Orationem incipientes à *Kyrie eleiſon*, quod ter repetitur alternatim à Choro; deinde, *Chriſte eleiſon*, etiam ter, & iterum ter *Kyrie eleiſon*; quæ repetitio obſervatur in omni Officio, præterquam in Pſalmis Gradualibus, Litaniis, & Officio Defunctorum.

2. In Feſtis Duplicibus-majoribus & ſuprà, ac intrà Octavas quaſcunque, Preces dicuntur ad Primam & Completorium; ut notantur in Pſalterio pro die Dominica, in Feſtis verò Duplicibus-minoribus & infrà, fit Confeſſio, & Preces dicuntur ut in Feriis, non tamen dicuntur integræ ad Primam, niſi quando ad Laudes dictæ ſunt Preces flexis genibus.

3. Preces quæ in Officio Feriali ponuntur ad Laudes, Tertiam, Sextam, Nonam & Veſperas, dicuntur in Feriis Adventûs, Quadrageſimæ à Feria IV. Cinerum incluſivè, Quatuor Temporum & Vigiliarum, quando fit de Feria, & dicuntur flexis genibus. Non dicuntur autem hæ Preces in Vigilia Nativitatis Domini & Epiphaniæ. Non dicuntur etiam Tempore Paſchali. Non flectuntur genua in Precibus ad Primam & Completorium, niſi quando dictæ ſunt Preces flexis genibus ad Laudes.

4. Regulariter quando dictæ ſunt Preces flexis genibus ad Laudes, dicuntur etiam ad Veſperas, niſi Veſperæ ſint de aliquo Feſto aut de Dominica ſequenti. Ab hac regula excipiuntur Veſperæ in quibus Tempore Adventûs dicuntur Antiphonæ ſolemnes *O*: in iis enim diebus propter ſolemnitatem Antiphonæ non dicuntur Preces ad Veſperas; dicuntur autem Preces ad Completorium ut in Pſalterio, ſed non flexis genibus.

5. Quando dicuntur Preces flexis genibus, Hebdomadarius in Laudibus & Veſperis ſurgit, & elevat vocem ad ℣. *Dominus vobiſcum*, & Orationem, ceteris uſque ad finem Orationis Officii genua flectentibus.

6. Pſalmus, *De profundis* ad Laudes, & *Miſerere* ad Veſperas, dicuntur alternatim à Choro cum Precibus.

CAPUT XVIII.

De Commemorationibus Communibus, ſeu de Suffragiis.

1. SUffragia fiunt poſt Laudes & Veſperas in Officio de Feſto Simplici ſeu de Feria. Quòd ſi eo die facienda ſit aliqua Commemoratio occurrens, illa præponitur Suffragiis.

2. Suffragia fiunt pro diverſitate temporis. In Adventu, & ab Octava Epiphaniæ, ad Dominicam Paſſionis fiunt tantùm Suffragia de omnibus Sanctis prout notantur in ſuis locis. A Dominica in Albis depoſitis ad Aſcenſionem, Suffragia de Cruce & de Sanctis. A Feſto SS. Trinitatis ad Adventum in Officio Feſti Simplicis fiunt tantùm Suffragia de omnibus Sanctis; in Officio verò Feriali Suffragia de Cruce, & de Sanctis.

3. Ab Octava S. Stephani excluſivè, ad Vigiliam Epiphaniæ Domini excluſivè, in omni officio (præterquam in Dominica ſi quæ occurrat, & in Feſtis Solemnibus localibus,) fit ad Laudes & Veſperas Commemoratio de Nativitate Domini, ut notatur Parte Hyemali poſt Officium diei Octavæ S. Stephani. Si ſit facienda aliqua Commemoratio occurrens, illa præponitur Commemorationi de Nativitate.

4. Nulla fiunt Suffragia in Octa-

vis: nulla etiam Suffragia ad Veſperas in his diebus in quibus dicuntur Antiphonæ ſolemnes *O*, propter ſolemnitatem Antiphonæ.

CAPUT XIX.

De Antiphonis B. Mariæ, in fine Officii.

1. ANtiphonæ de B. Maria poſitæ in fine Pſalterii, variantur pro temporis diverſitate, ut ibi annotatur.

2. Dicuntur tam in Choro quàm extra Chorum ſecundùm conſuetudinem locorum & Eccleſiarum.

3. Illæ Antiphonæ non dicuntur in triduo ante Paſcha.

CAPUT XX.

De Officio parvo Beatæ Mariæ, & aliis quæ apponuntur in fine Breviarii.

OFficium parvum B. Mariæ, & alia quæ apponuntur in fine Breviarii, dicuntur ad devotionem, non ex præceptò. Qui tamen non interſunt Proceſſioni 25. Aprilis, vel in Feriis Rogationum, tenentur dicere Litanias Sanctorum, cum Verſiculis & una ſaltem Oratione.

APPENDIX AD RUBRICAS GENERALES.

DE IIS QUÆ CANTANTUR alternatim à Celebrante & Choro.

DOmine lábia mea apéries, *dicitur recto vocis tono. Ita etiam* ℣. *Sacerdotalis, ante Laudes Matutinas, &* Convérte nos, *ante Completorium.*

Ad ℣. Deus in adjutórium, *vox elevatur ſuper ſyllabam* to. *Chorus proſequitur omnino in directum, vocem elevando dumtaxat ſuper ſecundam ſyllabam* Allêluia.

Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ, *cantatur integrè in directum.*

Capitula leguntur integrè in directum, vocem pauliſper producendo in penultima ſyllaba. Chorus reſpondet pariter recto vocis tono, Deo grátias: *ſicut & poſt Lectiones Officii Nocturni, &c.*

Dóminus vobíſcum, *ſemper cantatur in directum in Officiis Breviarii, & reſpondetur ſimiliter.*

Orationes Horarum minorum, & Officii Defunctorum omnino dicuntur in directum, ſine ulla vocis elevatione aut depreſſione. In Orationibus verò Veſperarum & Laudum Matutinarum ſit ſemper elevatio toni ad Per ómnia, *ſuper primam ſyllabam vocis* ómnia.

Benedicámus, *ad Horas minores dicitur à celebrante omnino in directum; ſed Chorus reſpondendo, vocem demittit ad tonum ac ſemitonum proferendo duas ultimas ſyllabas vocabuli* grátias.

Ad Preces Kyrie eléiſon, *ſi novies dicenda ſint, celebrans incipit cum ſua parte Chori recto vocis tono. Alia pars eodem modo reſpondet; & ſic al-*

ternatim. Pars in qua eſt Celebrans, dicens ultimum eléiſon, *vocem ad ſemitonum deflectit ſuper ultima ſyllaba, & ſtatim relevat ad priùs dominantem ſonum. Omnes verſus ſubſequentes cantantur etiam in directum.*

Ad Officium Capituli omnia directo vocis tono, exceptis Lectionibus Canonum, Martyrologii & Necrologii, quæ tono Lectionum pronuntiantur ut infrà.

Si ter tantùm dicendum ſit Kyrie, *ut in Officio Defunctorum, totus Chorus dicit* Kyrie eléiſon, Chriſte eléiſon, Kyrie eléiſon, *cum inflexione ac relevatione in ultimo* eléiſon, *ut ſuprà. Verſus ſubſequentes dicuntur etiam integrè in directum.*

Et ne nos, &c. *in fine Orationis Dominicæ ſecretò recitatæ cantatur quoque omnino in directum; Et ita etiam ante Lectiones Officii Nocturni.*

De modo pronuntiandi Lectiones.

Lectionibus de more prævia eſt hæc formula, Jube Dómine bene dícere, *quæ finitur cum depreſſione ad quintam ut vulgò dicunt, putà* (ut ut ut... fa fa.) *Celebrans dat benedictionem recto vocis tono. Chorus ſimiliter reſpondet* Amen.

Titulus Lectionis in vocibus ordinariis, ſic pronuntiatur (ut ut ut fa.) *Ita hæc verba:* De Iſáia Prophéta. *Similiter* Sermo S. Gregórii papæ. *Et ſic in pari caſu.*

At verò ſi penultima ſyllaba ſit brevis, ut in hoc Titulo, Homília S... epíſcopi, *depreſſio fit cum duplici* fa fa, *ſicut in primo exemplo* Jube Dómine bene dícere. *Ubi attendendum eſt quòd ſyllaba brevis non debet remanere in altum ſuſpenſa; ſemper enim depreſſio incipere debet à ſyllaba brevi incluſivè.*

In contextu Lectionis, ad omnia puncta quæ ſingula ſunt, vox deprimitur ad quintam, ut in exemplis mox allegatis; quod etiam ſervatur ad voces Hebræas declinatas, v. g. univérſo Samuéli. in Azótum. in Gálgalis. ſuper Judam.

Si verò ante unum punctum occurrat vox Hebræa non declinata, vel aliqua vox monoſyllaba, ut puta, Jerúſalem, *& ſimiles,* audíte me, *& ſimiles, fit inflexio* ut ut-la-ut ſi; *id eſt penultima ſyllaba deprimitur in* la, *& ſuper ultima ſyllaba dicitur* ut ſi.

Ad puncta interrogantia fit inflexio eodem modo ad la *in antepenultima ſyllaba, ſed in ſyllabis ſequentibus dicitur* ſi ut. *Exemplum ſit:* Quid dicam vobis? *vox deprimitur in ſyllaba* cam, *& reſurgit pronuntiando* vobis.

Ad puncta exclamationum vox producitur in directum ſine ulla inflexione, neque elevatione.

In fine Lectionum, Tu autem, *dicitur recto vocis tono cum depreſſione ad quintam in ultima ſyllaba* noſtrì.

Hæc dicit Dóminus, &c. *profertur etiam in directum cum depreſſione ad quintam in duabus ultimis ſyllabis*, & ſalvi éritis.

Lectiones quæ finiuntur ſine Tu autem *& ſine* Hæc dicit Dóminus, *quales ſunt Lectiones Officii Defunctorum, & tridui ante Paſcha, habent cantum ſpecialem pro deſignanda terminatione. Sic in hoc exemplo* & ſi manè me quæſíeris, non ſubsíſtam *dicitur* ut ut ut.... re-ut-ſi-ſi ut: *ſcilicet vox elevatur ad* re *ſuper voculam* non; *deinde fit deſcenſus ad tonum & ſemitonum, & mox elevatio ad priorem ſeu priùs dominantem ſonum. Cavendum autem in quibuſdam caſibus ne prædicta elevatio ad* re *fiat tardiùs aut ſuper ultima alicujus vocabuli ſyllaba. Exemplum ſit iſta concluſio*, ſempitérnus horror inhábitat: *In hoc caſu vox non eſt elevanda ſuper ſyllabam* in *propter ſyllabam brevem mox ſequentem, neque ſuper ſyllabam* ror; *ſed anticipanda eſt hæc elevatio ſuper ſyllabam* hor.

DE VERSICULIS PUERORUM.

VErſiculi qui cantantur à Pueris ante Lectiones in Nocturnis Defunctorum, in Nocturnis tridui ante Paſcha; item Requiéſcant in pace *quod ab eiſdem cantatur in fine Veſperarum Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, finiuntur ut mox dictæ Lectiones Officii Defunctorum & tridui ante Paſcha.*

Alii verò verſiculi Puerorum in ceteris Officiis ſeu Veſperis ſeu Nocturnis, ſeu Laudibus Matutinis, vel Horis minoribus, ac etiam Commemorationibus, magnum neuma ſuper ultima ſyllaba admittunt his notis conflatum, cum triplici pauſa hìc virgulis diſtincta: ut ſi ut, ut la ſol la, la ſi ut, ſi la ſol la.

Verſiculi Suffragiorum neumate minùs prolixo terminantur, nempe his notis; ut la, ut ſi, ſol la.

SERIES TITULORUM

Sub quibus ordinantur Canones Conciliorum in toto Breviario diſtributi.

1. DE ſcientia Canonum, & autoritate Conciliorum : *à Dominica I. Adventûs ad Domin. II.*

2. De Tonſura Clericali, & Ordinibus minoribus : *à Dom. II. Advent. ad Dom. III.*

3. de Ordinandis ab Epiſcopo ; *à Dom. III. Advent. ad Dom. IV. & in Feriis ſextis & Sabbatis Quatuor Temporum.*

4. De Jejuniis Quatuor Temporum : *in Feriis quartis eorumdem Quatuor Temp.*

5. De Diaconatu, Diaconorum dignitate & officio : *à Dom. IV. Advent. ad Vigiliam Nativitatis Domini.*

6. De Preſbyteratu, & de Sacerdotum dignitate, ſanctitate & miniſterio : *à die 27. Decembris ad diem 13. Januarii.*

7. De Clericorum coma, habitu & cultu : *à Dom. I. poſt Epiphaniam ad Dom. III.*

8. De Venatione, caupona, ebrietate, ſpectaculis, aleis, ludis, verbis turpibus & ceteris, quæ Clerico prohibentur : *à Dom. III. poſt Epih. ad Dom. Sexageſimæ.*

9. De menſa ac ſobrietate Clericali : *à Feria II. poſt Dom. Sexageſ. ad Fer. IV. Cinerum.*

10. De Jejunio & obſervantia Quadrageſimali : *à Fer. IV. Cinerum ad Dom. II. Quadrageſimæ.*

11. De Confeſſariorum officio. De eorum poteſtate & prudentia in injungendis pœnitentiis, & in impertiendo vel differendo abſolutionis beneficio : *à Dom. II. Quadrag. ad Dom. Palmarum.*

12. De Communione Paſchali, & de Communicantium diſpoſitionibus : *à Dominica Palmarum, ad Dom. in Albis depoſitis.*

13. De Sacrificio Miſſæ celebrando & audiendo : *à Dom. in Albis depoſitis ad Dom. III. poſt Paſcha.*

14. De verbi divini prædicatione, ac de virtutibus quibus pollere debet qui illud populis diſſeminat : *à Dom. III. poſt Paſcha ad Dom. V.*

15. De Litaniis quæ vulgò Rogationes dicuntur : *à Fer. II. poſt Dom. V. poſt Paſcha, ad Feſtum Aſcenſionis Domini.*

16. De Sacramento Extremæ-Unctionis : *Feriâ VI. & Sabbato poſt Aſcenſionem.*

17. De Sacramento Matrimonii : *à Dom. intrà Oct. Aſcenſionis, ad Vigil. Pentecoſtes*

De Sacramento Baptiſ-
: *Feriis II. III. & V. in-*
Pentecoſt.
De Sacramento Confir-
is: *Feriis II. & III. poſt*
initatem.
De Indulgentiarum uſu:
IV. poſt SS. Trinitatem.
De SS. Euchariſtiæ Sa-
nto: *in Solemnitate SS.*
iſtiæ, & per Octavam.
De Epiſcoporum ele-
& ordinatione. De Sy-
ab ipſis frequenter co-
, & de aliis muniis ab
beundis: *à Feriâ II. poſt*
II. poſt Pent. ad Dom.

De vita, moribus, &
Canonicorum: *à Feriâ*
Dom. VIII. poſt Pent.
m. XII.
De reformandis Brevia-
ſque ad uſum Eccleſiæ
à Dom. XII. poſt Pent.
n. XIII.
De Organis & tintinna-
Feriis II. & III. poſt.
XIII. poſt Pent.
De reverentia & ſilen-
Eccleſiis: *à Feriâ IV.*
m. XIII. poſt Pent. ad
XIV.
De Cœmeteriis, & de
s Defunctorum: *à Fe-*
poſt Dom. XIV. poſt Pent.
1. XV.
De Oratoriis ac ſacellis
icis; de ornamentis &
s ad uſum Eccleſiæ &
ac de vaſis: *à Feria II.*
m. XV. poſt Pent. ad
XVI.

29. De miraculis, reliquiis, & imaginibus Sanctorum: *à Feria II. poſt Dom. XVI. poſt Pent. ad Dom. XVII.*

30. De ſcientia Paſtoribus omnibus & Eccleſiaſticis viris apprimè neceſſaria: *à Feria II. poſt Dom. XVII. poſt Pent. ad Dom. XIX.*

31. De humilitate Clericis neceſſaria: *à Feria II. poſt Dom. XIX. poſt Pent. ad Dom. XX.*

32. De Clericorum converſatione cum Laïcis, & monialibus: *à Feria II. poſt. Dom. XX. poſt Pentecoſt. ad Dom. XXI.*

33. De familiaritate & cohabitatione cum mulieribus à Clericis vitanda: *à Feria II. poſt Dom. XXI. poſt Pent. ad Dom. XXII.*

34. De caſtitate à Clerico ſervanda, & de cura domeſticorum ejus: *à Feria II. poſt Dom. XXII. poſt Pent. ad Dom. XXIII.*

35. De uſu bonorum Eccleſiæ, ac de eleemoſyna, & de raptoribus bonorum Eccleſiæ: *à Feria II. poſt Dom. XXIII. poſt Pent. ad Dom. XXIV.*

36. De Clericis uſurariis, negotiatoribus, ac ſimoniacis: *à Feria II. poſt Dom. XXIV. poſt Pent. ad Dom. IV. quæ ſuperfuit poſt Epiph.*

37. De Clericis litigioſis: non debent intereſſe judicio in cauſa ſanguinis: *à Fer. II. poſt Dom. IV. quæ ſuperfuit poſt Epiph. ad Dom. V. & à Fer.*

poſt Dominicam VI. ad Advent.

38. De Clericis ſuum Epiſcopum & locum deſerentibus, ac de reverentia ſuis Præpoſitis debita: *à Fer. II. poſt Dom. V. quæ ſuperfuit poſt Epih. ad Dom. VI.*

39. De reverentia à Laïcis Clerico exhibenda; & de Excommunicatione Eccle ca: *à Fer. II. poſt Dom. V ſuperfuit poſt Epiph. ad Fe quintam.*

In hac ſerie non compr duntur Feſta, Solemnit Dominicæ, quæ proprios h Canones ratione peculiari ciplina.

PSALTERI

PSALTERIUM
DISPOSITUM PER HEBDOMADAM.
Pars Verna.

DOMINICA
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur ſecretò.

PATER noſter qui es in cœlis; ſanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, ſicut in cœlo & in terra: panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie: & dimítte nobis débita nóſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris: & ne nos indúcas in tentatiónem; ſed líbera nos à malo. Amen. *Matth.* 6. 9. *ad* 13.

AVe María grátiâ plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui, Jeſus. *Luc.* 1. 28. 42.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli & terræ. Et in Jeſum Chriſtum, fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum; qui concéptus eſt de Spíritu-ſancto; natus ex María vírgine; paſſus ſub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, & ſepúltus: deſcéndit ad ínferos; tértiâ die reſurréxit à mórtuis: aſcéndit ad cœlos; ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum-ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde clarâ ſed demiſſâ voce dicitur,

DOmine lábia mea apéries, ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 16.

DEus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui-ſancto; ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen.

Ante Paſcha, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

A Paſchate, & deinceps, locò Laus tibi Dómine, &c. *dicitur,* Allelúia.

In Dominicis Quadrageſimæ, Invitatorium, Veníte, adorémus, & procidámus ante Deum, * Plorémus corám Dómino qui fecit nos. *Pſ. 94. 6. Repetitur,* Veníte, adorémus.

Pſalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino; jubilémus Deo ſalutári noſtro: præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Invitatorium, Veníte.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus ſuper omnes deos; quóniam non repéllet Dóminus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

Diviſio, * Plorémus.

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum, plorémus coram Dómino qui fecit nos; quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter: nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.

Invitatorium, Veníte.

Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra; ſicut in exacerbatióne ſecúndùm diem tentatiónis in deſérto, ubi tentavérunt me patres veſtri, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Diviſio, * Plorému

Quadragínta annis mus fui generatióni h dixi: Semper hi errant ipſi verò non cogno vias meas; quibus ju ira mea; Si introíbunt quiem meam.

Invitatorium, Ven

Glória Patri, & Fil Spirítui-ſancto; ſicut princípio, & nunc, & per, & in ſécula ſecu Amen.

Diviſio, * Plorému

Deinde repetitur In rium, Veníte.

Sic ſemper in omni Of citur Invitatorium, niſ notetur.

Hymnus habetur in de Tempore poſt Domi primam Quadrageſimæ Antiphona ut infrà.

Tempore Paſſionis, & pore Paſchali, omnia Proprio.

IN I. NOCTUR

In Quadrageſima, Ant. 1. toni. a. Novit Dómi

*Aſteriſcus hic * not diationem & pauſam.*

Pſalmus 1.

BEátus vir qui no in consílio impi & in via pecca non ſtetit, * & in cá peſtiléntiæ non ſedit:

Sed in lege Dómini tas ejus, * & in leg meditábitur die ac noc

Et erit tanquam lignu

a eſt ſecus decúrſus
, * quod fructum
bit in témpore ſuo :
m ejus non défluet ;*
quæcúnque fáciet ,
úntur.
c ímpii , non ſic ; *
am pulvis quem pró-
us à fácie terræ.
ion reſúrgent ímpii
, * neque peccató-
cílio juſtórum.
um novit Dóminus
órum , * & iter im-
eríbit.
Patri , & Fílio , * &
ancto ;
rat in princípio , &
ſemper ,* & in ſæ-
lórum. Amen.
Glória *&* Sicut erat,
in fine Pſalmorum &
um, niſi aliter notetur.
iovit Dóminus viam
, & iter impiórum
'. 7.
D. Servíte Dómino.
Pſalmus 2.
s fremuérunt gen-
* & pópuli meditáti
a ?
unt reges terræ, &
convenérunt in u-
lvérsùs Dóminum ,
us Chriſtum ejus.
pámus víncula eó-
t projiciámus à no-
i ipſórum.
ábitat in cœlis irri-
; * & Dóminus ſub-
eos.
oquétur ad eos in

ira ſua , * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus , * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu , ego hódie génui te.

Póſtula à me , & dabo tibi gentes hereditátem tuam , * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea , * & tanquam vas ſiguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite ; * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre , * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínam, * ne quándo iraſcátur Dóminus , & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus , * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Servíte Dómino in timóre, & exultáte ei cum tremóre. *v.* 11.

Ant. 3. g. Exúrge.

Pſalmus 3.

DOmine , quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me ? * multi inſúrgunt advérſùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ ; * non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem , Dómine , ſuſcéptor meus es , * glória mea , & exáltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum

clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum;* & exurréxi, quia Dóminus ſuſcépit me.

Non timebo míllia pópuli circundántis me: * exúrge Dómine, ſalvum me fac Deus meus;

Quóniam tu percuſsíſti omnes adversántes mihi ſine cauſâ; * dentes peccatórum contrivíſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Exúrge Dómine, ſalvum me fac Deus meus. *v. 6.*

In Quadrageſima, ℣. Dixi: Confitébor advérsùm me injuſtítiam meam Dómino: *In Choro reſpondetur tantùm ſecretò, dum protrahitur neuma*, ℟. Et tu remisíſti impietátem peccáti mei. *Pſ.* 31. 5.

Poſt Verſiculum cujuſlibet Nocturni dicitur ſecretò, Pater noſter, &c. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem: ℟. Sed líbera nos à malo.

Poſtea Lector petit benedictionem, dicens, Jube Dómine bene dícere.

Benedictiones habentur poſt Pſalterium.

Lectiones cum Reſponſoriis habentur vel in proprio de Tempore, vel in proprio de Sanctis.

Hæc omnia obſervantur in ſingulis Nocturnis, niſi aliter notetur.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Inténde.

Pſalmus 5.

VErba mea aúribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo; * Dómine manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes qui operántur iniquitátem; * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum, * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in juſtítia tua, propter inimícos meos: * dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas; * cor eórum vanum eſt.

Sépúlcrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolósè agébant: * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis, * ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui ſperant in te; * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronáſti nos.

Ant. Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, & Deus meus. *v.* 2.

Et homo cùm in honóre eſſet, non intelléxit; * comparátus eſt juméntis inſipiéntibus, & símilis factus eſt illis.

Hæc via illórum ſcándalum ipſis: * & póſtea in ore ſuo complacébunt.

Sicut oves in inférno póſiti ſunt:* mors depáſcet eos.

Et dominabúntur eórum juſti in matutíno; * & auxí-

órum veteráſcet in in-
i glória eórum.
íntamen Deus rédimet
a meam de manu ínfe-
m accéperit me.
timúeris cùm dives fa-
erit homo , * & cùm
icáta fúerit glória do-
us.
niam cùm interíerit,
met ómnia, * neque
let cum eo glória ejus:
a ánima ejus in vita
benedicétur, * confité-
bi cùm benefécetis ei.
íbit uſque in progénies
ſuórum; * & uſque in
n non vidébit lumen.
o cùm in honóre eſſet,
tellégit: * comparátus
éntis inſipiéntibus, &
factus eſt illis.

Pſalmus 49.

us deórum Dóminus
cútus eſt, * & vocávit
à ſolis ortu uſque ad
n.
Sion ſpécies decóris
Deus maniféſtè véniet:
oſter, & non ſilébit.
in conſpéctu ejus exar-
* & in circúitu ejus
as válida.
ocábit cœlum desúr-
terram, * diſcérnere
n ſuum.
egáte illi ſanctos ejus,*
nant teſtaméntum ejus
crifícia.
nnuntiábunt cœli ju-
ejus, * quóniam Deus
ſt.

Audi pópulus meus, & lo-
quar; Iſraël, & teſtificábor
tibi:* Deus Deus tuus ego ſum.
Non in ſacrifíciis tuis ár-
guam te; * holocaúſta autem
tua in conſpéctu meo ſunt
ſemper.
Non accípiam de domo tua
vítulos, * neque de grégibus
tuis hircos;
Quóniam meæ ſunt omnes
feræ ſilvárum, * juménta in
móntibus, & boves.
Cognóvi ómnia volatília
cœli; * & pulcritúdo agri me-
cum eſt.
Si eſuríero, non dicam tibi:*
meus eſt enim orbis terræ, &
plenitúdo ejus.
Nunquid manducábo car-
nes taurórum, * aut ſángui-
nem hircórum potábo?
Immola Deo ſacrifícium
laudis, * & redde Altíſſimo
vota tua.
Et ínvoca me in die tribula-
tiónis: * éruam te, & honori-
ficábis me.
Peccatóri autem dixit Deus:*
Quare tu enárras juſtítias
meas, & aſſúmis teſtaméntum
meum per os tuum?
Tu verò odiſti diſciplínam,*
& projeciſti ſermónes meos
retrórsùm.
Si vidébas furem, currébas
cum eo; * & cum adúlteris
portiónem tuam ponébas.
Os tuum abundávit malí-
tiâ,* & lingua tua concinnábat
dolos.
Sedens advérsùs fratrem

tuum loquebáris, & adverſùs fílium matris tuæ ponébas ſcándalum : * hæc feciſti, & tácui.

Exiſtimáſti iníquè quòd ero tuî ſímilis : * árguam te, & ſtátuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc qui obliviſcímini Deum ; * nequándo rápiat, & non ſit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me : * & illic iter, quo oſténdam illi ſalutáre Dei.

Ant. Invoca me in die tribulatiónis : éruam te, & honorificábis me. *Pſ.* 49. 16.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Os meum.

Pſalmus 50.

MIſerére meî Deus * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam ;

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me :

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti : * incérta & occúlta ſa-

piéntiæ tuæ manifeſ

Aſpérges me hy
mundábor : * laváb
ſuper nivem dealb

Audítui meo dab
& lætítiam ; * &
oſſa humiliáta.

Avérte fáciem t
cátis meis, * & om
tátes meas dele.

Cor mundum c
Deus, * & ſpíritum
nova in viſcéribus

Ne projícias me à
& ſpíritum ſanctum
aúferas à me.

Redde mihi læt
táris tui ; * & ſpíritu
confirma me.

Docébo iníquos
& ímpii ad te conv

Líbera me de ſ
Deus, Deus ſalútis
exultábit lingua m
tuam.

Dómine lábia me
& os meum annun
dem tuam.

Quóniam ſi vol
ficium, dediſſem
holocaúſtis non de

Sacrifícium D
contribulátus ; *
tum & humiliátum
deſpícies.

Benígnè fac Dó
na voluntáte tua S
ædificéntur muri Je

Tunc acceptábis
juſtítiæ, oblatióne
caúſta : * tunc imp
altáre tuum vítulos

Pſalmus 51.

l gloriáris in malítia,*
potens es in iniqui-

die injuſtítiam cogitá-
ıa tua: * ſicut nová-
ta fecíſti dolum.
íſti malítiam ſuper be-
:tia,* iniquitátem ma-
ı loqui æquitátem.
íſti ómnia verba præ-
nis, * lingua dolóſa.
érea Deus déſtruet te
,* evéllet te, & emi-
: de tabernáculo tuo,
:m tuam de terra vi-
.
unt juſti, & timébunt;
eum ridébunt, & di-
Ecce homo, qui non
eum adjutórem ſuum,
erávit in multitúdine
m ſuárum; * & præ-
ı vanitáte ſua.
.utem ſicut olíva fru-
ı domo Dei;* ſperávi
icórdia Dei in ætér-
in ſéculum ſécuti.
tébor tibi in ſéculum,
:íſti; * & expectábo
tuum, quóniam bo-
in conſpéctu ſanctó-
órum.

Pſalmus 52.

it inſipiens in corde
): * Non eſt Deus.
ípti ſunt, & abominá-
cti ſunt in iniquitáti-
ıon eſt qui fáciat bo-

de cœlo proſpéxit ſu-
s hóminum, * ut ví-
deat ſi eſt intélligens, aut re-
quírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt; * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Nonne ſcient omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus diſſipávit oſſa eórum qui homínibus placent: * confúſi ſunt, quóniam Deus ſprevit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſraël.

Ant. Os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 17.

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. 6. F. Confitébor.

Tempore Paſchali, Antiphona propria.

Pſalmus 53.

DEus in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe verba oris mei:

Quóniam aliéni inſurrexérunt advérsùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpéctum ſuum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſcéptor eſt ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis,* & in veritáte tua diſpérde illos.

Voluntáriè ſacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuíſti me; * & ſuper inimícos meos deſpéxit óculus meus.

Ant. Confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum eſt. *v.* 8.

Ant. 1. *a.* Ad Deum clamavi.

Pſalmus 54.

EXaúdi Deus oratiónem meam, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi, & exaúdi me.

Contriſtátus ſum in exercitatióne mea,* & conturbátus ſum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes; * & in ira moléſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me, * & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor & tremor venérunt ſuper me; * & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut colúmbæ? * & volábo, & requiéſcam.

Ecce elongávi fúgiens, * & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, * & tempeſtáte.

Præcípita Dómine, divide linguas eórum; * quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúndabit eam ſuper muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injuſtítia;

Et non defécit de platéis ejus * uſúra, & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixíſſet mihi, * ſuſtinuíſſem útique:

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuíſſet, * abſcondíſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò homo unánimis, * dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiébas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſénſu.

Véniat mors ſuper illos, * & deſcéndant in inférnum viventes:

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus ſalvábit me.

Ant. Ad Deum clamávi; & Dóminus ſalvábit me. *v.* 17.

Ant. 8. G. Jacta.

Diviſio Pſalmi 54.

VEſperè, & manè, & merídie narrábo, & annuntiábo; * & exaúdiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi; * quóniam inter multos erant mecum.

Exaúdiet

iet Deus , & humi-
s,* qui eſt ante ſécula.
nim eſt illis commutá-
on timuérunt Deum:*
manum ſuam in retri-

minavérunt teſtamén-
; , diviſi ſunt ab ira
us , * & appropinquá-
llius.
i ſunt ſermónes ejus
eum , * & ipſi ſunt já-

ſuper Dóminum cu-
m , & ipſe te enú-
non dabit in ætérnum
ónem juſto.
rò Deus dedúces eos *
m intéritûs.
ſánguinum , & dolóſi
idiábunt dies ſuos : *
m ſperábo in te Dó-

Jacta ſuper Dóminum
uam , & ipſe te enú-
23.
. G. Non eſt ſanctus.
anticum Anna.
Reg. 2. 1. *ad* 10.
ávit cor meum in Dó-
, * & exaltátum eſt
eum in Deo meo.
átum eſt os meum ſu-
ícos meos ; * quia læ-
in ſalutári tuo.
eſt ſanctus , ut eſt Dó-
, neque enim eſt álius
; * & non eſt fortis
eus noſter.
te multiplicáre loqui
a , * gloriántes.

Recédant vétera de ore veſtro ; quia Deus ſcientiárum Dóminus eſt , * & ipſi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium ſuperátus eſt , * & infirmi accíncti ſunt róbore.

Repléti priùs , pro pánibus ſe locavérunt ; * & famélici ſaturáti ſunt ,

Donec ſtérilis pépetit plúrimos ; * & quæ multos habébat fílios , infirmáta eſt.

Dóminus mortíficat & vivíficat , * dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus paúperem facit & ditat ; * humíliat & ſúblevat.

Súſcitat de púlvere egénum , * & de ſtércore élevat paúperem ,

Ut ſédeat cum princípibus , * & ſólium glóriæ téneat.

Dómini enim ſunt cárdines terræ , * & póſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctórum ſuórum ſervábit , & ímpii in ténebris conticéſcent ; * quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adverſárii ejus , * & ſuper ipſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ , * & dabit impérium regi ſuo , & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Ant. Non eſt ſanctus , ut eſt Dóminus ; neque enim eſt álius extra te. ℣. 3.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici, dicitur ſequens Canticum.* Tob. 13. 1. *ad* 10.

MAgnus es Dómine in ætérnum, * & in ómnia ſécula regnum tuum:

Quóniam tu flagéllas, & ſalvas: dedúcis ad ínferos & redúcis: * & non eſt qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino filii Iſraël, * & in conſpéctu géntium laudáte eum:

Quóniam ídeo diſpérſit vos inter gentes, quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus,

Et faciátis ſcire eos: * quia non eſt álius Deus omnípotens præter eum.

Ipſe caſtigávit nos propter iniquitátes noſtras: * & ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiam ſuam.

Aſpícite ergo quæ fecit nobíſcum, & cum timóre & tremóre confitémini illi: * Regémque ſeculórum exaltáte in opéribus veſtris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniam oſténdit majeſtátem ſuam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, * credéntes quòd fáciat vobíſcum miſericórdiam ſuam.

Ego autem, & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum omnes elécti ejus: * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.]

Ant. 7. a. Laudáte eum.

Pſalmus Laudum 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus; * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ; * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte eum in virtútibus ejus. *v.* 2.

AD PRIMAM.

Pſalmus 55.

MIſerére meî Deus quóniam conculcávit me homo: * tota die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die; * quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo, ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabántur; * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcondent: * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

…érunt ánimam
…ilo ſalvos fácies
… pópulos con-

… meam annun-
…ſuiſti lácrymas
…ctu tuo, ſicut
…ne tua.
…rténtur inimíci
…,* in quacúnque
… te, ecce cognó-
…eus meus es.
…ibo verbum, in
…bo ſermónem:*
…i, non timébo
…hi homo.
…Deus vota tua,
… * laudatiónes

…ripuíſti ánimam
…e, & pedes meos
…pláceam coram
… vivéntium.
…us 56.
…meî Deus, miſe-
…; * quóniam in
…ima mea;
…alárum tuárum
…ec tránſeat iní-

…l Deum altíſſi-
…m qui benefécit

…o, & liberávit
…in oppróbrium
…me.
… miſericórdiam
…item ſuam, * &
…a meam de mé-
…leónum; dor-
…tus.
…hem dentes eó-

rum arma & ſagíttæ; * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam, * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum; * cantábo, & pſalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara; * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine, * & pſalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta eſt uſque ad cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & ſuper omnem terram glória tua.

Pſalmus 57.

SI verè útique juſtítiam loquímini, * recta judicáte fílii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini in terra, * injuſtítias manus veſtræ concínnant.

Alienáti ſunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero; * locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecúndùm ſimilitúdinem ſerpéntis, * ſicut áſpidis ſurdæ, & obturántis aures ſuas,

Quæ non exáudiet vocem

incantántium , * & venéfici incantántis ſapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipſórum; * molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient tanquam aqua decúrrens : * inténdit arcum ſuum donec infirméntur.

Sicut cera quæ fluit, auferéntur: * ſupercécidit ignis, & non vidérunt ſolem.

Priúſquam intellígerent ſpinæ veſtræ rhamnum, * ſicut vivéntes, ſic in ira absórbet eos.

Lætábitur juſtus cùm víderit vindíctam; * manus ſuas lavábit in ſánguine peccatóris.

Et dicet homo, ſi útique eſt fructus juſto, * útique eſt Deus júdicans eos in terra.

AD TERTIAM.

Pſalmus 58.

ERipe me de inimícis meis Deus meus, * & ab inſurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, * & de viris sánguinum ſalva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam, * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum Dómine; * ſine iniquitáte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrſum meum, & vide: * & tu Dómine Deus virtútum, Deus Iſraël.

Inténde ad viſitándas on
gentes; * non miſereáris
nibus qui operántur ini
tátem.

Converténtur ad véſper
& famem patiéntur ut can
& circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore
& gládius in lábiis eórun
quóniam quis audívit?

Et tu Dómine derid
eos: * ad níhilum ded
omnes gentes.

Diviſio Pſalmi 58.

FOrtitúdinem meam a
cuſtódiam, quia Deu
céptor meus es: * Deus n
miſericórdia ejus præv
me.

Deus oſténdet mihi
inimícos meos, ne oc
eos: * nequándo oblivíſcá
pópuli mei.

Diſpérge illos in vi
tua, * & depóne eos prot
meus Dómine.

* Delíctum oris eorum,
mónem labiórum ipſóru
& comprehendántur in ſu
bia ſua:

Et de execratióne & n
dácio annuntiabúntur in
ſummatióne, * in ira con
matiónis, & non erunt.

Et ſcient, quia Deus d
nábitur Jacob, * & fin
terræ.

Converténtur ad vé
ram, & famem patiént
canes, * & circuíbunt ci
tem.

Ipſi diſpergéntur ad ma

;* ſi verò non fúerint
& murmurábunt.
tem cantábo fortitú-
uam, * & exultábo
ſericórdiam tuam;
factus es ſuſcéptor
: refúgium meum, *
ulatiónis meæ.
or meus tibi pſallam,
us ſuſcéptor meus
us meus miſericórdia

Pſalmus 59.

; repulíſti nos, & de-
xíſti nos: * irátus es,
s es nobis.
ovíſti terram, & con-
eam: * ſana contri-
jus, quia commóta

díſti pópulo tuo du-
áſti nos vino com-
is.
ti metuéntibus te ſi-
ónem; * ut fúgiant à
ûs,
eréntur diléсti tui: *
fac dexterâ tuâ, &
e.
locútus eſt in ſancto
lætábor & partíbor
n, & convállem ta-
lórum metíbor.
eſt Gálaad, & meus
áſſes, * & Ephraïm
cápitis mei;
ex meus, * Moab olla
æ.
umæam exténdam cal-
um meum; * mihi
næ ſúbditi ſunt.
dedúcet me in civitá-
tem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulíſti nos, * & non egrediéris Deus in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

AD SEXTAM.

Pſalmus 60.

Exaúdi Deus deprecatiónem meam, * inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi, dum anxiarètur cor meum, * in petra exaltáſti me.

Deduxíſti me, quia factus es ſpes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſécula, * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudíſti oratiónem meam, * dedíſti hereditátem timéntibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adjícies, * annos ejus uſque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conſpéctu Dei: * miſericórdiam & veritátem ejus quis requíret?

Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſécu[illegible] dam vota mea [illegible] diem.

Pſalmus 61.

NOnne Deo ſubjécta erit ánima mea? * ab ipſo enim ſalutáre meum.

Nam & ipſe Deus meus, & ſalutáris meus, ſuſceptor meus; * non movébor ámpliùs.

Quoúſque irrúitis in hóminem? * interfícitis univérſi vos, tanquam parieti inclináto, & macériæ depúlſæ?

Verúntamen prétium meum cogitavérunt repéllere, cucúrri in ſiti: * ore ſuo benedicébant, & corde ſuo maledicébant.

Verúntamen Deo ſubjécta eſto ánima mea; * quóniam ab ipſo patiéntia mea.

Quia ipſe Deus meus, & ſalvátor meus, * adjútor meus, non emigrábo.

In Deo ſalutáre meum, & glória mea; * Deus auxílii mei, & ſpes mea in Deo eſt.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda veſtra: * Deus adjútor noſter in ætérnum.

Verúntamen vani fílii hóminum, mendáces fílii hóminum in ſtatéris, * ut decípiant ipſi de vanitáte in idipſum.

Nolíte ſperáre in iniquitáte, & rapínas nolíte concupíſcere: * divítiæ ſi áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus eſt Deus, duo hæc audívi; quia poteſ[...] eſt, & tibi Dómine mi[...] dia; * quia tu reddes uni[...] juxta ópera ſua.

Pſalmus 63.

EXaúdi Deus ora[...] meam cùm déprec[...] timóre inimíci éripe [...] meam.

Protexíſti me à c[...] tu malignántium, * à [...] túdine operántium in[...] tem.

Quia exacuérunt ut g[...] linguas ſuas; * inten[...] arcum rem amáram, u[...] tent in occúltis imm[...] tum.

Súbitò ſagittábunt e[...] non timébunt: * firma[...] ſibi ſermónem nequam[...]

Narravérunt ut abſ[...] rent láqueos: * dixérunt[...] vidébit eos?

Scrutáti ſunt iniquit[...] defecérunt ſcrutántes [...] nio.

Accédet homo ad c[...] tum; * & exaltábitur [...]

Sagíttæ parvulórum [...] ſunt plagæ eórum; * [...] mátæ ſunt contra eos [...] eórum.

Conturbáti ſunt omn[...] vidébant eos, * & tímu[...] nis homo.

Et annuntiavérunt [...] Dei, * & facta ejus int[...] runt.

Lætábitur juſtus in [...] no, & ſperábit in eo: * [...] dabúntur omnes recti c[...]

N O N A M.

Pſalmus 64.

E decet hymnus,
Deus, in Sion; * &
tibi reddétur votum
ſalem.
di oratiónem meam; *
nnis caro véniet.
iniquórum prævalué-
per nos; * & impietá-
noſtris tu propitiáberis.
us quem elegíſti, &
íſti; * inhabitábit in
iis.
bimur in bonis domûs
ſanctum eſt templum
mirábile in æquitáte.
di nos Deus ſalutáris
* ſpes ómnium fínium
& in mari longè.
mans montes in virtúte
áctus poténtiâ: * qui
as profúndum maris,
flúctuum ejus.
abúntur gentes, & ti-
qui hábitant términos
tuis; * éxitus matu-
éſperè delectábis.
ſti terram, & inebriáſti
multiplicáſti locuple-
m.
en Dei replétum eſt
* paráſti cibum illó-
quóniam ita eſt prǽpa-
us.
ejus inébria, multí-
mina ejus; * in ſtil-
ejus lætábitur gérmi-

díces corónæ anni be-
tis tuæ; * & campi tui
ntur ubertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt arietes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Pſalmus 65.

JUbiláte Deo omnis terra, pſalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi, * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertranſíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in ætérnum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt: * qui exáſperant, non exalténtur in ſemetipſis.

Benedícite gentes Deum noſtrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus;

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probáſti nos Deus; * igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum.

Induxíſti nos in láqueum, poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro, * impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam, * & eduxíſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaúſtis; * reddam tibi vota mea, quæ diſtinxérunt lábia mea:

Et locútum eſt os meum * in tribulatióne mea.

Holocaúſta medulláta ófferam tibi cum incénſo aríetum, * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpéxi in corde meo, * non exaúdiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî,

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus, * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes; * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pó
Deus, confiteántur tibi
puli omnes: * terra dedit ſ
ctum ſuum.

Benedícat nos Deus, D
noſter, benedícat nos Deus
& métuant eum omnes fi
terræ.

AD VESPERAS

Ant. 7. a. Niſi Dóminus.

Tempore Paſchali, Antiph
na propria.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædific
verit domum, *
vanum laboravéru
qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíe
civitátem, * fruſtrà vígilat q
cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante luce
ſúrgere: * ſúrgite poſtqua
ſedéritis, qui manducátis p
nem dolóris.

Cùm déderit diléctis ſi
ſomnum, * ecce heréditas D
mini, fílii; merces, fruct
ventris.

Sicut ſagíttæ in manu p
téntis, * ita fílii excuſſórum

Beátus vir qui implévit d
ſidérium ſuum ex ipſis; * n
confundétur cùm loquétur i
mícis ſuis in porta.

Ant. Niſi Dóminus cuſt
dierit civitátem, fruſtrà víg
lat qui cuſtódit eam. *v.* 2.

Ant. 2. D. Beáti omnes

Pſalmus 127.

BEáti omnes qui time
Dóminum, * qui ámbu
lant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abúndans,* in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novéllæ olivárum, * in circúitu menſæ tuæ:

Ecce ſic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ;

Et vídeas fílios filiórum tuórum; * pacem ſuper Iſraël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum. *v.* 1.

Ant. 8. c. Confundántur.

Pſalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me à juventúte mea,* dicat nunc Iſraël,

Sæpe expugnavérunt me à juventúte mea, * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres,* prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod priúſquam evellátur, exáruit;

De quo non implévit manum ſuam qui metit,* & ſinum ſuum qui manípulos cólligit:

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini ſuper vos, * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Ant. Confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion. *v.* 5.

Ant. 2. *D.* Sperávit.

Pſalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine; * Dómine exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine, * Dómine quis ſuſtinébit?

Quià apud te propitiátio eſt: * & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus; * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia,* & copióſa apud eum redémptio:

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Sperávit ánima mea in Dómino. *v.* 5.

Ant. 1. *a.* Speret.

Pſalmus 130.

DOmine non eſt exaltátum cor meum, * neque eláti ſunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, * ſed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus eſt ſuper

matre ſua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſraël in Dómino * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Speret Iſraël in Dómino. *v.* 5.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Date glóriam Deo.

Pſalmus 67.

Exúrgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus; * & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus:

Sicut déficit fumus, defíciant: * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et juſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei, * & delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, pſalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei qui aſcéndit ſuper occáſum, Dóminus nomen illi.

Exultáte in conſpéctu ejus; * turbabúntur à fácie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco ſancto ſuo; * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * ſimíliter eos qui exáſperant, qui hábitant in ſepúlcris.

Deus cùm egrederéris in conſpéctu pópuli tui, * cùm pertranſíres in desérto,

Terra mota eſt, étenim cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sinaï, * à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis Deus hereditáti tuæ; * & infirmáta eſt, tu verò perfecíſti eam.

Animália tua habitábunt in ea; * paráſti in dulcédine tua paúperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus * virtúte multâ.

Rex virtútum diléSti, diléSti; * & ſpeciéi domûs divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros, * pennæ colúmbæ deargentátæ, & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcérnit cœléſtis reges ſuper eam, * nive dealbabúntur in Selmon.

Diviſio Pſalmi 67.

Mons Dei, mons pinguis; * mons coagulátus, mons pinguis:

Ut quid ſuſpicámini montes coagulátos? * mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo, étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina, in ſancto.

Aſcendíſti in altum, cepíſti captivitátem; * accepíſti dona in homínibus.

Etenim non credéntes * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die

e, * próſperum iter fá-
›bis Deus ſalutárium
um.
s noſter, Deus ſalvos
i; * & Dómini Dómini
mortis.
íntamen Deus confrín-
ipita inimicórum ſuó-
vérticem capílli peram-
um in delíctis ſuis.
t Dóminus: Ex Baſan
tam, * convértam in
dum maris;
ntingátur pes tuus in
ıe, * lingua canum tuó-
inimícis ab ipſo.
érunt ingréſſus tuos
* ingréſſus Dei mei,
nei qui eſt in ſancto.
venérunt príncipes con-
ſalléntibus, * in médio
ılárum tympaniſtriá-

ra divíſio Pſalmi 67.
:léſiis benedícite Deo, *
ino de fóntibus Iſraël.
Bénjamin adoleſcéntu-
mentis excéſſu.
ipes Juda duces eó-
* príncipes Zabúlon,
es Néphtali.
la Deus virtúti tuæ; *
ıa hoc Deus, quod
ıs es in nobis.
nplo tuo in Jerúſalem, *
:rent reges múnera.
epa feras arúndinis;
gátio taurórum in vac-
ılórum, * ut exclúdant
probáti ſunt argénto.
pa gentes quæ bella
* Vénient legáti ex

Ægypto, Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantáte Deo, * psállite Dómino, psállite Deo.

Qui aſcéndit ſuper cœlum cœli ad Oriéntem, * ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis.

Date glóriam Deo; * ſuper Iſraël magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ: * benedíctus Deus.

Ant. Date glóriam Deo; ſuper Iſraël magnificéntia ejus.
℣. 35.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Quærite Deum.

Pſalmus. 68.

SAlvum me fac Deus, * quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam.

Infixus ſum in limo profúndi, * & non eſt ſubſtántia.

Veni in altitúdinem maris, * & tempéſtas demérſit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: * defecérunt óculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicáti ſunt ſuper capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratìs.

Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me inimíci mei injúſtè; * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus tu ſcis inſipiéntiam meam, * & delícta mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubéſcant in me qui

expéctant te Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur ſuper me * qui quærunt te, Deus Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium, * opéruit confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frátribus meis, * & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me, * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam, * & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtiméntum meum cilícium, * & factus ſum illis in parábolam.

Advérsùm me loquebántur qui ſedébant in porta, * & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te Dómine: * tempus benepláciti Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaúdi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéſtas aquæ, neque abſórbeat me profúndum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Pſalmi 68.

EXaúdi me Dómine, quóniam benígna eſt miſericórdia tua; * ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo; * quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tribulant me: * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit; * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel, * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incúrva.

Effúnde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deſérta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſsíſti, perſecúti ſunt; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleántur de libro vivén-

tium, * & cum juſtis non ſcribántur.

Altera diviſio Pſalmi 68.

EGo ſum pauper & dolens: * ſalus tua Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novéllum, * córnua producéntem & úngulas.

Vídeant paúperes, & læténtur: * quærite Deum, & vivet ánima veſtra:

Quóniam exaudívit paúperes Dóminus, * & vinctos ſuos non deſpéxit.

Laudent illum cœli & terra, * mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſalvam fáciet Sion, * & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hereditáte acquírent eam.

Et ſemen ſervórum ejus poſſidébit eam, * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. Quærite Deum, & vivet ánima veſtra. *v.* 33.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Dómine.

Pſalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde, * Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Confundántur & revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsùm & erubéſcant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur ſtatim erubeſcéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum; * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu; * Dómine ne moréris.

Pſalmus 70.

IN te Dómine ſperávi, non confúndar in ætérnum: * in juſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & ſalva me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum; * ut ſalvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis, & iníqui;

Quóniam tu es patiéntia mea Dómine, * Dómine ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero, de ventre matris meæ tu es protéctor meus; * in te cantátio mea ſemper.

Tanquam prodígium factus ſum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, * ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore ſenectútis ; * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi ; * & qui cuſtodiébant ánimam meam, consilium fecérunt in unum ,

Dicéntes : Deus derelíquit eum, perſequímini, & comprehéndite eum ; * quia non eſt qui erípiat.

Deus ne elongéris à me ; * Deus meus in auxílium meum réſpice.

Confundántur & defíciant detrahéntes ánimæ meæ ; * operiántur confuſióne & pudóre , qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperábo ; * & adjíciam ſuper omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit juſtítiam tuam , * totâ die ſalutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram , introíbo in poténtias Dómini : * Dómine memorábor juſtítiæ tuæ ſolius.

Deus docuíſti me à juventúte mea ; * & uſque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et uſque in ſenéctam & ſénium , * Deus ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra eſt,

Poténtiam tuam , & juſtítiam tuam Deus , uſque in altíſſima , quæ fecíſti magnália : * Deus quis ſímilis tibi ?

Quantas oſtendíſti mihi tribulatiónes multas & malas , * & convérſus vivificáſti me , & de abyſſis terræ iterum reduxíſti me.

Multiplicáſti magnificéntiam tuam ,* & convérſus conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam, Deus ;* pſallam tibi in cíthara, ſanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi ; * & ánima mea quam redemíſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam ; * cùm confúſi & revériti fuerint qui quærunt mala mihi.

Pſalmus 71.

DEus judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam fílio regis ,

Judicáre pópulum tuum in juſtítia , * & paúperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo , * & colles juſtítiam.

Judicábit paúperes pópuli , & ſalvos fáciet fílios paúperum ,* & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole , & ante lunam , * in generatióne & generatiónem.

Deſcéndet ſicut plúvia in vellus , & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia , & abundántia pacis , * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare , * & à flúmine

d términos orbis ter-

m illo prócident Æ-
,* & inimíci ejus ter-
gent.
s Tharſis , & ínſulæ
ófferent ; * reges Ara-
& Saba dona addú-

lorábunt eum omnes
erræ ; * omnes gentes
: ei :
liberábit paúperem à
, * & paúperem cui
t adjútor.
et paúperi & ínopi ,*
as paúperum ſalvas fá-

ûris & iniquitáte rédi-
mas eórum ; * & ho-
e nomen eórum co-
).
ret , & dábitur ei de
rábiæ , & adorábunt
ſemper ; * totâ die
ent ei.
: firmaméntum in terra
tis móntium , ſuperex-
ſuper Líbanum fructus
& florébunt de civitáte
num terræ.
omen ejus benedíctum
la , * ante ſolem pér-
nomen ejus.
nedicéntur in ipſo om-
as terræ ; * omnes gen-
nificábunt eum.
díctus Dóminus Deus
* qui facit mirabília

nedíctum nomen ma-
ejus in ætérnum ; & re-

plébitur majeſtáte ejus omnis terra. * Fiat , fiat.

Ant. Dómine memorábor juſtítiæ tuæ ſolíus. *Pſ.* 70. 17.

AD LAUDES. MATUTINAS.

Ant. 1. *a.* Quàm bonus.

Tempore Paſchali , Antiphona propria.

Pſalmus 72.

Quàm bonus Iſraël Deus,* his qui recto ſunt corde!

Mei autem penè moti ſunt pedes , * penè effúſi ſunt greſſus mei :

Quià zelávi ſuper iníquos ,* pacem peccatórum videns :

Quia non eſt reſpéctus morti eórum , * & firmaméntum in plaga eórum :

In labóre hóminum non ſunt , * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos ſupérbia ; * opérti ſunt iniquitáte , & impietáte ſuâ :

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum ; * tranſiérunt in afféctum cordis :

Cogitavérunt , & locúti ſunt nequítiam ; * iniquitátem in excélſo locúti ſunt :

Poſuérunt in cœlum os ſuum , * & lingua eórum tranſívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic , * & dies pleni inveniéntur in eis.

Ant. Quàm bonus Iſraël Deus , his qui recto ſunt corde ! *v.* 1.

Ant. 2. D. Labor eſt ante me.

Diviſio Pſalmi 72.

ET dixérunt: Quómodo ſcit Deus, * & ſi eſt ſciéntia in Excélſo?

Ecce ipſi peccatóres, & abundántes in ſéculo * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo ſine cauſa juſtificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus totâ die, * & caſtigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo ſic; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Exiſtimábam ut cognóſcerem hoc; * labor eſt ante me,

Donec intrem in ſanctuárium Dei, * & intélligam in noviſſimis eórum.

Verúntamen propter dolos poſuíſti eis; * dejeciſti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti ſunt in deſolatiónem! * ſúbitò defecérunt, periérunt propter iniquitátem ſuam.

Velut ſómnium ſurgéntium, * Dómine in civitáte tua imáginem ipſórum ad níhilum rédiges.

Ant. Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuárium Dei. *v.* 16. 17.

Ant. 6. F. Deus.

Altera diviſio Pſalmi 72.

QUia inflammátum eſt cor meum, & renes mei commutáti ſunt; * & ego ad níhilum redáctus ſum, & neſcívi.

Ut juméntum factus ſum apud te; * & ego ſemp cum.

Tenuíſti manum dex meam, & in voluntáte t duxíſti me, * & cum ſuſcepíſti me.

Quid enim mihi eſt : lo? * & à te quid vólui terram?

Defécit caro mea, meum; * Deus cordis & pars mea Deus in æté

Quia ecce, qui elón à te, períbunt; * pe omnes qui fornicántur :

Mihi autem adhærér bonum eſt, * pónere i mino Deo ſpem meam

Ut annúntiem omne dicatiónes tuas * in port Sion.

Ant. Deus cordis mei mea Deus in ætérnum.

Ant. 5. a. Quis ſímil

Canticum Moyſi.

Exod. 15. 2. *ad* :

CAntémus Dóminc rióſè enim magn eſt, * equum & aſce dejécit in mare.

Fortitúdo mea, & la Dóminus, * & factus e in ſalútem.

Iſte Deus meus, & cábo eum; * Deus patı & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir tor, omnípotens nomei currus Pharaónis, & tum ejus projécit in m

Elécti príncipes ejı mérſi ſunt in mari

abyſſi operuérunt eos ; * deſcendérunt in profúndum quaſi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta eſt in fortitúdine, déxtera tua Dómine percúſſit inimícum ; * & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuíſti adverſários tuos.

Miſíſti iram tuam quæ devorávit eos ſicut ſtípulam ; * & in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens, * congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérſequar & comprehéndam, * dívidam ſpólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare ; * ſubmérſi ſunt quaſi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis ſimilis tuî in fórtibus Dómine ? * quis símilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis, atque laudábilis, fáciens mirabília ?

Extendíſti manum tuam ; * & devorávit eos terra.

Dux fuíſti in miſericórdia tua * pópulo quem redemíſti ;

Et portáſti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt ; * dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſthiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robúſtos Moab obtínuit tremor ; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído & pavor ; * in magnitúdine bráchii tui :

Fiant immóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus Dómine, * donec pertránſeat pópulus tuus iſte, quem poſſedíſti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hereditátis tuæ, * firmíſſimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine :

Sanctuárium tuum Dómine, * quod firmavérunt manus tuæ.

Dóminus regnábit * in ætérnum & ultrà.

Ingréſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare ; * & redúxit ſuper eos Dóminus aquas maris :

Fílii autem Iſraël ambulavérunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Quis ſímilis tuî in fórtibus Dómine ? quis ſímilis tuî ? *v.* 11.

[*In Feſtis, loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens Canticum* 1. *Par.* 29. 10 *ad* 13.

Benedíctus es, Dómine Deus Iſraël patris noſtri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua eſt Dómine magnificéntia, * & poténtia, & glória, atque victória ; & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt, * & in terra, tua ſunt :

Tuum Dómine regnum, * & tu es ſuper omnes príncipes.

Tuæ divítiæ, & tua eſt glória: * tu domináris ómnium,

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, * & laudámus nomen tuum ínclytum.]

Ant. 4. *irreg.* c. Exaltátum eſt.

Pſalmus Laudum 148.

LAudáte Dóminum de cœlis; * laudáte eum in excélſis:

Laudáte eum omnes Angeli ejus; * laudáte eum omnes virtútes ejus:

Laudáte eum ſol & luna; * laudáte eum omnes ſtellæ & lumen:

Laudáte eum cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini,

Quia ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſǽculum ſǽculi: * præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abyſſi;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes ce- dri;

Béſtiæ & univérſa pécora, ſerpéntes & vólucres pen- nátæ;

Reges terræ & omnes pó- puli, * príncipes, & omne- júdices terræ,

Júvenes & vírgines, ſen- cum junióribus laudent no- men Dómini; * quia exalt- tum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlu- & terram; * & exaltávit corn- pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanct- ejus, * fíliis Iſraël, pópul- appropinquánti ſibi.

Ant. Exaltátum eſt nom- ejus ſolíus. Conféſſio ejus ſ- per cœlum & terram. *v.* 13. 1

AD PRIMAM.

Pſalmus 73.

UT quid Deus rep- líſti in finem; * irát- eſt furor tuus ſup- oves paſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatió- tuæ, * quam poſſedíſti ab inít-

Redemíſti virgam heredit- tuæ: * mons Sion, in q- habitáſti in eo.

Leva manus tuas in ſupe- bias eórum in finem: * qua- ta malignátus eſt inimícus ſancto!

Et gloriáti ſunt qui odérn- te, * in médio ſolemnitátis tu-

Poſuérunt ſigna ſua, ſign- & non cognovérunt, * ſi- in éxitu ſuper ſummum.

ſi in ſilva lignórum
ıs excidérunt jánuas
idipſum ; * in ſecúri
dejecérunt eam.
:ndérunt igni ſanctuá-
um ; * in terra pollué-
ıbernaculum nóminis

runt in corde ſuo co-
eórum ſimul : * Quiéſ-
:iámus omnes dies ſe-
i à terra.
noſtra non vídimus ;
ı eſt prophéta ; * & nos
gnóſcet ámpliùs.
ıviſio Pſalmi 73.
ıequo , Deus , impro-
ábit inimícus ? * irrítat
ırius nomen tuum in
?
quid avértis manum
& déxteram tuam , *
dio ſinu tuo in ſi-

; autem rex noſter ante
, * operátus eſt ſalútem
lio terræ.
confirmáſti in virtúte
re ; * contribuláſti cá-
acónum in aquis.
confregíſti cápita dra-
* dedíſti eum eſcam pó-
Æthíopum.
dirupíſti fontes & tor-
; * tu ſiccáſti flúvios

ıs eſt dies , & tua eſt
tu fabricátus es auró-
: ſolem.
fecíſti omnes términos
; * æſtátem & ver tu
áſti ea.

Memor eſto hujus , inimícus improperávit Dómino ; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi , * & ánimas paúperum tuórum ne oblivíſcáris in finem.

Réſpice in teſtaméntum tuum ; * quia repléti ſunt , qui obſcuráti ſunt terræ , dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus :* pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus , júdica cauſam tuam ; * memor eſto improperiórum tuórum , eórum quæ ab inſipiénte ſunt totâ die.

Ne oblivíſcáris voces inimicórum tuórum : * ſupérbia eórum qui te odérunt aſcéndit ſemper.

Pſalmus 74.

CONfitébimur tibi Deus ; * confitébimur , & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua :* cùm accépero tempus , ego juſtítias judicábo.

Liquefácta eſt terra , & omnes qui hábitant in ea ; * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis : Nolíte iníquè ágere ; * & delinquéntibus : Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum , * nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte , neque ab Occidénte , * neque à deſértis móntibus ,

Quóniam Deus judex eſt,* hunc humíliat, & hunc exáltat:

Quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto; * & inclinávit ex hoc in hoc;

Verúntamen fæx ejus non eſt exinaníta; * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum;*cantábo Deo Jacob:

Et ómnia córnua peccatórum confríngam; * & exaltabúntur córnua juſti.

AD TERTIAM.

Pſalmus 75.

NOtus in Judæa Deus;* in Iſraël magnum nomen ejus:

Et factus eſt in pace locus ejus,* & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: * turbáti ſunt omnes inſipiéntes corde.

Dormiérunt ſomnum ſuum,* & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus ſuis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob, * dormitavérunt qui aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis reſiſtet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo audítum fecíſti judícium; * terra trémuit, & quiévit,

Cum exúrgeret in judícium Deus, * ut ſalvos fáceret omnes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi; * & relíquiæ cogitatiónis diem feſtum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo veſtro, * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera,

Terríbili, & ei qui aufert ſpíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Pſalmus 76.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquiſívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non ſum decéptus.

Rénuit conſolári ánima mea; * memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum, & defécit ſpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei; * turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Nunquid in ætérnum projíciet Deus, * aut non appónet ut complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcíndet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviſcétur miſeréri Deus? * aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélſi.

)iſio Pſalmi 76.
)r fui óperum Dómi-
* quia memor ero ab
rabílium tuórum,
editábor in ómnibus
tuis, * & in adin-
bus tuis exercébor.
in ſancto via tua: quis
ıgnus ſicut Deus no-
tu es Deus qui facis
.
m fecíſti in pópulis
tuam; * redemíſti in
tuo pópulum tuum,
:ob, & Joſeph.
:unt te aquæ Deus,
te aquæ, & timué-
t turbátæ ſunt abyſſi.
ido ſónitûs aquárum;*
edérunt nubes.
im ſagíttæ tuæ trán-
vox tonitrui tui in

unt coruſcatiónes tuæ
æ; * commóta eſt, &
uit terra.
i via tua, & ſémitæ
juis multis, * & veſtí-
on cognoſcéntur.
ıíſti, ſicut oves, pó-
.um * in manu Móyſi
ı.

S E X T A M.

Pſalmus 77.

[téndite pópule meus
egem meam, * incli-
ıáte aurem veſtram in
is mei.
iam in parábolis os
* loquar propoſitiónes
.
:a audívimus, & co-
gnóvimus ea,* & patres noſtri narravérunt nobis.

Non ſunt occultáta à filiis eórum * in generatióne áltera,

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et ſuſcitávit teſtimónium in Jacob,* & legem póſuit in Iſraël.

Quanta mandávit pátribus noſtris nota fácere ea filiis ſuis, * ut cognóſcat generátio áltera.

Fílii qui naſcéntur, & exúrgent, * & narrábunt filiis ſuis,

Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcántur óperum Dei, * & mandáta ejus exquírant.

Ne fiant ſicut patres eórum, * generátio prava & exáſperans;

Generátio quæ non diréxit cor ſuum,* & non eſt créditus cum Deo ſpíritus ejus.

Prima diviſio Pſalmi 77.

FIlii Ephrem intendéntes & mitténtes arcum,* convérſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtaméntum Dei,* & in lege ejus noluérunt ambuláre:

Et oblíti ſunt benefactórum ejus,* & mirabílium ejus quæ oſténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti,* in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perdú-

xit eos, * & ſtátuit aquas quaſi in utre.

Et dedúxit eos in nube diéi, * & totâ noćte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo, * & adaquávit eos velut in abyſſo multa.

Et edúxit aquam de petra, * & dedúxit tanquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei, * in iram excitavérunt Excélſum in inaquóſo.

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis, * ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti ſunt de Deo; * dixérunt: Nunquid póterit Deus paráre menſam in deſérto?

Quóniam percuſſit petram, & fluxérunt aquæ, * & torréntes inundavérunt.

Nunquid & panem póterit dare, * aut paráre menſam pópulo ſuo?

Ideo audívit Dóminus, & díſtulit; * & ignis accénſus eſt in Jacob, & ira aſcéndit in Iſraël:

Quia non credidérunt in Deo, * nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus déſuper, * & jánuas cœli apéruit,

Et pluit illis manna ad manducándum, * & panem cœli dedit eis:

Panem Angelórum manducávit homo; * cibária miſit eis in abundántia.

Secunda diviſio Pſalm

TRánſtulit Auſtrum
lo, * & indúxit in
ſua Africum:

Et pluit ſuper eos ſic
verem carnes, * & ſic
nam maris volatília pe

Et cecidérunt in mé
ſtrórum eórum, * circ
nácula eórum:

Et manducavérunt,
ráti ſunt nimis, & deſi
eórum áttulit eis; * n
fraudáti à deſidério ſuc

Adhuc eſcæ eórum
ore ipſórum, * & i
aſcéndit ſuper eos:

Et occídit pingues e
& eléćtos Iſraël impe

In ómnibus his pecc
adhuc; * & non cred
in mirabílibus ejus.

Et defecérunt in v
dies eórum, * & anni
cum feſtinatióne.

Cùm occíderet eos,
bant eum, & reverteba
& dilúculò veniébant

Et rememoráti ſu
Deus adjútor eſt eóru
Deus excélſus redém
rum eſt.

Et dilexérunt eum
ſuo, * & linguâ ſuâ
ſunt ei:

Cor autem eórum n
rećtum cum eo, * nec
hábiti ſunt in teſtamént

Ipſe autem eſt miſé
& propítius fiet peccá
rum, * & non diſpérd

Et abundávit ut a

am ſuam, * & non accéndit
mnem iram ſuam:
Et recordátus eſt quia caro
nt, * ſpíritus vadens; &
on rédiens.

AD NONAM.

Tertia diviſio Pſalmi 77.

QUóties exacerbavérunt eum in deſérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóſo?
Et convérſi ſunt, & tentavérunt Deum, * & ſanctum ſraël exacerbavérunt.
Non ſunt recordáti manûs jus * die quâ redémit eos de manu tribulántis.
Sicut póſuit in Ægypto gna ſua, * & prodígia ſua in ampo Táneos.
Et convértit in ſánguinem úmina eórum, * & imbres órum ne bíberent.
Miſit in eos cœnomyïam, & omédit eos; * & ranam, & ſpérdidit eos.
Et dedit ærúgini fructus eóm, * & labóres eórum loſtæ.
Et occídit in grándine vias eórum, * & moros eóm in pruína.
Et trádidit grándini juméneórum, * & poſſeſſiónem rum igni.
Miſit in eos iram indignaónis ſuæ, indignatiónem, iram, & tribulatiónem; * amiſſiónes per ángelos mas.
Viam fecit ſémitæ iræ ſuæ, t non pepércit à morte animábus eórum; * & juménta eórum in morte conclúſit.
Et percúſſit omne primogénitum in terra Ægypti, * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Quarta diviſio Pſalmi 77.

ET ábſtulit ſicut oves pópulum ſuum, * & perdúxit eos tanquam gregem in deſérto.
Et dedúxit eos in ſpe, & non timuérunt; * & inimícos eórum opéruit mare.
Et indúxit eos in montem ſanctificatiónis ſuæ, * montem quem acquisívit déxtera ejus.
Et ejécit à fácie eórum gentes, * & ſorte divíſit eis terram in funiculo diſtributiónis;
ropter iram inimicó-
uli; * ne forte ſuper-
oſtes eórum,
erent, Manus noſtra
, * & non Dóminus
: ómnia.
abſque consílio eſt,
rudéntia: * útinam ſá-
t intellígerent, ac no-
rovidérent.
ıodo perſequátur unus
& duo fugent decem

ıe ídeo, quia Deus
ıdidit eos, * & Dómi-
clúſit illos?
enim eſt Deus noſter
órum: * & inimíci
nt júdices.
ıea Sodomórum vínea
* & de ſuburbánis Go-
:
eórum uva fellis, *
amariſſimi.
lracónum vinum eó-
& venénum áſpidum
le.
ne hæc cóndita ſunt

apud me, * & ſignáta in theſáuris meis?

Mea eſt últio, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxtà eſt dies perditiónis, * & adéſſe feſtinant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis miſerébitur.

Vidébit quòd infirmáta ſit manus, * & clauſi quoque defecérunt, reſiduíque conſúmpti ſunt.

Et dicet: Ubi ſunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum:

Surgant, & opituléntur vobis, * & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus, * & non ſit álius Deus præter me:

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego ſanábo; * & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam; * & dicam: Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur, gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóſtibus meis, * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo ſagíttas meas ſánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occiſórum,* & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum ejus, * quia ſánguinem ſervórum ſuórum ulciſcétur;

Et vindíctam retríbuet in hoſtes eórum, * & propítius erit terræ pópuli ſui.

Ant. Date magnificéntiam Deo noſtro. *v.* 4.

[*In Feſtis, locò ſuperioris Cantici, dicitur ſequens Canticum Judith.* 16. 2. *ad* 8.

Incípite Dómino in tympanis, * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminí illi pſalmum novum; * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella,* Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Venit Aſſur ex móntibus ab Aquilóne * in multitúdine fortitúdinis ſuæ:

Cujus multitúdo obturávit torréntes, * & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit ſe incenſúrum fines meos,* & júvenes meos occiſúrum gládio,

Infántes meos dare in prædam,* & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 7. c. Laudát

Pſalmus Laudum

Laudáte Dóminu
ctis ejus; * laudát
firmaménto virtútis ej

Laudáte eum in v
ejus; * laudáte eum
dùm multitúdinem
dinis ejus.

Laudáte eum in ſon
laudáte eum in pſa
cíthara.

Laudáte eum in tyı
choro; * laudáte eum
dis & órgano.

Laudáte eum in
beneſonántibus, laud
in cymbalis jubilatión
nis ſpíritus laudet Dó

Ant. Laudáte eu
dùm multitúdinem
dinis ejus. *v.* 2.

AD PRIM

Pſalmus 104.

Confitémini D
invocáte nom
annuntiáte int
ópera ejus.

Cantáte ei, & pſál
narráte ómnia mirabíl

Laudámini in nón
cto ejus: * lætétur cor
tium Dóminum.

Quærite Dóminum
firmámini; * quærite
ejus ſemper.

Mementóte mirabíl
quæ fecit, * prodígia
judícia oris ejus.

Semen Abraham
ejus; * fílii Jacob, el
Ipſe Dóminus D

; * in univérſa terra judí-
:jus.
emor fuit in ſéculum te-
énti ſui, * verbi quod
dávit in mille generatió-
,
:uod diſpóſuit ad Abra-
, * & juraménti ſui ad
::
Et ſtátuit illud Jacob in
éptum, * & Iſraël in te-
éntum ætérnum,
icens: Tibi dabo terram
naan, * funículum here-
is veſtræ;
ùm eſſent número brevi,
ſſimi, * & íncolæ ejus:
: pertranſiérunt de gente
ntem, * & de regno ad
lum álterum.
on relíquit hóminem no-
eis; * & corrípuit pro eis
s:
Nolíte tángere chriſtos
s, * & in prophétis meis
te malignári:
Diviſio Pſalmi 104.
vocávit famem ſuper
rram, * & omne firma-
tum panis contrívit:
Miſit ante eos virum; *
rvum venúndatus eſt Jo-
:
umiliavérunt in compé-
s pedes ejus, ferrum per-
ſiit ánimam ejus, * donec
ret verbum ejus:
lóquium Dómini inflam-
it eum; * miſit rex, &
it eum; princeps populó-
, & dimíſit *eum.*
onſtítuit eum dóminum

domûs ſuæ; * & príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ,

Ut erudíret príncipes ejus ſicut ſemetípſum, * & ſenes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Iſraël in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum ſuum veheménter; * & firmávit eum ſuper inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus, * & dolum fácerent in ſervos ejus.

Altera diviſio Pſalmi 104.

Miſit Móyſen ſervum ſuum, * Aáron quem elégit ipſum.

Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Miſit tenebras & obſcurávit; * & non exacerbávit ſermónes ſuos.

Convértit aquas eórum in ſánguinem: * & occídit piſces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipſórum.

Dixit; & venit cœnomyïa, & cínifes, * in ómnibus fínibus eórum.

Póſuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburéntem in terra ipſórum.

Et percúſſit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum.

Dixit; & venit locúſta, & bruchus, * cujus non erat númerus,

Et comédit omne fœnum In terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percúſſit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum,

Et edúxit eos cum argénto & auro: * & non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta eſt Ægyptus in profectióne eórum, * quia incúbuit timor eórum ſuper eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotúrnix; * & pane cœli ſaturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ; * abiérunt in ſicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui, * quod hábuit ad Abraham púerum ſuum:

Et edúxit pópulum ſuum in exultatióne, * & eléctos ſuos in lætítia:

Et dedit illis regiónes géntium, * & labóres populórum poſſedérunt,

Ut cuſtódiant juſtificatiónes ejus, * & legem ejus requírant.

AD TERTIAM.

Pſalmus 105.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſǽculum miſericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus?

Beáti qui cuſtódiunt judícium, & fáciunt juſtítiam * in omni témpore.

Meménto noſtrî Dómine in beneplácito pópuli tui; * víſita nos in ſalutári tuo,

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum, ad lætándum in lætítia gentis tuæ, * ut laudéris cum hereditáte tua.

Diviſio Pſalmi 105.

PEccávimus cum pátribus noſtris, * injúſtè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua; * non fuérunt mémores multitúdinis miſericórdiæ tuæ;

Et irritavérunt aſcendéntes in mare, * mare rubrum:

Et ſalvávit eos propter nomen ſuum, * ut notam fáceret poténtiam ſuam:

Et increpuit mare rubrum, & exſiccátum eſt; * & dedúxit eos in abyſſis ſicut in deſérto:

Et ſalvávit eos de manu odiéntium, * & redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos; * unus ex eis non remánſit.

Et credidérunt verbis ejus, * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum ejus, * & non ſuſtinuérunt consílium ejus:

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſérto; * & tentavérunt Deum in inaquóſo:

Et dedit eis petitiónem ipſo-

* & miſit ſaturitátem
ıas eórum.
rritavérunt Móyſen in
* Aáron ſanctum Dó-

:ta eſt terra, & deglutí-
han, * & opéruit ſu-
ıgregatiónem Abíron:
cárſit ignis in ſynagóga
, * flamma combúſſit
ıres.
:cérunt vítulum in Ho-
: adoravérunt ſcúlptile;
mutavérunt glóriam
in ſimilitúdinem vítuli
ëntis fœnum.
ti ſunt Deum qui ſal-
os; * qui fecit magná-
Egypto, mirabília in
ham, terribília in mari

ıit ut diſpérderet eos,*
Móyſes eléctus ejus ſte-
ı confractióne in con-
:jus,
vérteret iram ejus, * ne
eret eos.
pro níhilo habuérunt
deſiderábilem; * non
runt verbo ejus.
ırmuravérunt in taber-
ſuis; * non exaudié-
ıcem Dómini.
:levávit manum ſuam
:os, * ut proſtérneret
deſérto,
dejíceret ſemen eórum
ónibus, * & diſpérgeret
regiónibus.
initiáti ſunt Beélphe-
& comedérunt ſacrifí-
tuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus ſuis: * & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phínees, & placávit; * & ceſſávit quaſſátio:

Et reputátum eſt ei in juſtítiam, * in generatiónem & generatiónem uſque in ſempitérnum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis; * & vexátus eſt Móyſes propter eos;

Quia exacerbavérunt ſpíritum ejus, * & diſtínxit in lábiis ſuis.

Altera diviſio Pſalmi 105.

NOn diſperdidérunt gentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti ſunt inter gentes, & didicérunt ópera eórum, & serviérunt ſculptílibus eórum; * & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolavérunt fílios ſuos, * & fílias ſuas dæmóniis;

Et effudérunt ſánguinem innocéntem; * ſánguinem filiórum ſuórum, & filiárum ſuárum quas ſacrificavérunt ſculptílibus Chánaan.

Et inféćta eſt terra in ſanguínibus, & contamináta eſt in opéribus eórum; * & fornicáti ſunt in adinventiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dóminus in pópulum ſuum, * & abominátus eſt hereditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium; * & domináti ſunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, & humiliáti ſunt ſub mánibus eórum: * ſæpe liberávit eos.

Ipſi autem exacerbavérunt eum in consílio ſuo, * & humiliáti ſunt in iniquitátibus ſuis.

Et vidit cùm tribularéntur,* & audívit oratiónem eórum;

Et memor fuit teſtaménti ſui, * & pœnítuit eum ſecúndùm multitúdinem miſericórdiæ ſuæ.

Et dedit eos in miſericórdias * in conſpéctu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac Dómine Deus noſter, * & cóngrega nos de natiónibus,

Ut confiteámur nómini ſancto tuo, * & gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum;* & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

AD SEXTAM.

Pſalmus 106.

CONfitémini Dómino quóniam bonus,* quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redémpti ſunt à Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A ſolis ortu & occáſu, * ab Aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine in inaquóſo, * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſuriéntes & ſitiéntes, * ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus filiis hóminum:

Quia ſatiávit ánimam inánem, * & ánimam eſuriéntem ſatiávit bonis.

Sedéntes in ténebris & umbra mortis, * vínctos in mendicitáte & ferro,

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altiſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum; * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis; * & víncula eórum diſrúpit.

Diviſio Pſalmi 106.

COnfiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus filiis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Suſcépit eos de via iniqui-

um, * propter injuſti-
ı ſuas humiliáti ſunt.
em eſcam abomináta
a eórum, * & appro-
érunt uſque ad portas

amavérunt ad Dómi-
n tribularéntur, * &
ſſitátibus eórum libe-
s.
verbum ſuum, & ſa-
os, * & erípuit eos de
nibus eórum.
iteántur Dómino mi-
iæ ejus, * & mirabília
is hóminum.
acríficent ſacrifícium
* & annúntient ópera
xultatióne.
deſcéndunt mare in
, * faciéntes operatió-
aquis multis,
idérunt ópera Dómi-
: mirabília ejus in pro-

; & ſtetit ſpíritus pro-
& exaltáti ſunt fluctus

ndunt uſque ad cœlos,
ndunt uſque ad abyſ-
nima eórum in malis
at :
iti ſunt, & moti ſunt
rius ; * & omnis ſa-
eórum devoráta eſt :
amavérunt ad Dómi-
ım tribularéntur ; * &
ſſitátibus eórum edúxit

ituit procéllam ejus in
* & ſiluérunt fluctus

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt ; * & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Altera diviſio Pſalmi 106.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum :

Et exáltent eum in ecclèſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Póſuit flúmina in deſértum; * & éxitus aquárum in ſitim ;

Terram fructíferam in ſalſúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit deſértum in ſtagna aquárum, * & terram ſine aqua in éxitus aquárum ;

Et collocávit illic eſuriéntes ; * & conſtituérunt civitátem habitatiónis ;

Et ſeminavérunt agros, & plantavérunt víneas ; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti ſunt nimis ; * & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt, * & vexáti ſunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effúſa eſt contémptio ſuper príncipes, * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit paúperem de inópia, * & póſuit ſicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur ; * & omnis iníquitas oppilábit os ſuum.

Quis ſápiens, & cuſtódiet hæc ? * & intélliget miſericórdias Dómini ?

AD NONAM.

Pſalmus 107.

PArátum cor meum Deus, parátum cor meum; * cantábo, & pſallam in glória mea.

Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara; * exúrgam dilúculò.

Confitébor tibi in pópulis Dómine, * & pſallam tibi in natiónibus;

Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram glória tua; * ut liberéntur diléĉti tui.

Salvum fac déxterâ tuâ, * & exaúdi me.

Deus locútus eſt in ſanĉto ſuo; * exultábo, & dívidam Síchimam; & convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes; * & Ephraïm ſuſcéptio cápitis mei;

Juda rex meus; * Moab lebes ſpei meæ;

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci faĉti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repuliſti nos? * & non exíbis Deus in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Pſalmus 108.

DEus laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me apértum eſt.

Locúti ſunt advérsùm me linguâ dolósâ, & ſermónibus ódii circundedérunt me; * & expugnavérunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent, detrahébant mihi; * ego autem orábam.

Et poſuérunt advérsùm me mala pro bonis, * & ódium pro dileĉtióne mea.

Conſtítue ſuper eum peccatórem, * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum:

Fiant dies ejus pauci, * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciántur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam ejus, * & dirípiant alieni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor, * nec ſit qui misereátur pupíllis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum, * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iniquitas patrum ejus in conſpe-

ini, * & peccátum
jus non deleátur.
ontra Dóminum ſem-
t diſpéreat de terra
a eórum;
o quòd non eſt recor-
cere miſericórdiam,*
ecútus eſt hóminem
& mendícum, & com-
corde mortificáre.
iléxit maledictiónem,
et ei; * & nóluit be-
nem, & elongábitur

índuit maledictiónem
ſtiméntum, * & intrá-
ut aqua in interióra
ſicut óleum in óſſibus

ei ſicut veſtiméntum
erítur, * & ſicut zona
per præcíngitur.
opus eórum qui détra-
ihi apud Dóminum,*
oquúntur mala advér-
mam meam.
ivíſio Pſalmi 108.
u Dómine, Dómine
necum propter nomen
* quia ſuávis eſt miſe-
a tua.
ta me, quia egénus &
ego ſum, * & cor
conturbátum eſt intrà

t umbra cùm declínat,
ſum; * & excúſſus ſum
cúſtæ.
ua mea infirmáta ſunt à
,* & caro mea immu-
t propter óleum.
ego factus ſum oppró-
brium illis; * vidérunt me, &
movérunt cápita ſua.

Adjuva me Dómine Deus meus, * ſalvum me fac ſecúndùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc, * & tu Dómine feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces; * qui inſúrgunt in me, confundántur; ſervus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi, pudóre; * & operiántur ſicut diploïde, confuſióne ſuâ.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum;

Quia áſtitit à dextris paúperis, * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

AD VESPERAS.

Ant. 6. F. Beátus.

Tempore Paſchali, Antiphona propria.

Pſalmus 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum; * ſuſcéptor meus, & liberátor meus;

Protéctor meus, & in ipſo ſperávi; * qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine quid eſt homo, quia innotuíſti ei? * aut filius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti ſimilis fa-

ctus eſt ;* dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cœlos tuos, & deſcénde ;* tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos ; * emítte ſagíttas tuas, & conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis,* de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum eſt vanitátem,* & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Deus cánticum novum cantábo tibi,* in pſaltério decachórdo pſallam tibi,

Qui das ſalútem régibus,* qui redemíſti David ſervum tuum de gládio malígno.

Eripe me, & érue de manu filiórum alienórum, quorum os locútum eſt vanitátem ;* & déxtera eórum déxtera iniquitátis:

Quorum fílii ſicut novéllæ plantatiónes* in juventúte ſua:

Fíliæ eórum compóſitæ,* circumornátæ ut ſimilitúdo templi:

Promptuária eórum plena,* eructántia ex hoc in illud:

Oves eórum fœtóſæ, abundántes in egréſſibus ſuis ;* boves eórum craſſæ:

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus,* neque clamor in platéis eórum,

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt:* beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Beátus pópulus Dóminus Deus ejus. *v.*

Ant. 8. c. Benedícat.

Pſalmus 144.

EXaltábo te Deus Rex,* & benedícam mini tuo in ſéculum, ſéculum ſéculi.

Per síngulos dies be cam tibi,* & laudábo n tuum in ſéculum, & in lum ſéculi.

Magnus Dóminus, & dábilis nimis,* & mag dinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio dábit ópera tua,* & p tiam tuam pronuntiábu

Magnificéntiam glória titátis tuæ loquéntur,* rabília tua narrábunt;

Et virtútem terribíliun rum dicent,* & magn nem tuam narrábunt:

Memóriam abundánti vitátis tuæ eructábunt,* ſtítiâ tuâ exultábunt.

Miserátor & miséricor minus;* pátiens, & m miſéricors.

Suávis Dóminus univé & miſeratiónes ejus ſupe nia ópera ejus.

Confiteántur tibi Dó ómnia ópera tua;* & tui benedícant tibi:

Glóriam regni tui dic & poténtiam tuam loqué

Ut notam fáciant fílii minum poténtiam tuam glóriam magnificéntiæ tui.

ūm tuum , regnum
ſeculórum ;* & do-
tua in omni genera-
& generatiónem.
s Dóminus in ómni-
is ſuis, * & ſanctus in
opéribus ſuis.
t Dóminus omnes qui
, * & érigit omnes

ómnium in te ſpe-
mine ; * & tu das eſ-
:um in témpore op-
:
tu manum tuam, *
s omne ánimal bene-

Dóminus in ómni-
ſuis ; * & ſanctus in
opéribus ſuis.
eſt Dóminus ómni-
cántibus eum , * óm-
ıvocántibus eum in

tátem timéntium ſe
t deprecatiónem eó-
ídiet, * & ſalvos fá-

dit Dóminus omnes
s ſe ; * & omnes pec-
liſpérdet.
tiónem Dómini lo-
s meum ; * & benedí-
is caro nómini ſancto
culum, & in ſéculum

Benedícat omnis caro
ancto ejus. *v.* 21.
:. a. Dóminus.
Pſalmus 145.
la ánima mea Dómi-
ı ; * laudábo Dómi-
num in vita mea, pſallam Deo meo quándiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus , * in fíliis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus , & revertétur in terram ſuam ; * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipsíus , * qui fecit cœlum & terram , mare & ómnia quæ in eis ſunt :

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum , facit judícium injúriam patiéntibus ; * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos ; * Dóminus illúminat cæcos :

Dóminus érigit elíſos ; * Dóminus díligit juſtos :

Dóminus cuſtódit ádvenas ; pupíllum , & víduam ſuſcípiet ; * & vias peccatórum diſpérdet.

Regnábit Dóminus in ſécula , Deus tuus Sion * in generatiónem & generatiónem.

Ant. Dóminus érigit elíſos ; Dóminus díligit juſtos. *v.* 8.

Ant. 1. a. Magnus.

Pſalmus 146.

LAudáte Dóminum , quóniam bonus eſt pſalmus ; * Deo noſtro ſit jucúnda, decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúſalem Dóminus , * diſperſiónes Iſraélis congregábit :

Qui ſanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum :

Qui númerat multitúdinem ſtellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; * & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne; * pſállite Deo noſtro in cíthara,

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam :

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam ſervitúti hóminum :

Qui dat juméntis eſcam ipſórum, * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum, * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ant. Magnus Dóminus Deus noſter, & magna virtus ejus. *v.* 5.

Ant. 4. *E.* Lauda.

Pſalmus 147.

LAuda Jerúſalem Dóminum, * lauda Deum tuum Sion;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum; * benedíxit fíliis tuis in te;

Qui póſuit fines tuos [...]cem; * & ádipe frumént[i ...]tiat te :

Qui emíttit elóquium ſ[uum ...] terræ; * velóciter currit ſe[rmo] ejus :

Qui dat nivem ſicut lan[am ...] nébulam ſicut cínerem [...]git :

Mittit cryſtállum ſuam [...] buccéllas; * ante fáciem [fri]goris ejus quis ſuſtinébit

Emíttet verbum ſuum [...] liquefáciet ea; * flabit ſpí[ritus] ejus, & fluent aquæ :

Qui annúntiat verbum [...] Jacob, * juſtítias & judíci[a ...] Iſraël.

Non fecit táliter omn[i na]tióni; * & judícia ſua non [ma]nifeſtávit eis.

Ant. Lauda Jerúſalem [Dó]minum, lauda Deum [...] Sion. *v.* 1.

IN FERIIS QUADRA[GESIMÆ]

AD LAUDES MATUTI[NAS]

ET VESPERAS.

In Feriis Quadrageſimæ [...] ad Feriam V. in Cœna [...]ni, poſt Antiphonam ad [Bene]díctus, *&* Magníficat, *dic[...] flexis genibus, & demiſſâ [...] ſequentes*

PRECES.

KYrie eléïſon, *ter.* C[hriſte] eléïſon, *ter.* Kyrie [elé]ïſon, *ter.*

Secretò, Pater, *uſque ad* [...] ne nos indúcas in tentatió[nem.]

℟. Sed líbera nos à mal[o.]

℣. Peccávimus cum [patri]bus noſtris, ℟. Injúſtè [...]

nus, iniquitátem fécimus. *Pſ.* 105. 6.

℣. Dómine ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárum, ℟. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; quia paúperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

℣. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos. ℟. Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. *Pſ.* 78. 9.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, ℟. Et ſalutáre tuum da nobis. *Pſ.* 84. 8.

℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exſúltent. *Pſ.* 131. 9.

℣. Dómine ſalvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, ℟. Et bénedic hereditáti tuæ. *Pſ.* 27. 9.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jeruſálem: ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121. 6 7.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abſéntibus: ℟. Rege eos, & extólle illos uſque in ætérnum. *Pſ.* 27. 9.

℣. Pro infírmis, afflíctis, & captívis: ℟. Líbera Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis: ℟. Convértere Dómine, úſquequo? & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

Deinde dicitur Pſalmus, De profúndis, *ut ſuprà* 73. *& in fine*, Glória Patri. [*In Veſperis loco Pſalmi* De profúndis, *dicitur Pſalmus*, Miſerére; *ut ſuprà* 62.]

Finito Pſalmo, Hebdomadarius dicit, ℣. Deus tu convérſus vivificábis nos, ℟. Et plebs tua lætábitur in te. *Pſ.* 84. 7.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Deinde altâ voce,

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio ut infrà in qualibet Feria, poſt Antiphonam ad Benedíctus.

Si facienda ſit Commemoratio alicujus Feſti occurrentis, fit hoc loco.

Deinde fiunt

SUFFRAGIA

De omnibus Sanctis.

AD LAUDES.

Ant. Hi ſunt ante thronum Dei, & ſérviunt ei die ac nocte in templo ejus. *Apoc.* 7. 15.

℣. Juſti confitebúntur nómini tuo; ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

Orémus. *Oratio.*

Concéde, quæſumus omnípotens Deus, ut ſancta Dei génitrix María, ſancti tui Apóſtoli, Mártyres, Pontífi-

ces, Vírgines, atque omnes Sancti, quorum memóriam celebrámus, nos ubíque ádjuvent; quátenus illórum ſuffrágio tranquíllâ pace in tua laude lætémur; Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Si aliud non ſequatur Officium, dicitur ſecretò, Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noſter.

Et ſic poſt quamlibet horam.

AD VESPERAS.

Ant. Juſti epuléntur & exúltent in conſpéctu Dei, & delectént ur in lætítia. *Pſ.* 67. 4.

℣. Exultáte juſti in Dómino; ℟. Rectos decet collaudátio. *Pſ.* 32. 1.

Oratio, Concéde, *ut ſuprà.*

Nulla alia fiunt Suffragia poſt Laudes Matutinas & Veſperas per totam Quadrageſimam.

AD PRIMAM.

Hymnus.

JAM lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos ſervet à nocéntibus.

LINGUAM refrænans témperet,
Ne litis horror inſonet;
Viſum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes haúriat.

SINT pura cordis íntima;
Abſíſtat & vecórdia;
Carnis terat ſupérbiam
Potûs cibíque párcitas.

UT cùm dies abſcéſſerit,
Noctémque ſors redúxerit,
Mundi per abſtinéntiam
Ipſi canámus glóriam.

PRÆSTA, Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

Antiphona ut habetur proprio loco.

Pſalmi ſecundùm Feriam.

[*In Dominicis & Feſtis, atque etiam in Feriis Temporis Paſchalis,*

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 17.

REgi ſeculórum immortáli, inviſíbili, ſoli Deo honor, & glória in ſécula ſeculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

℟. *breve*, Chriſte Jeſu fili Dei vivi, *ut infrà.*]

In Feriis Quadrageſimæ,

Capitulum. *Iſai.* 33. 2.

DOmine miſerére noſtri: te enim expectávimus: eſto bráchium noſtrum in manè, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

℟. *breve*, Chriſte Jeſu fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repetitur*, Chriſte Jeſu fili Dei vivi, miſerére nobis. *In Quadrageſima*, ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris, * Miſerére nobis

mpore Paſchali, ℣. Qui
i à mórtuis.* Miſerére
Glória Patri, & Fílio,
ui-ſancto. *Repetitur,*
Jeſu fili Dei vivi;
nobis. *Matt.* 16. 16.
o. *Hebr.* 1. 3.
úrge Dómine, ádjuva
Et rédime nos propter
tuum. *Pſ.* 43. 27.
nſorio brevi Chriſte
unquam additur Alle-
quidem Tempore Paſ-

PRECES
ntes dicuntur in Do-
& Feſtis quibuſcunque,
riali Officio. (Dicun-
bus flexis, & voce de-
uando Preces dicta ſunt
des.)
e eléïſon, *ter.* Chriſte
ſon, *ter.* Kyrie eléï-
r.
tò, Pater, *uſque ad*
nos indúcas in ten-
a; ℟. Sed líbera nos

ivet ánima mea, &
te; ℟. Et judícia tua
unt me. *Pſ.* 118. 175.
ò, Credo in Deum,
l ℣. Carnis reſurre-
; ℟. Vitam ætérnam.

go ad te Dómine cla-
. Et manè oratio mea
et te. *Pſ.* 87. 14.
pleátur os meum lau-
Ut cantem glóriam
tâ die magnitúdinem
. 70. 8.
terna.

℣. Os meum annuntiábit juſtítiam tuam, ℟. Totâ die ſalutáre tuum. *Pſ.* 70. 15.

In omnibus Dominicis, Duplicibus-majoribus ac ſuprà, & intrà Octavas, hìc dicitur ℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, &c. ℣. Dóminus vobíſcum, &c. *Deinde Oratio,* Dómine ſancte, *infrà.*

In Semiſolemnibus & ſuprà, ac intrà Octavas Feſtorum Domini, (niſi occurrat Feſtum Semiſolemne aut ſuprà) Oratio Feſti præmittitur Orationi, Dómine ſancte: *& duæ illæ Orationes dicuntur ſub eâdem concluſione.*

Intrà Octavas Sanctorum non dicitur Oratio Octavæ, niſi quando fit de Octavâ.

Intrà Octavas Semiſolemnium, etiam ſi fiat de Octavâ, unica dicitur Oratio, Dómine ſancte, *ut infrà.*

In Duplicibus-minoribus & infrà, ac in Feriis, etiam Temporis Paſchalis, adduntur ſequentes ℣℣.

℣. Avérte fáciem tuam à peccátis meis, ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Pſ.* 50. 11.

℣. Cor mundum crea in me Deus, ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis. *Pſ.* 50. 12.

℣. Ne projícias me à fácie tua; ℟. Et ſpíritum ſanctum tuum ne aúferas à me. *Pſ.* 50. 13.

℣. Redde mihi lætítiam ſalu-

táris tui ; ℟. Et ſpíritu principáli confírma me. *Pſ.* 50. 14.

Quando Preces non dicuntur flexis genibus , hìc fit Confeſſio : quando verò dicuntur , iterum adduntur ſequentes ℣℣. *ante Confeſſionem.*

℣. Vias tuas Dómine demónſtra mihi ; ℟. Et ſémitas tuas édoce me. *Pſ.* 24. 4.

℣. Dírige me in veritáte tua , & doce me ; ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus. *Pſ.* 24. 5.

℣. Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómine , ℟. Et miſericordiárum tuárum , quæ à ſéculo ſunt. *Pſ.* 24. 6.

℣. Delícta juventútis meæ , & ignorántias meas ne memíneris. ℟. Secúndùm miſericórdiam tuam meménto meî tu. *Pſ.* 24. 7. 8.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo ; ℟. A viro iníquo éripe me. *Pſ.* 139. 2.

℣. Eripe me de inimícis meis. Deus meus , ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me. *Pſ.* 58. 2.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem , ℟. Et de viris ſánguinum ſalva me. *Pſ.* 58. 3.

℣. Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi ; ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. *Pſ.* 60. 9.

℣. Deus in adjutórium meum inténde , ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

℣. Bénedic ánima mea Dómino , ℟. Et ómnia quæ intrà me ſunt nómini ſan[c]
Pſ. 102. 1.

℣. Bénedic ánima [mea Do]mino , ℟. Et noli obli[visci om]nes retributiónes ej[us]. *Pſ.* 102. 2.

℣. Qui propitiátur [omnibus] iniquitátibus tuis ; ℟. [Qui sa]nat omnes infirmitát[es tuas]. *Pſ.* 102. 3.

℣. Qui rédimit de [interitu] vitam tuam ; ℟. Qui [coronat] te in miſericórdia & [misera]tiónibus ; *Pſ.* 102. 4.

℣. Qui replet in bo[nis desi]dérium tuum ; ℟. Re[novabi]tur ut áquilæ juvén[tus tua]. *Pſ.* 102. 5.

Tunc Hebdomadari[us dicit] Confeſſionem , medioc[ri voce] dicens ,

CОnfíteor Deo o[mnipo]ténti , beátæ Ma[riæ sem]per vírgini, beáto Mic[haeli ar]chángelo , beáto Jóan[ni Bap]tíſtæ , ſanctis apóſtoli[s Petro] & Paulo , ómnibus [Sanctis] (& vobis fratres ;) q[uia pec]cávi nimis cogitatióne[, verbo] & ópere ; meâ culpâ , m[eâ cul]pâ , meâ máximâ culp[â. Ideo] precor beátam Maríam [semper] vírginem , beátum Mic[haelem] archángelum , beátum [Joan]nem-Baptíſtam , ſanct[os apó]ſtolos Petrum & Paulu[m, om]nes Sanctos , (& vos fr[atres ,] oráre pro me ad Dó[minum] Deum noſtrum.

Chorus reſpondet

MIſereátur tuî o[mnipo]tens Deus , &

s tuis, perdúcat te ad
etérnam. *Hebdomada-*
it, Amen.
de Chorus repetit Con-
n; & ubi dictum eſt,
:atres, *&* vos fratres;
bi pater, *&* te pater.
i ſolus recitat, ſemel di-
ſiteor, *ut ſuprà, omiſſis*
qua clauduntur paren-
einde, Miſereátur, *ad*
:it noſtri, noſtris, nos.
ndulgéntiam, *cum re-*

l Confeſſione à Choro;
adarius dicit,
géntiam, abſolutió-
, & remiſſiónem pec-
n noſtrórum tríbuat no-
ípotens Pater, pius &
ors Dóminus; & grá-
ti-Spíritûs mundet nos
tis ómnibus. *Chorus*
:t ſub tono Verſiculo-
Amen.
omadarius proſequitur
m tono,
xaúdi nos Deus ſalu-
ſter, ℟. Spes ómnium
terræ. *Pſ. 64. 6.*
Miſerére noſtri Dómi-
. Miſerére noſtri. *Pſ.*

iat miſericórdia tua
e ſuper nos, ℟. Quem-
um ſperávimus in te.
22.
ómine Deus virtútum
te nos; ℟. Et oſténde
tuam, & ſalvi érimus.
20.
Dómine exaúdi oratió-
nem meam, ℟. Et clamor
meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui nos ad princípium hujus diéi perveníre fecíſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte & miſericórdiâ; & concéde ut ad nullum declinémus peccátum, nec áliquod incurrámus perículum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciéndam noſtra procédant elóquia, dirigántur corda, cogitatiónes, ſenſus & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò Lector petit benedictionem, dicens, Jube Dómine bene dícere.

Hebdomadarius benedicit: Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam dóceat nos Dóminus. *Pſ.* 118. *66. Reſpondet Chorus*, Amen. *Tum fit lectio Canonis, qui quâlibet die varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore, vel de Sanctis, poſt Lectiones Officii Nocturni, vel poſt Laudes. In fine Canonis dicitur*, Tu autem Dó-

[illegible] noſtrorum. *Chorus reſpondet*, Deo grátias.

A [illegible] *post lectionem* [illegible], *omiſſo Martyrologio, quod extra Chorum ad librum legitur, dicitur* ℣. Pretióſa, ℟. Sancta María, *ut infrà.*

Deinde fit lectio Martyrologii, in cujus fine Hebdomadarius dicit,

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115. 7. *Tempore Paſchali additur*, Allelúia.

Et abſolutè ſine, Dóminus vobíſcum, *&* *ſine*, Orémus,

Sancta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſǽcula ſæculórum. ℟. Amen.

[*Denique, ubi legitur Necrologium, poſt ejus lectionem, Hebdomadarius dicit*,

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.]

Sequentes ℣℣. *cum Oratione*, Actiones, *ante laborem quotidianum dicendi, omittuntur diebus Dominicis & Feſtis à populo feriatis; & immediatè poſtquam dictum eſt*, Sancta María, *Hebdomadarius dicit*, Adjutórium, *infrà.*

℣. Deus in adjutórium meum inténde, ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

[illegible] adjutórium meum [illegible] Dómine ad adjuvándum me feſtína.

℣. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto: ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſǽcula ſæculórum. Amen. *Ante Paſcha*. Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. *Paſcha*. Allelúia.

℣. Réſpice in ſervos tuos Dómine, & in ópera tua; & dírige fílios eórum: ℟. Et ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos, & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárum dírige. *Pſ.* 89. 16. 17.

Orémus. *Oratio.*

Actiones noſtras, quǽſumus, Dómine, aſpirándo prǽveni, & adjuvándo proſequere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Hebdomadarius dicit ℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum; ℟. Ex hoc nunc uſque in ſǽculum. *Pſ.* 112.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

AD TERTIAM.

Hymnus.

Nunc ſancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,

promptus ingeri
efúſus péctori.
igua, mens, ſenſus,
ır,
ınem pérſonent;
:at igne cáritas,
: ardor próximos.
ıTA, Pater piíſſime,
compar Unice,
mul cum Spíritu
per omne ſéculum.
:n.
:drageſima, Tempore & Tempore Paſchali, a, Capitulum, ℟. *bre- ut in Proprio pro di- Temporis, & ſic ad* ℣. *Nonam.*
ı ad Laudes dictæ ſunt unc ad Tertiam, Sex- onam, dicuntur flexis & ſubmiſſâ voce ſe-

RECES.

eléïſon, *ter.* Chriſte
ɔn, *ter.* Kyrie eléï-

, Pater, *uſque ad*
nos indúcas in ten-
; ℟. Sed libera nos

mine Deus virtútum
nos; ℟. Et oſténde
ıam, & ſalvi érimus.
o.
ɔmine exaúdi ortió-
m, ℟. Et clamor meus
niat. *Pſ.* 101. 1.
ɔminus vobiſcum;
: cum ſpíritu tuo.
ı, ut in Proprio notatur, Sextam & Nonam.

AD SEXTAM.

Hymnus.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices;
Splendóre manè illúminas,
Et ígnibus merídiem.
EXTINGUE flammas lí- tium,
Aufer calórem nóxium,
Confer ſalútem córporum;
Verámque pacem córdium.
PRÆSTA, Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

AD NONAM.

Hymnus.

RERUM Deus tenax vi- gor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéſſibus detérminans:
LARGIRE clarum véſpere,
Quo vita nuſquam décidat,
Sed præmium mortis ſacræ
Perénnis inſtet glória.
PRÆSTA, Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Sancto ſimul cum Spíritu
Regnans per omne ſéculum.
Amen.

AD COMPLETORIUM.

CONvérte nos Deus ſalu- táris noſter, ℟. Et avér- te iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 4.
Deus in adjutórium, meum inténde, ℟. Dómine, &c.
Ant. 8. G. Miſerére meî.
Tempore Paſchali, Ant. 8. Si crédimus.

Pſalmus 4.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilatáſti mihi.

Miſerére meî, * & exaúdi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus ſanctum ſuum; * Dóminus exaúdiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre; * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus veſtris compungímini.

Sacrificáte ſacrifícium juſtítiæ, & ſperáte in Dómino. * Multi dicunt; Quis oſténdit nobis bona?

Signátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Dómine: * dediſti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei ſui, * multiplicáti ſunt.

In pace in idipſum * dórmiam, & requiéſcam;

Quóniam tu Dómine * ſinguláriter in ſpe conſtituíſti me.

Pſalmus 90.

QUi hábitat in adjutório Altíſſimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suſcéptor meus es tu, & refúgium meum; * Deus meus, ſperábo in eum.

Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * à verbo áſpero.

Scápulis ſuis obumbrát tibi, * & ſub pennis ejus ſp rábis.

Scuto circúndabit te vérit ejus, * non timébis à timó noctúrno,

A ſagítta volánte in die, negótio perambulánte in t nebris, * ab incúrſu, & d mónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, decem míllia à dextris tuis ad te autem non appropi quábit.

Verúntamen óculis t conſiderábis, * & retribut nem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine ſ mea: * Altíſſimum poſuíſti fúgium tuum,

Non accédet ad te m lum, * & flagéllum non a propinquábit tabernáculo tu

Quóniam Angelis ſuis m dávit de te, * ut cuſtódiant in ómnibus viis tuis:

In mánibus portábunt te ne fortè offéndas ad lápide pedem tuum.

Super áſpidem & baſilíſcu ambulábis, * & conculcál leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperáv liberábo eum; * protéga eum, quóniam cognóvit n men meum.

Clamábit ad me, & e exaúdiam eum; * cum ip ſum in tribulatióne, erípia eum, & glorificábo eum.

ńdine diérum re-
n, * & oſténdam illi
ieum.
'almus 133.
unc benedícite Dó-
n * omnes ſervi Dó-

itis in domo Dómi-
iis domûs Dei noſtri;
ibus extóllite manus
ſancta, * & bene-
minum.
cat te Dóminus ex
qui fecit cœlum &

ſerére meî, & exaú-
iem meam. *Pſ.* 4. 2.
Paſchali, *Ant.* Si
quòd Jeſus mórtuus
urréxit; ita & Deus
lormiérunt per Je-
ícet cum eo; Alle-
beſſ. 4. 14.
rageſima, *Hymnus.*
UM labóribus diem
noctis éxcipit quies:
ivat necéſſitas;
iſte, caſtus ſit ſopor.
mus & mors quàm
i
ántur límite!
e fors clanget tuba,
ue rumpet últimum.
s repentínus dies
tes óccupet;
ſeu die venis,
lémur júgiter.
ra, Pater piíſſime,
compar Unice,
nul cum Spíritu
per omne ſéculum.
n.

Tempore Paſchali, Hymnus, Capitulum, & reliqua, infrà, 137.

Capitulum. *Zach.* 1. 3.

CONvertímini ad me, & convértar ad vos, dicit Dóminus exercítuum.

℣. Cuſtódi me Dómine, ut pupíllam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ.* 16. 9. 10.

Ant. 3. g. Aperi [illegible]

Canticum [illegible]

Luc. [illegible] 3.

NUnc [illegible] ſervum tuum [illegible], * secúndùm verbum t[illegible] in pace;

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paráſti * ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Aperi, Dómine, óculos tuos, & vide: quia ánima quæ triſtis eſt ſuper magnitúdine mali, & incédit curva & infírma, & óculi deficiéntes, & ánima eſúriens dat tibi glóriam & juſtítiam Dómino. *Baruch* 2. 17. 18.

IN SABBATIS QUADRAGES. *Ad* Nunc dimíttis, *Ant.* 4. f. Dómine Deus, miſerére pópuli tui: * Ne deſpícias partem tuam, quam redemíſti tibi; & convérte luctum noſtrum in gáudium, ut vivéntes laudémus nomen tuum. *Eſther* 13. 15. 16. 17. ℣. Dómine, redemíſti nos Deo in

ſánguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natióne. *Apoc.* 5. 9. * Ne deſpícias.

[*Sic dicitur Completorium in Sabbatis Quadrageſimæ.*]

PRECES

Sequentes dicuntur integrè in Duplicibus-minoribus & infrà. (*In Feriis dicuntur demiſſâ voce, & genibus flexis, quando dictæ ſunt Preces in Veſperis.*)

Kyrie eléïſon, *ter.* Chriſte eléïſon, *ter.* Kyrie eléïſon, *ter.*

Secretò, Pater, *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In pace in idípſum dórmiam, & requiéſcam; ℟. Quóniam tu Dómine ſinguláriter in ſpe conſtituíſti me. *Pſ.* 4. 9. 10.

Secretò, Credo in Deum, *uſque ad* ℣. Carnis reſurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Dirige me, Dómine, in veritáte tua, & doce me, ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die. *Pſ.* 24. 5.

℣. Tu illúminas lucérnam meam, Dómine; ℟. Deus meus illúmina ténebras meas. *Pſ.* 17. 29.

℣. In manus tuas Dómine comméndo ſpíritum meum; ℟. Redemíſti me Dómine Deus veritátis. *Pſ.* 30. 6.

In omnibus Dominicis, & Duplicibus-majoribus ac ſuprà, & intrà Octavas, omiſſis ſequentibus ℣℣. *continuò dicitur* ℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, &c. ℣. Dóminus vobíſcum, &c. *deinde Oratio*, Véritas, *infrà.*

In Semiſolemnibus & ſuprà, ac intrà Octavas Feſtorum Domini, (niſi occurrat Feſtum Semiſolemne aut ſuprà,) Oratio Feſti præmittitur Orationi Véritas, *& duæ illæ Orationes dicuntur ſub eadem concluſione.*

Intra Octavas Sanctorum, non dicitur Oratio Octavæ, niſi quando fit de Octava.

Intrà Octavas Semiſolemnium, etiamſi fiat de Octava, unica dicitur Oratio Véritas, *infrà.*

℣. Benedícat nos Deus Deus noſter, ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66. 7. 8.

Deinde fit Confeſſio, ut ſuprà ad Primam, 130. *Poſtea dicitur*,

℣. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miſerére noſtrî Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos; ℟. Et oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 8.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

óminus vobíſcum ;
t cum ſpíritu tuo.
mus. *Oratio.*
tas tua , quæſumus
mine, ſemper máneat
t in córdibus noſtris;
grátiam ſancti-Spíritûs
alſitas inimíci deſtruá-
lva nos omnípotens
t lucem nobis concé-
étuam Dóminum no-
eſum Chriſtum fílium
qui tecum vivit & re-
unitáte ejúſdem Spíri-
ti Deus, per ómnia ſé-
ulórum. ℟. Amen.
óminus vobíſcum;
t cum ſpíritu tuo.
enedicámus Dómino.
eo grátias.
ORE PASCHALI.
us. *Prudent.*
TOR Dei meménto
fontis & lavácri
ſubíſſe ſanctum,
ſmate innotátum.
cùm vocánte ſomno
pĕtis cubíle!
n locúmque cordis
figúra ſignet.
x pellit omne crimen,
crucem tenébræ:
cáta ſigno
uctuáre neſcit.
RUS licèt diúrno
abóre feſſum
n tamen ſub ipſo
imur ſopóre.
laus Patri perénnis,
e par honos ſit,
us è ſepúlcro
íritu triúmphat. Amen.

Capitulum. *Jer.* 14. 9.

TU in nobis es Dómine, & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos; ne derelínquas nos.

℣. Cuſtódi me Dómine, ut pupíllam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ.* 16. 8.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 3. g. Chriſtus mórtuus eſt pro nobis; ut ſive vigilémus, ſive dormiámus, ſimul cum illo vivámus; Allelúia. 1. *Theſſ.* 5. 10.

Preces ut ſuprà.

ANTIPHONÆ DE B. MARIA VIRGINE,

Ad devotionem.

In Quadrageſima, Antiph.

SAlve Regina, mater miſericórdiæ, vita, dulcédo, & ſpes noſtra ſalve: ad te clamámus éxules fílii Hevæ: ad te ſuſpirámus geméntes & flentes in hac lacrymárum valle; eïa ergo advocáta noſtra, illos tuos miſericórdes óculos ad nos convérte; & Jeſum benedíctum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exílium oſténde, ô clemens, ô pia, ô dulcis virgo María.

℣. Vultum tuum deprecabúntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44. 13.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui glorióſæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mereréturs,

Spíritu-ſancto cooperánte præparáſti; da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ interceſſióne ab inſtántibus malis, & à morte perpétua liberémur; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Tempore Paſchali, Antiph.

REgína cœli lætáre, allelúia;
Quia quem meruíſti portáre, allelúia,
Reſurréxit ſicut dixit, allelúia:
Ora pro nobis Deum, allelúia.

℣. Circundedíſti me ... tiâ, Dómine; ℟. Ut c... tibi glória mea; allelúia ... 28. 12. 13.

Oratio.

DEus, qui per reſurr... nem filii tui D... noſtri Jeſu Chriſti mu... lætificáre dignátus es; ... quæſumus, ut per ejus ... trícem vírginem Mariam ... pétuæ capiámus gaúdia ... Per eúndem Chriſtum ... minum noſtrum.

℟. Amen.

NEDICTIONES

dicendæ ante Lectiones.

I I N I C A,
s novem Lectionum,
it de Sanctis.

N o c t u r n o.
s, Dómini noſtri
u Chriſti Pater gló-
nobis ſpíritum ſa-
℟. Amen. *Epheſ.*

)ei det nobis ſen-
cognoſcámus ve-
rum. 1. *Joan* 5.20.
veritátis dóceat nos
veritátem. *Joan.*

N o c t u r n o.
it Deus in córdi-
ris, ad illuminatió-
ntiæ claritátis Dei.
r. 6.
ſupereminéntem
caritátem Chriſti,
eámur in omnem
inem Dei. *Epheſ.*

quam accépimus à
máneat in nobis, &
nos de ómnibus.
2. 27.
N o c t u r n o.
ium non ſit in ſer-
ntùm, ſed & in vir-
: in Spíritu-ſancto,
lenitúdine multa.
1. 5.
imus omnes in uni-
dei, & agnitiónis
Fílii Dei; ut non circunfe-
rámur omni vento doctri-
næ. *Epheſ.* 4. 13. 14.

9. Deus ſpei rápleat nos omni gaúdio & pace in credéndo; ut abundémus in ſpe, & virtúte Spíritûs-ſancti. *Rom.* 15. 13.

Si pro ultima Lectione legatur aliud Evangelium cum Homilia, tunc nona Benedictio erit,

9. Permaneámus in fide fundáti, & immóbiles à ſpe Evangélii. *Coloſſ.* 1. 23.

¶ *Quando D. Epiſcopus ultimam Lectionem lecturus eſt, dicto ab eo ex more* Jube Dómine bene dícere, *qui legit præcedentem Lectionem reſpondet illi*: Ora pro nobis, Pater. *Tuncque D. Epiſcopus dicit:*

Oro ut cáritas veſtra magis ac magìs abúndet in ſciéntia, & in omni ſenſu; ut ſitis ſincéri, & ſine offénſa in diem Chriſti. *Philipp.* 1. 9. 10.

IN FESTIS SANCTORUM,
quæ ſunt novem Lectionum.

Benedictiones dicuntur in primo & tertio Nocturno, ut ſuprà; in ſecundo autem Nocturno, ut ſequuntur.

4. Deus det nobis illumináros óculos cordis, ut ſciámus quæ ſit ſpes vocatiónis

ejus in Sanctis. *Epheſ.* 1. 17. 18.

5. Dignos fáciat nos in partem ſortis Sanctórum, qui erípuit nos de poteſtáte tenebrárum. *Coloſſ.* 1. 12 13.

6. Aperiántur óculi noſtri, ut convertámur à ténebris ad lucem, & accipiámus ſortem inter Sanctos. *Act.* 26. 18.

IN FESTIS SANCTORUM, *quæ ſunt trium Lectionum tantùm.*

Dicuntur tres Benedictiones,

1. Deus det nobis, &c.
2. Dignos fáciat nos, &c.
3. Aperiántur óculi noſtri, &c. *ut ſuprà.*

Si pro tertia Lectione legendum ſit Evangelium cum Homilia, tunc tertia Benedictio erit,

3. Non erubeſcámus Evangélium; virtus enim Dei eſt in ſalútem omni credénti. *Rom.* 1. 16.

IN FERIALI OFFICIO.

Benedictiones ſumuntur ſecundùm Feriam, hoc ordine, ſcilicet,

Feriâ 2. & 5. ex I. Nocturno.
Feriâ 3. & 6. ex II. Nocturno.
Feriâ 4. & Sabbato, ut ſequitur.

1. Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti det nobis Chriſtum habitáre per fidem in córdibus noſtris. *Epheſ.* 3. 14. 16. 17.

2. Occurrámus omnes in unitátem fidei, & agnitiónis Fílii Dei, ut non circ ferámur omni vento d ctrínæ. *Epheſ.* 4. 13. 14.

3. Deus ſpei répleat nos o gaúdio & pace in credén do; ut abundémus in ſpe & virtúte Spíritûs-ſanct *Rom.* 15. 13.

Si tertia Lectio ſit de Evang lio, tunc tertia Benedictio erit Non erubeſcámus, &c. *ſuprà.*

TEMPORE PASCHALI.

1. Confiteámur in ore, & i corde credámus quòd De ſuſcitávit Jeſum à mórtui *Rom.* 10. 9.

2. Jam non nobis vivámus, ſ ei qui pro nobis mórtuus & reſurréxit. 2. *Cor.* 5. 15.

3. Spíritus ejus qui ſuſcitáv Jeſum à mórtuis, hábit in nobis. *Rom.* 8. 11.

Quando tertia Lectio eſt Evangelium, tunc dicitur Benedictio,

3. Fúlgeat nobis illuminátio Evangélii glóriæ Chriſti, qui eſt imágo Dei. 2. *Cor.* 4. 4.

Si duo legantur Evangelia, dicuntur Benedictiones ut ſequitur.

1. Confiteámur in ore, & in corde credámus quòd Deus ſuſcitávit Jeſum à mórtuis. *Rom.* 10. 9.

2. Fúlgeat nobis illuminátio Evangélii glóriæ Chriſti, qui eſt imágo Dei. 2. *Cor.* 4. 4.

3. Permaneámus in fide fundáti, & immóbiles à ſpe Evangélii. *Coloſſ.* 1. 23.

.OPRIUM

E TEMPORE.

Pars Verna.

ꝭ B A T O
ıinicam primam
:dragesſima.
S P E R A S , *Anti-*
ſalmi, ut in Pſal-

. *Joel* 2. 13.
ʀertímini ad Dómi-
ı Deum veſtrum ;
ı benígnus & miſé-
pátiens & multæ
e , & præſtábilis
a. ℟. Deo grátias.
ıdetur in fine om-
ılorum.
Jam ter quatérnis,
ſſus meos, *infrà*,

íficat, *Ant.* 4. E.
ns Dóminus eſt,
pœniteámus , &
m ejus fuſis lácry-
mus, & humilié-
imas noſtras. *Ju-*
16.
Oratio.
e, quæſumus, om-
ıs Deus, ut per án-
ıgeſimális exercí-
ıti , & ad intelli-
hriſti proficiámus
t efféctus ejus di-

gnâ converſatióne ſectémur ; Per Dóminum.

Ad Completorium, *ut in Pſalterio*, 133.

Hymnus, Funſtum, *Capitulum*, Convertímini, ℣. Cuſtódi me, 135.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* Dómine Deus, *ibidem.*

DOMINICA PRIMA *Quadrageſima.*

Ad Officium Nocturnum.

Invitatorium, *Antiphona*, *Pſalmi* & ℣℣. *ut in Pſalterio.* 2.

Hymnus, En tempus acceptábile, *infrà*, 148.

In I. Nocturno.

DeEpíſtola ſecúnda beáti Pauli apóſtoli ad Coŕinthios.

Lectio j. *cap.* 6. *v.* 1. *ad* 10.

ADjuvántes exhortámur, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, & in die ſalútis adjúvi te. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis. Némini dantes ullam offenſiónem , ut non vituperétur miniſtéri... ſtrum ; ſed in ómni...

beámus noſmetípſos ſicut Dei miníſtros, in multa patiéntia, in tribulatiónibus, in neceſſitátibus, in angúſtiis, in plagis, in carcéribus, in ſeditiónibus, in labóribus, in vigíliis, in jejúniis, in caſtitáte, in ſciéntia, in longanimitáte, in ſuavitáte, in Spíritu-ſancto, in caritáte non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei, per arma juſtítiæ à dextris & à ſiníſtris; per glóriam & ignobilitátem, per infámiam & bonam famam; ut ſeductóres, & veráces; ſicut qui ignóti, & cógniti; quaſi moriéntes, & ecce vívimus; ut caſtigáti, & non mortificáti; quaſi triſtes, ſemper autem gaudéntes; ſicut egéntes, multos autem locupletántes; tanquam nihil habéntes, & ómnia poſſidéntes. Tu autem.

℟. Exhortámur ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ecce nunc tempus acceptábile, * Ecce nunc dies ſalútis. 2. *Cor.* 6. 1. 2. ℣. Dies propitiatiónis eſt, ut propitiétur vobis Dóminus. *Levit.* 23. 28. * Ecce nunc.

Lectio ij.

v. 15. *ad fin.* & *c.* 7. *v.* 1.

QUæ convéntio Chriſti ad Bélial? Aut quæ pars fidéli cum infidéli? Qui autem conſénſus templo Dei cum idólis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter

eos, & ero il
ipſi erunt mi
pter quod exi
rum, & ſepa
minus, & im
géritis: & eg
& ero vobis i
éritis mihi in
dicit Dómin
Has ergo hab
nes, cariſſimi
ab omni inqu
& ſpíritûs,
ctificatiónem

℟. Dies exp
lebérrimus,
ſum, nec eórum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorábis ea, neque coles: ego ſum Dóminus Deus tuus, fortis, zelótes, viſitans iniquitátem patrum in fílios, in tértiam & quartam generatiónem eórum qui odérunt me: & fáciens miſericórdiam in míllia his qui díligunt me, & cuſtódiunt præcépta mea. Non aſſúmes nomen Dómini Dei tui in vanum; nec enim habébit inſóntem Dóminus eum qui aſſúmpſerit nomen Dómini Dei ſui fruſtrà.

℞. Cùm avérterit, 149.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 17.

MEménto ut diem Sábbati ſanctífices. Sex diébus operáberis, & fácies ómnia ópera tua: ſéptimo autem die Sábbatum Dómini Dei tui eſt: non fácies omne opus in eo, tu, & fílius tuus, & fília tua, ſervus tuus, & ancílla tua, juméntum tuum, & ádvena qui eſt intrà portas tuas. Sex enim diébus fecit Dóminus cœlum, & terram, & mare, & ómnia quæ in eis ſunt; & requiévit in die ſéptimo; idcírco benedíxit Dóminus diéi Sábbati, & ſanctificávit eum. Honóra patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram quam Dóminus Deus tuus dabit tibi. Non occídes. Non mœcháberis. Non furtum fácies. Non loquéris contra próximum tuum falſum teſtimónium. Non concupíſces do-

mum próximi tui, nec deſiderábis uxórem ejus, non ſervum, non ancíllam, non bovem, non áſinum; nec ómnia quæ illíus ſunt.

℟. Scimus, *ſuprà*, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 17. 1. *ad* 9.

IN illo témpore; Aſſúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus, & ducit illos in montem excélſum ſeórſum: & transfigurátus eſt ante eos. Et réliqua.

Homília ſancti Leónis papæ.

Serm. de Transfiguratione Domini.

ASſúmpſit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & fratrem ejus Joánnem; & conſcénſo cum eis ſeórſum monte præcélſo, claritátem ſuæ glóriæ demonſtrávit: quia licèt intellexíſſent in eo majeſtátem Dei, ipsíus tamen córporis, quo divínitus tegebátur, poténtiam neſciébant. Et ídeo própriè ſignantérque promiſerat, quoſdam de aſtántibus diſcípulis non priùs guſtáre mortem, quàm vidérent Fílium hóminis veniéntem in regno ſuo, id eſt, in régia claritáte, quam ſpiritáliter ad natúram ſuſcépti hóminis pertinéntem, his tribus viris vóluit eſſe conſpícuam. Nam illam ipsíus deitátis ineffábilem & inacceſsíbilem viſiónem, quæ in ætérnam vitam mundis corde ſervátur, nullo modo mortáli adhuc carne circúndati intuéri póterant & vidére.

℟. *Evang.* Ait Dóminus: Prophétam ſuſcitábo eis de médio fratrum ſuórum, & *Ponam verba mea in ore ejus, †Loquetúrque ómnia quæ præcépero illi. *Deut.* 18. 17. 18. ℣. Venit vox de nube, dicens: Hic eſt fílius meus caríſſimus, audíte illum. *Marc.* 9. 6.* Ponam. Glória. † Loquetúrque.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *L.* Deſcendéntibus illis de monte, præcépit eis Jeſus, dicens: Némini dixéritis viſiónem, donec Fílius hóminis à mórtuis reſúrgat. *Matt.* 17. 9.

Oratio.

POpulum tuum, quæſumus, Dómine, propítius réſpice; atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

C A N O N.

Ex Concílio Carthaginénſi quarto.

An. 398. *cap.* 68.

EX pœniténtibus, (quamvis ſit bonus) Cléricus non ordinétur.

A D V E S P E R A S.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalterio, 123.

Capitulum. Eccli. 17. 21. 22. 23.

COnvértere ad Dóminum, & relínque peccáta tua: precáre ante fáciem Dómini, & mínue offendícula: revértere ad Dóminum, & avértere ab injuſtítia tua.

Hymnus, Jam ter quatérnis, ℣. Greſſus meos, 151.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Cùm ſanctificáſſet Móyſes Aáron, & filios ejus, præcépit is, dicens: De óſtio tabernáculi non exíbitis ſeptem diébus, die ac nocte obſervántes cuſtódias Dómini. *Levit.* 8. 31. 33. 35.

Oratio.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut qui noſtris fatigámur offénſis, & mérito noſtræ iniquitátis afflígimur; pietátis tuæ grátiam cónſequi mereámur. Per Dóminum.

Ad Completorium, *ut in Pſalterio.*

DOMINICA SECUNDA *Quadrageſimæ.*

Ad Officium Nocturnum.

Invitatorium, Antiphona, Pſalmi & ℣℣. ut in Pſalterio, 2.

Hymnus, En tempus acceptábile, *ſuprà*, 148.

In I. Nocturno.

Incipit liber Levítici.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

VOcavit autem Móyſen, & locútus eſt ei Dóminus de tabernáculo teſtimónii, dicens: Lóquere fíliis Iſraël, & dices ad eos: Homo qui obtúlerit ex vobis hóſtiam Dómino de pecóribus, id eſt, de bobus & óvibus ófferens víctimas, ſi holocáuſtum fúerit ejus oblátio, *de arménto; máſculum immaculátum ófferet ad óſtium* tabernáculi teſtimónii, ad placándum ſibi Dóminum: ponétque manum ſuper caput hóſtiæ, & acceptábilis erit, atque in expiatiónem ejus profíciens. Immolabítque vítulum coram Dómino, & ófferent filii Aáron ſacerdótes ſánguinem ejus, fundéntes per altáris circúitum, quod eſt ante óſtium tabernáculi.

℞. Hæc eſt lex holocaúſti: Cremábitur in altári totâ nocte: ignis ex eódem altári erit. * Ignis eſt iſte perpétuus, qui nunquam defíciet. *Levit.* 6. 9. 13. ℣. Dixit Dóminus: Ignem veni míttere in terram, & quid volo, niſi ut accendátur? *Luc.* 12. 42. 49. * Ignis eſt.

Lectio ij.

c. 10. 1. *ad* 3. & 8. *ad* 11.

ARréptis Nadab & Abiu filii Aáron thuríbulis, poſuérunt ignem & incénſum déſuper, offeréntes coram Dómino ignem aliénum; quod eis præcéptum non erat. Egreſſúſque ignis à Dómino, devorávit eos; & mórtui ſunt coram Dómino. Dixítque Móyſes ad Aáron: Hoc eſt quod locútus eſt Dóminus: Sanctificábor in iis qui appropínquant mihi, & in conſpéctu omnis pópuli glorificábor... Dixit quoque Dóminus ad Aáron: Vinum, & omne quod inebriáre poteſt, non bibétis tu & filii tui, quando intrátis in tabernáculum teſtimónii, ne moriámini:

præcéptum ſempitérnum eſt in generatiónes veſtras. Et ut habeátis ſciéntiam diſcernéndi inter ſanctum & profánum, inter pollútum & mundum; doceatíſque fílios Iſraël ómnia legítima mea, quæ locútus eſt Dóminus ad eos per manum Móyſi.

℟. Irritam quis fáciens legem Móyſi, ſine ulla miſeratióne móritur: * Quantò magìs putátis deterióra meréri ſupplícia, qui ſpirítui grátiæ contuméliam fécerit? *Hebr.* 10. 28. 29. ℣. Arréptis Nadab & Abiu fílii Aáron thuríbulis, impoſuérunt incénſum, offeréntes ignem aliénum: egreſſúſque ignis à Dómino devorávit eos, *Levit.* 10. 1. 2. * Quantò magìs.

Lectio iij. *c.* 19. 9. *ad* 17.

CUm meſſúeris ſégetes terræ tuæ, non tondébis uſque ad ſolum ſuperfíciem terræ; nec remanéntes ſpicas cólliges. Neque in vínea tua racémos & grana decidéntia congregábis, ſed paupéribus & peregrínis carpénda dimíttes. Ego Dóminus Deus veſter. Non faciétis furtum. Non mentiémini, nec decípiet unuſquíſque próximum ſuum. Non perjurábis in nómine meo, nec póllues nomen Dei tui. Ego Dóminus. Non fácies calúmniam próximo tuo, nec vi ópprimes eum. Non morábitur opus mercenárii tui apud te uſque manè. Non maledíces ſurdo, nec coram cæco pones offendículum: ſed timébis Dóminum Deum tuum, quia ego ſum Dóminus. Non fácies quod iníquum eſt, nec injúſtè judicábis. Non consíderes perſónam paúperis, nec honóres vultum poténtis. Juſtè júdica próximo tuo. Non eris criminátor, nec ſuſúrro in pópulo. Non ſtabis contra ſánguinem próximi tui. Ego Dóminus. Non óderis fratrem tuum in corde tuo.

℟. Qui díligit próximum, legem implévit. Nam, Non occídes, Non furaberis: * Et ſi quod eſt áliud mandátum, in hoc verbo inſtaurátur: Díliges próximum tuum ſicut teípſum. † Plenitúdo legis eſt diléctio. *Rom.* 13. 8. 9. 10. ℣. Non fácies quod iníquum eſt: non eris criminátor, nec ſuſúrro in pópulo: non óderis fratrem tuum. *Levit.* 19. 15. 16. 17. * Et ſi quod eſt. Glória. † Plenitúdo.

In II. Nocturno.

Sermo ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 17. §. 4.

Lectio iv.

QUadragenárius númerus ſacrátus, nobis in quadam perfectióne commendátur. Notum eſſe árbitror caritáti veſtræ. Teſtántur ſæpíſſimè divínæ Scriptúræ. Jejúnium hoc número conſecrátum eſt: bene noſtis. Nam & Móyſes quadragínta diébus jejunávit,

ſtidem; & ipſe Dó-
ter & Salvátor Jeſus
hunc jejúnii núme-
ìvit. Per Móyſen ſi-
lex, per Elíam ſigni-
rophétæ, per Dómi-
ficátur Evangélium.
o monte tres appa-
bi ſe diſcípulis oſtén-
itáte vultûs & veſtis
áruit enim médius
ſen & Elíam, tan-
angélium teſtimó-
éret à lege & Pro-

ícite, *ſuprà*, 146.

Lectio v.

go in lege, ſive in
tis, ſive in Evangé-
ragenárius númerus
jejúnio commendá-
ium autem magnum
e eſt, abſtinére ab
ous, & illícitis volup-
uli, quod eſt per-
únium: ut abnegán-
tátem & ſeculáres
s, temperánter &
è vivámus in hoc ſé-
jejúnio quam mer-
lit Apóſtolus? Séqui-
it: [Expectántes il-
m ſpem, & manife-
glóriæ beáti Dei, &
noſtri Jeſu Chriſti.]
erite, *ſuprà*, 146.

Lectio vj.

ergo ſéculo quaſi
éſimam abſtinéntiæ
s, cùm bene viví-
ab iniquitátibus &
voluptátibus abſti-
nêmus. Sed quia hæc abſtinéntia ſine mercéde non erit, expectámus beátam illam ſpem, & revelatiónem glóriæ magni Dei, & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti, in illa ſpe, cùm fúerit de ſpe facta res, acceptúri ſumus mercédem denárium. Ipſa enim merces rédditur operáriis in vínea laborántibus ſecúndùm Evangélium quod vos credo reminíſci: neque enim ómnia commemoránda ſunt, tanquam rúdibus & imperítis. Denárius ergo, qui accépit nomen à número decem, rédditur, & conjunctus quadragenário fit quinquagenárius: unde cum labóre celebrámus Quadragéſimam ante Paſcha; cum lætítia verò, tanquam accéptâ mercéde, Quinquagéſimam poſt Paſcha.

℟. Eleemóſyna, 147.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 15. 21. *ad* 28.

IN illo témpore; Egréſſus Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidónis. Et ecce múlier Chananæa à fínibus illis egréſſa clamávit, dicens ei: Miſerére meî, Dómine fili David: fília mea malè à dæmónio vexátur. Et réliqua.

Homília ſancti Joánnis Chryſóſtomi.

Homil. 17. *in Matt.*

ECce múlier à fínibus illis egréſſa, rogábat eum; dicens; [Miſerére meî Dómin

fili David.] O præclára conféſſio ! Evangeliſta ſit múlier, deitátem ejus, & diſpenſatiónem annúntians. Confitétur enim & dominatiónem & incarnatiónem ejus. [Miſerére mei.] Vide philoſóphicam mulíeris ánimam dicéntis : [Miſerére mei.] Non, inquit, hábeo conſciéntiam bonórum óperum, nec rectæ vitæ fidúciam : ad miſericórdiam confúgio, ad tranquíllum portum peccántium : ad miſericórdiam confúgio, ubi ceſſat judícium : ad miſericórdiam confúgio, ubi ineffábilis ſalus eſt.

℟. Múlier Chananæa clamávit : Miſerére mei Dómine, fili David : filia mea malè à dæmónio vexátur. Jeſus non reſpóndit ei verbum. At illa venit, & adorávit eum, dicens :* Dómine † Adjuva me. *Matt*, 15. 22. 23. 25. ℣. Adjuva me, cujus præter te nullus eſt auxiliátor álius. *Eſther* 14. 3. * Dómine. [*In Veſperis*, Glória Patri. † Adjuva me.]

Lectio viij.

VIde prudéntiam mulíeris ! Non rogat Jacóbum, non óbſecrat Joánnem, neque pergit ad Petrum, nec inténdit Apoſtolórum chorum, non quæsívit mediatórem : ſed pro ómnibus illis pœniténtiam accépit cómitem, quæ advocáti locum implévit, & *ſic ad ſummum fontem perréxit. Proptérea*, inquit, deſ-

céndit, proptérea carn[e]
ſúmpſit, & homo fact[us]
ut & ego ei aúdeam
Surſum in cœlis Ch[é]
eum tremunt, & Sé[r]
métuunt ; & deórſum m
lóquitur cum eo, [M
mei.] Nudus quidem ſ
ſed immenſitátem ſalúti
tinens, [Miſerére mei :
térea, inquit, veníſti,
térea carnem aſſumpsíſt
térea factus es quod eg

℟. Ait Jeſus : Non ſu
ſus niſi ad oves quæ pe
domûs Iſraël.* Sine p
turári fílios ; non eſt er
num ſúmere panem fili
& míttere cánibus. *M*
24. *Marc*. 7. 27. ℣. F
cit Dóminus ; Fílius me
mogénitus Iſraël. *Exod*
* Sine priùs.

Lectio ix. *Long*

IPſe autem non reſp
ſermónem.] O nova
matéries ! Rogat múlie
ſecrat, deprecátur, de
ſum ſuum, auget trago
enárrat paſſiónem : &
hóminum non reſpónd
mo tacet, fons clauſ
médicus medicaménta
nuit. Quid novum ? q
mirábile ? Alios próv
ſequéndum, & hanc
bilem inſequéntem
Sed consídera médici
tiam, [qui non reſpó
verbum.] Cur non reſ
Quia fidem illius ámpl
vocábat, & ánimum

exercébat, & diſcipu-
miſeratiónes exercitá-
icunt quippe ad eum
i ejus; [Dimítte eam,
amat poſt nos.] Vos,
déforis clamáre audí-
› autem intrínſecùs ví-
grandis quidem vox ex
›cédit, ſed major eſt

)ixit múlier: Dómine,
li cómedunt ſub menſa
is puerórum. Ait Jeſus:
r hunc ſermónem * Va-
iit dæmónium à filia
irc. 7. 28. 29. ℣. Hæc
ibitans cum contríto &
ſpíritu: Créavi pacem
ɔngè eſt, & qui propè,
vi. *Iſai.* 57. 15. 19.
:. Glória. *Repetitur* ℟.
núlier.

› LAUDES
IATUTINAS.

icerdotalis, Glorificá-
ıen tuum in ætérnum:
ą miſericórdia tua ma-
ſuper me. *Pſ.* 85. 12. 13.
'almi de Dominica.
:iphona 6. toni. F.
us meus confúndor &
'ubéſco leváre fáciem
ıd te; quóniam iniqui-
›ſtræ multiplicátæ ſunt
ıput noſtrum. I. *Eſdr.*

4. E. Peccávimus, ini-
m fécimus, ímpiè égi-
ɩ recéſſimus, & decli-
:s à mandátis tuis. *Dan.*

'. *G. Multiplicátæ ſunt*

iniquitátes noſtræ coram te, & peccáta noſtra reſpondérunt nobis; quia iniquitátes noſtras cognóvimus. *Iſai.* 59. 12.

Ant. 3. *g.* Dómine, nobis confúſio faciéi; tibi autem Dómino Deo noſtro miſericórdia & propitiátio. *Dan.* 9. 8. 9.

Ant. 3. E. Nunc quid dicémus Deus noſter? quia derelíquimus mandáta tua: nunquid irátus es nobis uſque ad conſummatiónem? 1. *Eſdr.* 9. 10. 14.

Capitulum. Judith 8. 16. 17.

HUmiliémus Deo ánimas noſtras, & in ſpíritu conſtitúti humiliáto, ſerviéntes illi, dicámus flentes Dómino, ut ſecúndùm voluntátem ſuam ſic fáciat nobíſcum miſericórdiam ſuam.

Hymnus, Audi, benígne, 149.
℣. Miſerére, 150.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Benedícimus te Dómine Deus Iſraël; fecíſti enim nobíſcum miſericórdiam, & excluſíſti à nobis inimícum perſequéntem nos. *Tob.* 8. 17. 18.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis omni nos virtúte deſtitui, intériùs exteriúſque cuſtódi; ut ab ómnibus adverſitátibus muniámur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundémur in mente; Per Dóminum.

AD HORAS, *Omnia ut ſuprà*, 147 *præter ſequentia.*

Oratio, Deus, qui cónſpicis, *ſuprà.*

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *cap.* 6.

CONfeſsárii ſint pii, bene moráti, docti, prudéntes, patiéntes, de animórum ſalúte ſolíciti, & fidéles custódes eórum quæ in confeſſióne dicúntur.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. *Judith* 4. 12.

SCitóte quóniam exaúdiet Dóminus preces veſtras, ſi manéntes permanſéritis in jejúniis, & oratiónibus in conſpéctu Dómini.

℟. Múlier Chananæa, *ſuprà*, 166.

Hymnus, Audi, benígne, 149.

℣. Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum; ℟. Et non dominétur meî omnis injuſtítia. *Pſ.* 118. 133.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* O múlier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanáta eſt fília ejus ex illa hora. *Matt.* 15. 28.

AD COMPLETORIUM, *ut in Pſalterio.*

FERIA SECUNDA.

De libro Levítici.

Lectio j. *c.* 21. 16. *ad* 23.

LOcútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Lóquere ad Aáron: Homo de ſémine tuo per famílias, qui habúerit máculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accédet ad mini[...] ejus: ſi cæcus fúerit, [...] dus, ſi parvo vel gra[...] torto naſo, ſi fracto [...] manu, ſi gibbus, ſi li[...] albúginem habens in [...] ſi jugem ſcábiem, ſi [...] ginem in córpore, vel [...] ſus. Omnis qui habú[...] culam de ſémine Aáro[...] dótis, non accédet [...] hóſtias Dómino, ne[...] Deo ſuo: veſcétur ta[...] nibus qui offerúntur [...] ctuário, ita duntáxat [...] velum non ingrediát[...] accédat ad altáre, qu[...] lam habet, & con[...] non debet Sanctuáriu[...] Ego Dóminus qui [...] eos.

℟. Non tardes, [...]

Lectio ij. *c.* 26.

CUſtodíte ſábbata [...] pavéte ad San[...] meum. Ego Dómin[...] præcéptis meis ambul[...] & mandáta mea cuſto[...] & fecéritis ea; dabo v[...] vias tempóribus ſuis, [...] gignet germen ſuum [...] mis árbores replebún[...] prehéndet méſſium tr[...] démiam, & vindémia [...] bit ſeméntem; & c[...] panem veſtrum in ſa[...] & abſque pavóre hab[...] terra veſtra. Dabo [...] fínibus veſtris; dorn[...] non erit qui extérre[...] ram malas béſtias; [...] non tranſibit término[...]

iémini inimícos vecórruent coram vobis.
:ange, 148.
ánđi Evangélii ſecúnlùm Joánnem.
iij. *c.* 8. 21. *ad* 29.
ɔ témpore; Dixit Pha; Jeſus: Ego vado, & .s me, & in peccáto noriémini. Et réliqua.
ília ſanđi Auguſtíni epíſcopi.
1. *Evang. Tract.* 38. §. 2.
,] inquit Chriſtus Dóius Judæis, [vado, & is me;] non deſidério, .o. Nam illum, poſteá-bſcéſſit ab óculis hóminquiſiérunt, & qui ódet qui amábant; illi perdo, illi habére cupiénPſalmis ait ipſe Dómier Prophétam [Périit me, & non eſt qui reánimam meam:] Et ait álio loco in PſalConfundántur & revet requiréntes ánimam] Culpávit qui non reent, damnávit qui reent. Malum eſt enim uærere ánimam Chriſti, ómodo eam quæſiérunt ili; & malum eſt quæimam Chriſti, ſed quóeam Judæi quæſiérunt: im ut habérent, iſti ut ent. Dénique iſti quia rébant more malo, corvérſo, quid ſecútus ad-? [Quærétis me:] &, ne ; quia bene me quærétis; [in peccáto veſtro moriémini.] Hoc eſt Chriſtum malè quærere, in peccáto ſuo mori: hoc eſt illum odiſſe, per quem poſſet ſolum ſalvus eſſe.

℟. Quia vocávi, & renuíſtis; ego quoque * In intéritu veſtro ridébo, & ſubſannábo. † Qui autem me audíerit, abſque terróre requiéſcet. *Prov.* 1. 24. 26. 33. ℣. Ego vado, & quærétis me, & in peccáto veſtro moriémini. *Joan.* 8. 21. * In intéritu. Glória. † Qui autem.

Ad Benedíđus, *Ant.* 7. a. Quoúſque non credent mihi, in ómnibus ſignis quæ feci coram eis? Fériam ígitur eos, atque conſúmam. *Num.* 14. 11. 12.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua quæ ſe, affligéndo carnem, ab aliméntis ábſtinet, ſeđándo juſtítiam à culpa jejúnet; Per.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *cap.* 6.

COnfeſſóres, cánones pœnitentiáles bene nóverint; & de pœniténtia, quam cuíque peccáto præſcripſérunt, confiténtes admóneant; ut tantò diligéntiùs à peccátis cavére ſtúdeant, quantò in pœniténtiis cánonum mitigándis, benigniórem in ſe Eccléſiam experiúntur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Si non credidéritis quia ego

ſum, moriémini in peccáto veſtro. *Joan.* 8. 24.

Oratio.

ADéſto, quæſumus, Dómine, précibus jejunántium; & inter mundánæ pravitátis insídias, fragilitátem noſtram poténti virtúte corróbora; Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Incipit liber Númeri.

Lectio j. *c* I I. *ad* 3.

LOcútus eſt Dóminus ad Móyſen in deſérto Sínaï in tabernáculo fœderis, primâ die menſis ſecúndi, anno áltero egreſſiónis eórum ex Ægypto, dicens: Tóllite ſummam univérſæ congregatiónis filiórum Iſraël per cognatiónes & domos ſuas, & nómina ſingulórum, quidquid ſexûs eſt maſculíni à vigéſimo anno & ſuprà, ómnium virórum fórtium ex Iſraël, & numerábitis eos per turmas ſuas, tu & Aáron.

℟. Ne díxeris, 149.

Lectio ij. *v.* 48. *ad* 53.

LOcutúſque eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Tribum Levi noli numeráre, neque pones ſummam eórum cum fíliis Iſraël: ſed conſtítue eos ſuper tabernáculum teſtimónii & cuncta vaſa ejus, & quidquid ad cæremónias pértinet. Ipſi portábunt tabernáculum & ómnia utensília ejus; & erunt in miniſtério, ac per gyrum tabernáculi metabúntur. Cùm proficiſcéndum fúerit, depónent Levítæ tabernáculum: cùm caſtrametándum, érigent: quiſquis externórum accéſſerit, occidétur. Metabúntur autem caſtra filii Iſraël unuſquíſque per turmas & cúneos atque exércitum ſuum. Porrò Levítæ per gyrum tabernáculi figent tentória, ne fiat indignátio ſuper multitúdinem filiórum Iſraël, & excubábunt in cuſtódiis tabernáculi teſtimónii.

℟. Ne ſequáris, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 23. 1. *ad* 12.

IN illo témpore; Jeſus locútus eſt ad turbas, & ad diſcípulos ſuos, dicens: Super cáthedram Móyſi ſedérunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcúnque díxerint vobis, ſerváte, & fácite: ſecúndùm ópera verò eórum nolíte fácere. Et réliqua

Homilia ſancti Hierónymi preſbyteri.

In cap. 23. *Matt lib.* 4.

ALligant Phariſæi ónera grávia & importabília, & impónunt in húmeros hóminum, digito autem ſuo nolunt ea movére] Hoc generáliter advérsùs omnes magiſtros dictum eſt, qui grándia jubent, & minóra non fáciunt. Notándum autem, quòd húmeri, & digitus, & ónera, & víncula, quibus alligántur ónera, ſpirituáliter intelligénda ſunt.

a verò ópera ſua fá-
ut videántur ab homí-
| Quicúnque ígitur ita
ıódlibet, ut videátur ab
ibus, Scriba eſt & Pha-
[Dilátant enim phy-
ſua, & magníficant
ıs. Amant quoque pri-
cúbitus in cœnis, &
cáthedras in ſynagó-
ſalutatiónes in foro, &
ab homínibus, Rabbi.]
ɔis míſeris, ad quos Pha-
ım vítia transíerunt.
Nolíte vocári Rabbi:
vos * Fratres eſtis; unus
n Pater veſter, qui in
eſt. † Magíſter veſter
ſt Chriſtus. *Matt.* 23. 8.
℣. Odíbilis coram Deo
homínibus ſupérbia:
ıpérbit terra & cinis?
ıo. 7. 9. * Fratres. Gló-
ſagíſter.
Benedíctus, *Ant.* 7. a.
um ſéquitur humílitas:
ıilem ſpíritu ſuſcípiet
Prov. 29. 23.

Oratio.

fice, quæſumus, Dómi-
, benígnus in nobis ob-
tiæ ſanctæ ſubſídium;
te autóre, faciénda co-
nus, te operánte, im-
ıs. Per Dóminum.

CANON.

Concílio Cabilonénſi
ſecúndo
An. 813 *can.* 38.
Ɔdus pœniténtiæ, peccá-
a ſua confiténtibus, aut
tiquórum Cánonum inſtitutiónem, aut per ſanctárum Scripturárum autoritátem, aut per Eccleſiáſticam conſuetúdinem, impóni debet.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Qui ſe exaltáverit, humiliábitur: & qui ſe humiliáverit, exaltábitur. *Matt.* 23. 12.

Oratio.

DA nobis, omnípotens Deus, ut ab eſcis corporálibus jejunándo, ſpíritu vegetáti abſtineámus à vítiis; Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

De libro Númeri.

Lectio j. *c.* 14. 4. *ad* 10.

DIxérunt fílii Iſraël alter ad álterum: Conſtituámus nobis ducem, & revertámur in Ægyptum. Quo audíto Móyſes & Aáron cecidérunt proni in terram coram omni multitúdine filiórum Iſraël. At verò Jóſue fílius Nun, & Caleb fílius Jéphone, qui & ipſi luſtráverant terram, ſcidérunt veſtiménta ſua, & ad omnem multitúdinem filiórum Iſraël locúti ſunt: Terra quam circuívimus, valde bona eſt. Si propítius fúerit Dóminus, indúcet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manántem. Nolíte rebélles eſſe contra Dóminum, neque timeátis pópulum terræ hujus; quia ſicut panem ita eos póſſumus devoráre: recéſſit ab eis omne præsídium: Dóminus nobíſcum eſt, nolíte metúere,

Cúmque clamáret omnis multitúdo, & lapídibus eos vellet opprímere, appáruit glória Dómini ſuper tectum fœderis cunctis fíliis Iſraël.

℟. Cùm avérterit, *ſuprà*, *n*49.

Lectio ij. *v.* 26. *ad* 34.

Locutúſque eſt Dóminus ad Móyſen & Aáron, dicens: Uſquequo multitúdo hæc péſſima múrmurat contra me? querélas filiórum Iſraël audívi. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dóminus: ſicut locútis eſtis audiénte me, ſic fáciam vobis. In ſolitúdine hac jacébunt cadávera veſtra. Omnes qui numeráti eſtis à vigínti annis & ſuprà, & murmuráſtis contra me, non intrábitis terram, ſuper quam levávi manum meam, ut habitáre vos fácerem, præter Caleb fílium Jéphone, & Jóſue fílium Nun. Párvulos autem veſtros, de quibus dixíſtis quòd prædæ hóſtibus forent, introdúcam ut vídeant terram quæ vobis diſplícuit. Veſtra cadávera jacébunt in ſolitúdine. Fílii veſtri erunt vagi in deſérto annis quadragínta, & portábunt fornicatiónem veſtram, donec conſumántur cadávera patrum in deſérto, juxta númerum quadragínta diérum, quibus conſideráſtis terram; annus pro die imputábitur.

℟. *Scimus* qui dixit, *ſuprà*, *n*149.

Lectio ſancti Evangélii ſ[ecun-]
dùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 20. 17. *a[d]*

In illo témpore; Aſce[ndens]
Jeſus Joroſólymam
ſúmpſit duódecim diſc[ípulos]
ſecretò, & ait illis:
aſcéndimus Jeroſólym[a]
Fílius hóminis tradétu[r]
cípibus Sacerdótum, &
bis, & condemnábun[t]
morte. Et réliqua.

Homília ſancti Augu[ſtíni]
epíſcopi.

Enarr. in Pſ. 126. §

Surgere vultis, ſed
ſedéte: & ſurgens
militáte, pérvenis ad re[gnum]
Nam ſi præripis regnu[m]
dis à regno ántequam
[Potéſtis bíbere, inquit
cem quem ego bibitúru[s]
Et illi: Póſſumus. Et ill[e]
lícem, inquit, meum b[ibétis]
ſedére autem ad dexter[am]
ad ſiníſtram meam, ait,
meum dare vobis; áli[is]
tum eſt à Patre meo.] Q
[Non eſt meum dare v[obis]
Non eſt meum dare ſu[perbis]
hoc enim adhuc erant.
vultis illud accípere, no[lite]
quod eſtis. Aliis parátu[m]
& vos álii eſtóte, &
parátum eſt. Quid eſt
eſtóte? Priùs humili[tátem]
qui jam vultis exaltá[ri]
tellexérunt ergo humil[itátem]
profutúram ſibi, & c
ſunt.

℟. Jeſus dixit: Neſcí[tis quid]
petátis. * Sedére ad d[ex-]

neam vel ſiníſtram, non eſt
neum dare vobis, ſed quibus
ɪarátum eſt à Patre meo.
Matt. 20. 22. 23. ℣. Vidit
ɪræſumptiónem cordis eórum,
t oſténdit eis viam æquitátis.
Eccli. 18. 10. 11. * Sedére.
Glória. * Sedére.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.*
Ne gloriósus appáreas coram
ege, & in loco magnórum
e ſtéteris; mélius eſt enim
t dicátur tibi: Aſcénde huc,
uàm ut humiliéris coram
ríncipe. *Prov.* 25. 6. 7.

Oratio.

POpulum tuum, quæſumus, Dómine, propítius réſpi-
e; & quos ab eſcis carnálibus
ræcipis abſtinére, à nóxiis
uoque vítiis ceſſáre concéde;
'er Dóminum.

C A N O N.

Ex Synodo Autiſſiodorénſi.
In. 1552. *part.* 2. *de Pœnit.*

SUmmópere cavéndum eſt Confeſſário ne de inuſitá-
s & enórmibus delíctis fiat
urióſior explorátio, niſi ge-
erátim, à longè & per cir-
umlocutiónem. Neque eó-
um quibúſcum peccátum eſt,
int inquirénda nómina. De
ircunſtántiis tamen aggra-
ántibus ſolícitè diſquirén-
um.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.*
Qui volúerit inter vos primus
ſſe, erit veſter ſervus: ſicut
ilius hóminis non venit mi-
iſtrári, *ſed miniſtráre. Matt.*
2. 27. 28.

Oratio.

DEus, qui jejunántium humilitáte placáris, exaúdi preces noſtras; & diverſárum tentatiónum quibus gravámur tempeſtáte ſedátâ, continéntiam à vítiis tuâ nobis benignitáte concéde; Per.

F E R I A Q U I N T A.

Incipit liber Deuteronómii.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

HÆc ſunt verba, quæ locútus eſt Móyſes ad omnem Iſraël trans Jordánem in ſolitúdine campéſtri, contra mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Háſeroth, ubi auri eſt plúrimùm: úndecim diébus de Horeb per viam montis Seïr uſque ad Cadeſbárne. Quadragéſimo anno, undécimo menſe, primâ die menſis locútus eſt Móyſes ad filios Iſraël ómnia quæ præcéperat illi Dóminus, ut díceret eis: poſtquam percúſſit Sehon regem Amorrhæórum, qui habitábat in Héſebon; & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtaroth & in Edraï, trans Jordánem in terra Moab. Cœpítque Móyſes explanáre legem.

℟. Non tardes, 148.

Lectio ij. *c.* 6 4. *ad* 9.

AUdi, Iſraël; Dóminus Deus noſter, Dóminus unus eſt. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc, quæ ego

præcípio tibi hódie, in corde tuo; & narrábis ea filiis tuis, & meditáberis in eis ſedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque conſúrgens. Et ligábis ea quaſi ſignum in manu tua, erúntque & movebúntur inter óculos tuos, ſcribéſque ea in límine & óſtiis domûs tuæ.

℟. Frange, 148.

Léctio ſancti Evangélii ſecúncùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 16. 19. *ad fin.*

IN illo témpore; Ait Jeſus Phariſæis: Homo quidam erat dives, qui induebátur púrpurâ & byſſo; & epulabátur quotídie ſpléndidè. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 40. *in Evang. ante medium.*

DIves iſte non abſtulíſſe aliéna reprehénditur, ſed própria non dedíſſe. Nec dícitur, quia vi quémpiam oppréſſit, ſed in accéptis rebus ſe éxtulit. Hinc ergo ſummópere colligéndum eſt, quâ pœnâ mulctándus ſit qui aliéna diripit, ſi inférni damnatióne percútitur, qui própria non largítur. Nemo ergo ſecúrum ſe æſtimet, dicens: Ecce aliéna non rápio, ſed concéſſis lícitè rebus fruor: quia dives iſte non idcírco punítus eſt, quóniam aliéna ábſtulit; ſed quia accéptis rebus ſemetípſum malè derelíquit. Hoc quoque fuit quòd hunc in inférno trádidit;

quia in ſua felicitáte ti
non fuit, quia accépta
ad uſum arrogántiæ inſ
quia víſcera pietátis igno
quia peccáta ſua red
étiam cùm ſibi abundár
tium, nóluit. Et ſunt no
qui cultum ſubtílium p
ſarúmque véſtium non
eſſe peccátum. Quòd ſi
licet culpa non eſſet, n
quam ſermo Dei tam v
ter exprímeret, quòd di
torquebátur apud ínſ
byſſo & púrpurâ indútu
ſet.

℟. Qui obtúrat auren
ad clamórem paúperis,
* Clamábit, & non ex
tur. † Qui ſéquitur miſe
diam, invéniet vitam.
21. 13. 21. ℣. Dives cùi
in torméntis, vidit Ab
à longè, & Lázarum
ejus, & clamans dixit:
Abraham, miſerére me
cior in hac flamma. *Lu*
23. 24. * Clamábit. (
† Qui ſéquitur.

Ad Benedíctus, *Ant*
Quid nobis prófuit ſup
aut divitiárum jactánti
cóntulit nobis? Tália di
in inférno hi qui pe
runt. *Sap.* 5. 8. 14.

Oratio.

PRæſta nobis, quæſ
Dómine, auxílium
tuæ; ut jejúniis & orati
conveniénter inténti,
mur ab hóſtibus me
córporis; Per Dóminu

A N O N.
ncílio Turonénſi
tértio.
813. *can.* 22.
ɔis & Preſbyteris
nti cautélâ pertra-
ɛſt, quáliter homíni-
bi delícta confiténti-
us abſtinéndi aſcrí-
uxta modum peccá-
téntibus abſtinéntia

gníficat, *Ant.* 8. G*.
iti Abraham : Fili,
: quia recepíſti bona
a; & Lázarus ſimíli-
nunc autem hic con-
tu verò cruciáris.
25.

Oratio.

ce, Dómine, jeju-
:ium preces; & ut ac-
:ibi ſit jejúnium no-
a voluntátes noſtras,
luntáte nunquam in-
ſsímiles. Per.

[A S E X T A.
ro Deuteronómii.
c. 16. 16. *ad fin.*

Ribus vícibus per an-
ıum apparébit omne
naſculínum tuum in
ı Dómini Dei tui, in
m elégerit: in ſolem-
ymórum, in ſolem-
ɛbdomadárum, & in
íte tabernaculórum.
arébit ante Dóminum
ſed ófferet unuſquíſ-
ıdùm quod habúerit,
ıedictiónem Dómini
quam déderit ei. Jú-
dices & magíſtros conſtítues
in ómnibus portis tuis quas
Dóminus Deus tuus déderit
tibi, per ſíngulas tribus tuas;
ut júdicent pópulum juſto ju-
dício, nec in álteram partem
declínent. Non accípies per-
ſónam, nec múnera; quia
múnera excæcant óculos ſa-
piéntûm, & mutant verba ju-
ſtórum. Juſtè quod juſtum eſt
perſequéris; ut vivas & poſsí-
deas terram quam Dóminus
Deus tuus déderit tibi. Non
plantábis lucum & omnem ár-
borem juxta altáre Dómini
Dei tui. Nec fácies tibi neque
conſtítues ſtátuam: quæ odit
Dóminus Deus tuus.

℟. Ne díxeris, 149.

Lectio ij. *c.* 17. 8. *ad* 13.

SI diffícile & ambíguum apud te judícium eſſe per-
ſpéxeris inter ſánguinem & ſánguinem, cauſam & cau-
ſam, lepram & lepram; & jú-
dicum intrà portas tuas víde-
ris verba variári; ſurge, &
aſcénde ad locum quem elé-
gerit Dóminus Deus tuus.
Veniéſque ad ſacerdótes Le-
vítici géneris, & ad júdicem
qui fúerit illo témpore; quæ-
réſque ab eis, qui indicábunt
tibi judícii veritátem. Et fácies
quodcúnque díxerint qui præ-
ſunt loco quem elégerit Dó-
minus, & docúerint te juxta
legem ejus; ſequeríſque ſen-
téntiam eórum; nec decliná-
bis ad déxteram, neque ad
ſiniſtram. Qui autem

bíerit, nolens obedíre ſacerdótis império qui eo témpore miníſtrat Dómino Deo tuo, & decréto júdicis, morietur homo ille, & aúferes malum de Iſraël: cunctúſque pópulus aúdiens timébit, ut nullus deínceps intuméſcat ſupérbiâ.

℟. Ne ſequáris, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 21. 33. *ad fin.*

IN illo témpore; Dixit Jeſus Princípibus Sacerdótum & Senióribus pópuli Parábolam, audíte: Homo erat paterfamílias, qui plantávit víneam, & ſepem circúndedit ei. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 87. *de Verb. Evang.* §. 3. *Aliàs Serm.* 59. *de Verb. Dom.*

PLantáta eſt vínea, lege datâ in córdibus Judæórum. Miſſi ſunt Prophétæ, quæréntes fructum, bonam vitam eórum: Prophétæ ab eis contuméliis afféćti, & occíſi ſunt. Miſſus eſt & Chriſtus únicus fílius Patrisfamílias; & ipſum occidérunt herédem, & ídeo perdidérunt hereditátem. In contrárium eis vertit malum consílium. Ut poſſidérent, occidérunt: & quia occidérunt, perdidérunt.

℟. Miſit paterfamílias ſervos ſuos ad agrícolas, ut accíperent fructus víneæ. Et agrícolæ álium cecidérunt, álium occidérunt. Dóminus víneæ malos malè perdet, & neam locábit áliis a qui reddant ei fructum 21. 34. 35. 41. ℣. Vi minus, & ad iracúndia citátus eſt; quia prov runt eum fílii ſui, & ego provocábo eos in non eſt pópulus. *Deut.* 21. * Víneam. Glória. neam.

Ad Benedíctus, *An* Dixit ad Joſeph Iſraël: míttam te ad fratres tu cùm vidíſſent eum, mú quebántur: Veníte, mus eum. *Gen.* 37. 13. 18

Oratio.

DA, quæſumus, o tens Deus, ut ſa purificánte jejúnio, méntibus ad ſancta fácias perveníre; Pe

C A N O N.

Ex Synodo Autiſſiod *An.* 1552. *part.* 2. *d*

QUi ad quæſtum i eſt, qui conſciént tricátam extricáre ne curióſiùs & quod no ſcrutátur, qui ſecrétu nére nequit, Confeſſ neri obeúndo idóneus

Ad Magníficat, *An* Miſit paterfamílias ad las fílium ſuum. Et ap ſum eum ejecérunt e neam, & occidérunt. 37. 39.

Oratio.

SUbveni, Dómine tuis pro ſua júgite

iéntibus, mentéſque
erénis affectibus præ-
medicinálibus tribue
:ári jejúniis; Per.
ᴀ B B A T O.
ro Deuteronómii.
c. 34. 1. ad 6.
Scéndit Móyſes de
campéſtribus Moab
ſuper montem Nebo,
em Phaſga contra Jé-
oſtendítque ei Dómi-
nem terram Gálaad
an, & univérſum Né-
terrámque Ephraïm
ſſe, & omnem terram
ue ad mare noviſſi-
& auſtrálem partem,
dinem campi Jéricho
palmárum uſque Se-
xítque Dóminus ad
æc eſt terra, pro qua
braham, Iſaac, & Ja-
ens: Sémini tuo dabo
idiſti eam óculis tuis,
anſíbis ad illam. Mor-
eſt ibi Móyſes ſervus
, in terra Moab, ju-
Dómino; & ſepelívit
alle terræ Moab con-
or: & non cognóvit
epúlcrum ejus uſque
ntem diem.
ùm avérterit, 149.
j. v. 7. ad fin.
yſes centum & vigínti
nórum erat quando
eſt: non caligávit
jus, nec dentes illíus
t. Fleverúntque eum
aël in campéſtribus
gínta diébus; & com-
Verna.

pléti ſunt dies planctûs lugén-tium Móyſen. Jóſue verò fí-lius Nun replétus eſt ſpíritu ſapiéntiæ, quia Móyſes póſuit ſuper eum manus ſuas. Et obediérunt ei fílii Iſraël, fecerúntque ſicut præcépit Dóminus Móyſi. Et non ſurréxit ultrà prophéta in Iſraël ſicut Móyſes, quem noſſet Dóminus fácie ad fáciem, in ómnibus ſignis atque porténtis, quæ miſit per eum, ut fáceret in terra Ægypti Pharaóni, & ómnibus ſervis ejus, univerſæque terræ illíus, & cunctam manum robúſtam, magnáque mirabília, quæ fecit Móyſes coram univérſo Iſraël.

℞. Scimus, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 15. 11. *ad fin.*

IN illo témpore; Ait Jeſus ad Phariſæos, & Scribas: Homo quidam hábuit duos fílios; & dixit adoleſcéntior ex illis patri: Pater, da mihi portiónem ſubſtántiæ quæ me contíngit. Et diviſit illis ſubſtántiam. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 7. §. 213. 214.

VIdes quòd divínum patrimónium peténtibus datur. Nec putes culpam patris, quòd adoleſcentióri dedit: nulla Dei regno infirma ætas, nec fides gravátur annis. Ipſe certè ſe judicávit idóneum qui

M

popóſcit. Atque útinam non receſsíſſet à patre, impediméntum neſciſſet ætátis : ſed poſtéaquam domum pátriam derelínquens péregre proféctus eſt, cœpit egére. Méritò ergo prodégit patrimónium, qui receſſit ab Ecclésia. Poſtéaquam domum, inquit, pátriam derelínquens, [Péregre proféctus eſt in regiónem longínquam.] Quid enim longínquius quàm à ſe recédere; nec regiónibus, ſed móribus ſeparári : ſtúdiis diſcrétum eſſe, non terris; & quaſi interfúſo luxúriæ ſeculáris æſtu, divórtia habére factórum? Etenim qui ſe à Chriſto ſéparat, exul eſt pátriæ, civis eſt mundi.

℟. Venit filius ad Patrem, dixítque ei : Pater, peccávi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocári filius tuus. Dixit pater : * Citò † Proférte ſtolam primam, & indúite illum, & date ánnulum in manum ejus. *Luc.* 15. 20. 21. 22. ℣. Impíetas ímpii non nocébit ei, in quacúnque die convérſus fúerit ab impietáte ſua. *Ezech.* 33. 12. * Citò. Glória. † Proférte.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Vítulum ſaginátum occídite, & epulémur; quia hic fílius meus mórtuus erat, & revíxit; períerat, & invéntus eſt. *Luc.* 15. 23. 24.

Oratio.

DA, quæſumus, Dómine, noſtris efféctum jejúniis ſalutárem; ut caſt... aſſúmpta, ad noſt... tatiónem tránſeat... Per Dóminum.

CAN...

Ex Sýnodo T...

An. 1459. *lib.* 1...

CAveant Sace... à confiténte ... mina perſonárum ... peccáverit; ſed ci... quæ quandóque ta... vatiónem peccáti ſ... ſine hoc de peccát... non poteſt bene ju...

AD VESP...

Antiphona & ... *Pſalterio.*

Capitulum. J...

SCito, & vide ... & amárum eſt ... Dóminum Deum ... non eſſe timórem ... te, dicit Dóminus ... cituum.

Hymnus, Jam ter...

℣. Greſſus meos, ...

Ad Magníficat, ...

Fortis in bello Jeſu... céſſor Móyſi in prop... fuit magnus ſecúnd... ſuum, máximus i... electórum Dei, ... inſurgéntes hoſtes, ... querétur hereditát... *Eccli.* 46. 1. 2.

Oratio.

GUbérna, Dóm... ſumus, plebem ... tuis benefíciis ſem... mula; ut & præſéntis ... ſidiis gaúdeat & ad...

OMPLETORIUM, ut
.
ICA TERTIA
uadrageſimæ.
IUM NOCTURNUM.
rium, Antiphonæ,
& ℣. ut in Pſalterio 2.
, En tempus accep-
8.
NOCTURNO.
t liber Jóſue.
c. 1. 1. ad 6.
um eſt poſt mortem
yſi ſervi Dómini, ut
ıerétur Dóminus ad
ım Nun miníſtrum
.díceret ei: Móyſes
ıs mórtuus eſt; ſur-
ıſi Jordánem iſtum
ıis pópulus tecum,
uam ego dabo fíliis
nem locum, quem
eſtígium pedis ve-
tradam, ſicut locú-
óyſi. A deſérto &
ue ad flúvium ma-
ıráten, omnis terra
n uſque ad mare
ontra ſolis occáſum
ıus veſter. Nullus
ıis reſiſtere cunctis
tuæ: ſicut fui cum
a ero tecum; non
nec derelínquam
:áre, & eſto robú-
m ſorte dívides pó-
erram, pro qua ju-
us ſuis, ut tráde-
ıis.
.m eſt ut loquerétur
d Jóſue: Ne declí-
d déxteram vel ad

ſiniſtram, ſed * Meditáberis in volúmine legis diébus ac nóctibus, ut fácias quæ ſcripta ſunt in eo. *Joſue* 1. 1. 7. 8. ℣. Scriptúra divínitus inſpiráta; útilis eſt ad corripiéndum; ad arguéndum in juſtítia; ut perféctus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtrúctus. 2. *Tim.* 3. 16. 17. * Meditáberis.

Lectio ij. *c* 2. 1. *ad* 6.

Miſit ígitur Jóſue fílius Nun de Setim duos viros exploratóres in abſcóndito, & dixit eis: Ite, & conſideráte terram, urbémque Jéricho. Qui pergéntes ingréſſi ſunt domum mulíeris meretrícis nómine Rahab, & quievérunt apud eam. Nuntiatúmque eſt regi Jéricho, & dictum: Ecce viri ingréſſi ſunt huc per noctem de fíliis Iſraël, ut explorárent terram. Miſítque rex Jéricho ad Rahab, dicens: Educ viros qui venérunt ad te, & ingréſſi ſunt domum tuam: exploratóres quippe ſunt, & omnem terram conſideráre venérunt. Tolléńſque múlier viros abſcóndit, & ait: Fáteor, venérunt ad me; ſed neſciébam unde eſſent: cùmque porta clauderétur in ténebris, & illi páriter exiérunt: néſcio quò abiérunt: perſequímini citò, & comprehendétis eos. Ipſa autem fecit aſcéndere viros in ſolárium domûs ſuæ, operuítque eos ſtípulâ lini quæ ibi erat.

℟. Locútus eſt Jóſue Dómino: Sol contra Gábaon ne moveáris, & Luna contra vallem Aíalon. * Stetérunt Sol & Luna, obediénte Dómino voci hóminis. *Joſue* 10. 12. 13. 14. ℣. Si habuéritis fidem, ſicut granum ſinápis, nihil impoſsíbile erit vobis. *Matt.* 17. 19. * Stetérunt.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 14.

NEcdum obdormíerant qui latébant, & ecce múlier aſcéndit ad eos, & ait: Novi quòd Dóminus tradíderit vobis terram; étenim írruit in nos terror veſter, & elanguérunt omnes habitatóres terræ. Audívimus quòd ſiccáverit Dóminus aquas maris rubri ad veſtrum intróitum, quando egréſſi eſtis ex Ægypto; & quæ fecéritis duóbus Amorrhæórum régibus qui erant trans Jordánem: Sehon & Og, quos interfeciſtis. Et hæc audiéntes pertimúimus, & elánguit cor noſtrum, nec remánſit in nobis ſpíritus ad intróitum veſtrum: Dóminus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deórſum. Nunc ergo juráte mihi per Dóminum, ut quómodo ego miſericórdiam feci vobíſcum, ita & vos faciátis cum domo patris mei; detíſque mihi verum ſignum, ut ſalvétis patrem meum & matrem, fratres ac ſoróres meas, & ómnia quæ illórum ſunt, & eruátis ánimas noſtras à morte. Qui reſpondérunt ei: Anima noſtra ſit pro vobis in mortem, ſi tamen non prodíderis nos.

℟. Dixit Jóſue ad pópu lum: Teſtes eſtis quia ipſi e géritis Dóminum, ut ſervi tis ei: * Nunc ergo † Inclin corda veſtra ad Dómin *Joſue* 24. 22. 23. ℣. Dilig tibus Deum ómnia cooper tur in bonum. *Rom.* 8. * Nunc ergo. Glória. † Incli náte.

IN II. NOCTURN

De Sermóne ſancti Baſi magni.

Homil. 2. *de Jejun. poſt*

Lectio iv.

EST omni quidem témp jejúnium útile ſerv bus; neque enim dæmo malígnitas áliquid adv jejunántem audet. Et án noſtræ cuſtódes Angeli lub tiùs ac ſtudióſiùs eos curant, qui per jejúnium purgáti fue rint: multò verò magis témpore, quando per unive ſum orbem circumquáq prædicátio hæc annunti Nec ínſula ulla, nec terra, cívitas, non gens, non déni locus ullus tam deſértus, prædicátio iſta non audi ſed & exércitus, & iter faci tes terrâ maríque, mercat quoque omnes ſimíliter diunt, libentérque ſuſcípi Itaque nemo è jejunánti número ſeſe ſubtrahat, in & generatiónes cunctæ,

ætas, & ordo inclu-

'rojícite, *ſuprà*, 146.

Lectio v.

n eſt autem ad perfé-
ım laudabiléque jejú-
ıtìs, cibórum abſtinén-
d jejunémus jejúnium
ıtum & accéptum. Ve-
)eóque placens jejú-
eſt abſtinére à malo,
ı continére, iram tem-
aliénum eſſe à concu-
is, detractióne, per-
mendácio. Horum ita-
›derátio verum eſt je-
. Pulcrum jejúnium eſt,
nodi verſári abſtinén-
ur in Dómino delecté-
n meditatióne ſermó-
ıritûs, & communica-
crórum myſteriórum,
um in cunctis noſtras
dirigéntibus inſtitútis
n conſtituámus.

Ɂuærite, 146.

Lectio vj.

ium autem, & famem
ı quæ intus eſt, caveá-
qua Prophéta loquens,
Non occídet Deus fame
juſtórum.] Item in
: [Non vidi juſtum de-
n, nec ſemen ejus quæ-
nem.] Non enim de
i lóquitur pane, cùm
ıus permíſerit patriár-
cob fílios in Ægyptum
grátiâ deſcéndere; ve-
e ſpirituáli lóquitur ci-
r *quem intérior homo*
perfícitur. Ne contra

inſúrgat jejúnium hujus géneris, quod Judæis Prophéta minátur, dicens: [Ecce dies vénient, dicit Dóminus, & indúcam in terram hanc famem: non autem panis famem, aut aquæ ſitim, ſed audiéndi verbi Dei famem;] quam hac de cauſa juſtus indúxit judex, quóniam eórum mentem in fame veritátis ac ſanctórum præceptórum fame verſári, extérnum verò hóminem ſupra modum pinguéſcere perſpíceret. Quamóbrem, fratres dilectíſſimi, per hos ſacratíſſimi jejúnii dies paſcat nos Spíritus-ſanctus matutínis & veſpertínis gaúdiis, nullus ſponte ac volens convívium hoc ſpirituále déſerat.

℟. Eleemóſyna, 147.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 11. 14. *ad* 28.

IN illo témpore; Erat Jeſus ejíciens dæmónium, & illud erat mutum. Et cùm ejeciſſet dæmónium, locútus eſt mutus, & admirátæ ſunt turbæ. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

In Luc. lib. 4. *cap.* 48.

DÆmoníacus iſte, apud Matthæum, non ſolùm mutus, ſed & cæcus fuiſſe narrátur; curatúſque dícitur à Dómino, ita ut loquerétur, & vidéret. Tria ergo ſigna ſimul in uno hómine perpetráta

ſunt: cæcus videt, mutus lóquitur, poſſéſſus à dæmone liberátur. Quod & tunc quidem carnáliter factum eſt, ſed & quotídie complétur in converſióne credéntium: ut expúlſo primùm dæmone, fidei lumen aſpíciant; deínde ad laudes Dei, tacéntia priùs ora laxéntur.

℟. Si ſátanas ſátanam ejícit, advérsùs ſe divíſus eſt: quómodo ſtabit regnum ejus? * Si autem in ſpíritu Dei ejício dæmones, igitur † Pervénit in vos regnum Dei. *Matt.* 12. 26. 28. ℣. Spíritus Dómini ſuper me, eò quòd únxerit Dóminus me. *Iſai.* 61. 1. * Si autem. [*In Veſperis*, Glória Patri. † Pervénit.]

Lectio viij. *Longè poſt.*

Cum immúndus ſpíritus exíerit de hómine, perámbulat per loca inaquóſa.] Quamvis ſimplíciter intélligi póſſit, Dóminum hæc ad diſtinctiónem ſuórum, & ſátanæ óperum adjunxíſſe; tamen & de hærético quovis, vel ſchiſmático, vel étiam malo cathólico, poteſt non inconveniénter áccipi. De quo, témpore baptíſmatis, ſpíritus immúndus qui in eo priùs habitáverat, ad confeſſiónem cathólicæ fidei, abrenuntiationémque mundánæ converſatiónis, ejiciátur: locáque inaquóſa péragret; id eſt, corda fidélium quæ à mollítie fluxæ cogitatiónis expurgáta ſint, cállidus inſidiátor explóret, ſi quos ibi fortè ſuæ nequítiæ greſſus fígere póſſit. Sed bene dícitur, [Quærens réquiem, & non invéniens;] Quia caſtas mentes effúgiens, in ſolo corde pravórum gratam ſibi poteſt inveníre réquiem.

℟. Cùm fortis armátus cuſtódit átrium ſuum, in pace ſunt ea quæ póſſidet; * Si autem fórtior vícerit eum, univérſa arma ejus áuferet, & ſpólia ejus diſtríbuet. *Luc.* 11. 21. 22. ℣. Nunquid tollétur à forti præda? Equídem & captívitas à forti tollétur. *Iſai.* 49. 24. 25. * Si autem.

Lectio ix. *Poſt pauca.*

Dicit: [Revértar in domum meam unde exívi.] Timéndus eſt iſte verſículus, non exponéndus. [Et cùm vénerit, ínvenit ſcopis mundátam:] hoc eſt, grátiâ baptíſmatis à peccatórum labe caſtigátam; ſed nullâ boni óperis indúſtriâ cumulátam. Unde bene Matthæus hanc vacántem, mundátam, atque ornátam dicit; mundátam à vitiis príſtinis per baptíſmum; vacántem à bonis áctibus per negligéntiam; ornátam ſimulátis virtútibus per hypócriſin. [Et tunc vadit, & aſſúmit ſeptem álios ſpíritus nequióres ſe, & ingréſſi hábitant ibi.] Per ſeptem malos ſpíritus, univérſa vitia deſígnat. Quem-cúmque enim poſt baptíſma, ſive právitas hærética; ſeu

cupíditas arripúerit;
ıium proſtérnet in
um. Unde rectè ne-
nc eum ſpíritus di-
gréſſi; quia non ſo-
bit illa ſeptem vítia,
m ſpirituálibus ſunt
virtútibus; ſed &
:riſin, ipſas ſe virtú-
ſimulábit. [Et ſunt
hóminis illíus pejó-
us.] Mélius quippe
iam veritátis non
e, quàm poſt agni-
trórsùm convérti.
ı immúndus ſpíritus
hómine, dicit: Re-
lomum meam unde
nc aſſúmit ſeptem
us ſecum, nequióres
nt noviſſima hómi-
pejóra prióribus.
..26. ℣. Si avérte-
is à juſtítia ſua, &
uitátem, in peccáto
ur. *Ezech.* 18. 24.
. Glória. *Repetitur*
mmúndus.

LAUDES
TUTINAS.

dotalis, Glorificá-
tuum in ætérnum:
iſericórdia tua ma-
er me. *Pſ.* 85. 12. 13.
de Dominica.
ona 7. toni. d.
Deus in poténtia,
dedit ſpátium pec-
ı enim concupíſcit
em filiórum infidé-
. 15. 19. 21. 22.
G. Qui jejúnat in
peccátis ſuis, & íterum éadem
fáciens, quid próficit humi-
liándo ſe? *Eccli.* 34. 31.

Ant. 1. f. Facta ſunt poſte-
rióra deterióra prióribus; mé-
lius enim erat non cognóſce-
re viam juſtítiæ, quàm poſt
agnitiónem retrórſum con-
vérti. 2. *Petr.* 2. 20. 21.

Ant. 4. a. Eſaü cúpiens he-
reditáre benedictiónem, re-
probátus eſt: non invénit pœ-
niténtiæ locum, quanquam
cum lácrymis inquiſiſſet eam.
Hebr. 12. 17.

Ant. 3. *a.* Orábat ſceléſtus
Antíochus Dóminum, à quo
non eſſet miſericórdiam con-
ſecutúrus. 2. *Mach.* 9. 13.

Capitulum. *Eccli.* 5. 6. 7. 8.

NE dicas: Miſerátio Dó-
mini magna eſt, multi-
túdinis peccatórum meórum
miſerébitur; miſericórdia e-
nim, & ira ab illo citò próxi-
mant, & in peccatóres réſpi-
cit ira illíus. Non tardes con-
vérti ad Dóminum.

Hymnus, Audi, benígne, 149.
℣. Miſerére, 150.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. f.
Cuſtódi præcépta quæ ego
mando tibi. Si poſtquam au-
díeris, cuſtodíeris ea & féce-
ris, Dóminus díliget te. *Deut.*
7. 11. 12. 13.

Oratio.

QUæſumus, omnípotens
Deus, vota humílium
réſpice; atque ad defenſiónem
noſtram, déxteram tuæ maje-
ſtátis extènde; Per.

Ad Horas, *Omnia ut ſuprà*, 147. *præter ſequentia.*

Oratio, Quæſumus, *ſuprà.*

CANON.

Ex Concílio Carthaginénſi quarto.

An. 398. *cap.* 74. *&* 75.

SAcérdos pœniténtiam imploránti, abſque perſónæ acceptióne pœniténtiæ leges injúnget. Negligentióres pœniténtes tárdiùs recipiántur.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. *Malach.* 3. 18.

COnvertémini, & vidébitis quid ſit inter juſtum & ímpium, & inter ſerviéntem Deo, & non ſerviéntem ei.

℟. Si ſátanas, *ſuprà*, 182.

Hymnus, Audi, benígne, 149.

℣. Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum; ℟. Et non dominétur meî omnis injuſtítia. *Pſ.* 118. 133.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. c. Beáti qui aúdiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud. *Luc.* 11. 28.

Ad Completorium, *ut in Pſalterio.*

FERIA SECUNDA.

De libro Jóſue.

Lectio j. *c.* 2. 15. *ad* 21.

DEmíſit ergo eos per funem de feneſtra; domus enim ejus hærébat muro. Dixítque ad eos: Ad montána conſcéndite, ne fortè occúrrant vobis revertentes; ibíque latitáte tribus diebus, donec rédeant, & ſic íbitis per viam veſtram. Qui dixérunt ad eam: Innóxii érimus à juraménto hoc quo adjuráſti nos, ſi ingrediéntibus nobis terram, ſignum fúerit funículus iſte coccíneus, & ligáveris eum in fenéſtra, per quam demiſíſti nos: & patrem tuum ac matrem, fratréſque & omnem cognatiónem tuam, congregáveris in domum tuam. Qui óſtium domûs tuæ egréſſus fúerit, ſanguis ipsíus erit in caput ejus, & nos érimus aliéni. Cunctórum autem ſanguis, qui tecum in domo fúerint, redundábit in caput noſtrum, ſi eos áliquis tetígerit. Quòd ſi nos pródere volúeris, & ſermónem iſtum proférre in médium, érimus mundi ab hoc juraménto quo adjuráſti nos. Et illa reſpóndit: Sicut locúti eſtis, ita fiat: dimitténſque eos ut pérgerent, appéndit funículum coccíneum in fenéſtra.

℟. Non tardes, 148.

Lectio ij. *v.* 22. *ad fin.*

ILli verò ambulántes pervenérunt ad montána, & manſérunt ibi tres dies, donec reverteréntur qui fúerant perſecúti: quæréntes enim per omnem viam, non reperérunt eos. Quibus urbem ingréſſis, revérſi ſunt, & deſcendérunt exploratóres de monte: & tranſmíſſo Jordáne, venérunt ad Jóſue fílium Nun, narraverúntque ei ómnia quæ accíderant ſibi, atque dixérunt:

Tradidit Dóminus omnem terram hanc in manus noſtras, & timóre proſtráti ſunt cuncti habitátores ejus.

℟. Frange, 148.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 4. 23. *ad* 30.

IN illo témpore; Ait Jeſus (in ſynagóga:) Utique dicétis mihi hanc ſimilitúdinem: Médice, cura teipſum: quanta audívimus facta in Caphárnaüm, fac & hìc in pátria tua. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 4. *§.* 46.

NOn mediócriter invídia próditur, quæ cívicæ caritátis oblíta, in acérba ódia cauſas amóris infléctit. Simul hoc exémplo páriter & oráculo declarátur, quòd fruſtrà opem miſericórdiæ cœléſtis expéctes, ſi aliénæ frúctibus virtútis invídeas; aſpernátor enim Dóminus invidórum eſt, & ab iis qui divína beneficia in áliis perſequúntur, mirácula ſuæ poteſtátis avértit. Domínicæ quippe carnis actus, divinitátis exémplum eſt; & inviſibília nobis ejus, per ea quæ ſunt viſibília, demonſtrántur.

℟. Abiit Jeſus in pátriam ſuam, & cœpit docére: & multi admirabántur in doctrína ejus, *dicéntes: Nonne hic eſt faber fílius Maríæ? Et dicébat* illis: * Non eſt prophéta ſine honore niſi in pátria ſua: & †Circuíbat caſtélla in circúitu docens. *Marc.* 6. 1. 2. 3. 4. 6.

℣. Dixérunt: Num ſalváre nos póterit iſte? Et deſpexérunt eum. 1. *Reg.* 10. 27.* Non eſt prophéta. Glória. † Circuíbat.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. c. Miſit ad Náaman Eliſéus núntium, dicens: Vade, & laváre ſépties in Jordáne; & recípiet ſanitátem caro tua. 4. *Reg.* 5. 10.

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde; ut ſicut ab eſcis carnálibus abſtinémus, ita ſenſus quoque noſtros à nóxiis retrahámus excéſſibus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *cap.* 32.

SAcerdótes qui aut múneris, aut amóris, aut timóris, aut certè favóris causâ, témpora modúmque pœniténtiæ ad líbitum pœniténtium indícunt, aúdiant quid Dóminus per Ezechiélem prophétam terribíliter dicat: ... Erit manus mea ſuper Prophétas, ... eò quòd decéperint pópulum meum, dicéntes: Pax, pax, & non eſt pax.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Multi lepróſi erant in Iſraël ſub Eliſéo prophéta: & nemo eórum mundátus eſt niſi Naaman Syrus. *Luc.* 4. 27.

Oratio.

DEus, qui & juſtè iráſceris, & cleménter ignóſcis; concéde, ut dum te jejunióꝛum obſervatiónibus placáre inténdimus, tua ſúppleat miſericórdia, quod noſtra perſícere non pótuit infirmitas, Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

De libro Jóſue.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 6.

IGitur Jóſue de nocte conſúrgens movit caſtra: egrediențéſque de Setim, venérunt ad Jordánem ipſe & omnes filii Iſraël, & moráti ſunt ibi tres dies. Quibus evolútis, tranſiérunt præcónes, per caſtrórum médium, & clamáre cœpérunt: Quando víderitis arcam fœderis Dómini Dei veſtri, & ſacerdótes ſtirpis Levíticæ portántes éam, vos quoque conſúrgite, & ſequímini præcedéntes: ſitque inter vos & arcam ſpátium cubitórum duûm míllium; ut procul vidére poſsítis, & noſſe per quam viam ingrediámini: quia priùs non ambuláſtis per eam: & cavéte ne appropinquétis ad arcam. Dixítque Jóſue ad pópulum: Sanctificámini, cras enim fáciet Dóminus inter vos mirabília. Et ait ad ſacerdótes: Tóllite arcam fœderis, & præcédite pópulum. Qui juſſa compléntes tulérunt, & ambulavérunt ante eos.

℟. Ne díxeris, 149.

Lectio ij. *v.* 9

DIxítque Jóſue Iſraël: Accédit audíte verbum Dón veſtri. Et rurſum: In quit, ſciétis quòd Deus vivens in méc eſt, & diſpérdet in c veſtro Chananæum thæum, Hevæum & ſæum, Gergeſæum q Jebuſæum, & Am Ecce, arca fœderis omnis terræ antecéde Jordánem. Paráte d viros de tríbubus Iſ gulos per síngulas t cùm poſúerint veſtíg ſuórum ſacerdótes qu arcam Dómini Dei terræ, in aquis Jordá quæ inferióres ſunt rent atque deficient tem déſuper véniunt mole conſíſtent.

℟. Ne ſequáris, 1

Léctio ſancti Evangé dùm Matthæu

Lectio iij. *c.* 18. 15

IN illo témpore; ſus diſcípulis ſuis: verit in te frater tuu & córripe eum inter ſum ſolum. Et réliq

Homília ſancti Au epíſcopi.

Serm. 82. *de Verbis* *§.* 4. *aliàs Serm.* 1 *Verbis Domin*

DEbémus amánc pere; non noc ditáte, ſed ſtúdio co

ſuérimus, óptimè fá-
ıod hódie admóniti
[Si peccáverit in te
ıs, córripe illum in-
ipſum ſolum.] Quare
ripis? Quia tu doles,
:cáverit in te? Abſit.
; tuî id facis, nihil
amóre illíus facis,
ıcis. Dénique in ipſis
ténde, cujus amóre
débeas, utrùm tuî, an
i te audíerit,] inquit,
s es fratrem tuum.]
óptet illum fac, ut
illum. Sic faciéndo,
; niſi fecíſſes, pe-

peccáverit in te fra-
, vade, & * Córripe
r te & ipſum ſolum:
udíerit; lucrátus eris
tuum. *Matt.* 18. 15.
córripit hóminem,
póſtea invéniet apud
nagìs quàm ille qui
ıæ blandiménta déci-
v. 28. 23. * Córripe.
† Si te audíerit.
enedíctus, *Ant.* 1. â.
atrem tuum, ne há-
er illo peccátum: non
ltiónem, nec memor
riæ cívium tuórum.
). 17. 18.

Oratio.

li nos, omnípotens
iſéricors Deus; &
tiæ ſalutáris propí-
ıis dona concéde;
iinum noſtrum Jeſum
1.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *cap.* 8.

SEcúrior nulla via in Eccléſia Dei unquam exiſtimáta fuit ad amovéndam imminéntem à Dómino pœnam, quàm ut pœniténtiæ ópera hómines cum vero ánimi dolóre fre-quéntent.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Dómine, quóties peccábit in me frater meus, & dimíttam ei? uſque ſépties? Dicit illi Jeſus: Non dico tibi uſque ſépties; ſed uſque ſeptuágies ſépties. *Matt.* 18. 21. 22.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Dómine Deus, ut dum ab eſcis carnálibus jejunámus, ſpirituálibus verbi tui ubériùs paſcámur aliméntis; Per.

FERIA QUARTA.

De libro Jóſue.

Lectio j.

c. 3. *v.* 17. *&* *c.* 4. 1. *ad* 3.

POpulus autem incedébat contra Jéricho: & ſacerdótes qui portábant arcam fœderis Dómini, ſtabant ſuper ſiccam humum in médio Jordánis accíncti, omníſque pópulus per arén-tem álveum tranſíbat. Quibus tranſgréſſis, dixit Dóminus ad Jóſue: Elige duódecim viros ſíngulos per ſíngulas tribus: & præcipe eis ut tollant de médio Jordánis álveo, ubi ſtetérunt pedes ſacerdótum, duódecim duríſſimos lápides

quos ponétis in loco caſtrórum, ubi fixéritis hàc nocte tentória.

℟. Cùm avérterit, *ſuprà*, 149.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 8.

VOcavítque Jóſue duódecim viros, quos elégerat de filiis Iſraël, ſinguios de ſingulis tribubus, & ait ad eos: Ite ante arcam Dómini Dei veſtri ad Jordánis médium, & portáte inde ſínguli ſíngulos lápides in húmeris veſtris, juxta númerum filiórum Iſraël, ut ſit ſignum inter vos: & quando interrogáverint vos filii veſtri cras, dicéntes: Quid ſibi volunt iſti lápides? reſpondébitis eis: Defecérunt aquæ Jordánis ante arcam fœderis Dómini, cùm tranſíret eum: idcírco póſiti ſunt lápides iſti in monuméntum filiórum Iſraël uſque in ætérnum. Fecérunt ergo filii Iſraël ſicut præcépit eis Jóſue, portántes de médio Jordánis álveo duódecim lápides, ut Dóminus ei imperárat, juxta númerum filiórum Iſraël, uſque ad locum in quo caſtrametáti ſunt, ibíque poſuérunt eos.

℟. Scimus, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 15. 1. *ad* 20.

IN illo témpore; Acceſſérunt ad Jeſum ab Jeroſólymis Scribæ & Phariſæi, dicéntes: Quare diſcípuli tui tranſgrediúntur traditiónes ſeniórum. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi preſbyteri.

Lib. 2. *Comment. in c.* 15. *Matth.*

MIra Phariſæórum Scribarúmque ſtultítia! Dei Filium árguunt, quare hóminum traditiónes & præcépta non ſervet. [Non enim lavant manus ſuas, cùm panem mandúcant.] Manus, id eſt, ópera, non córporis útique, ſed ánimæ lavándæ ſunt, ut fiat in illis verbum Dei. [Ipſe autem reſpóndens, ait illis: Quare & vos tranſgredímini mandátum Dei propter traditiónem veſtram?] Falſam calúmniam verâ reſponſióne confútat: Cùm, inquit, vos propter traditiónem hóminum præcépta Dómini Dei negligátis, quare diſcípulos meos arguéndos putátis, quòd ſeniórum juſſa parvipéndant, ut Dei ſcita cuſtódiant?

℟. Quare tranſgredímini mandátum Dei propter traditiónem veſtram?* Nam† Deus dixit: Honóra patrem & matrem. *Matt.* 15. 3. 4. ℣. Qui ſúbtrahit áliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccátum, párticeps homicídæ eſt. *Prov.* 28. 24.* Nam Deus. Glória. † Deus.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. 2. Appropínquat pópulus iſte ore ſuo, & lábiis ſuis gloríficat me; cor autem ejus longè eſt à me. Iſai. 29. 13.

Oratio.

ı nobis, quæſumus, ıine, ut ſalutáribus :rudíti, à nóxiis quo- ; abſtinéntes, propi- ı tuam facíliùs impe- Per Dóminum.

A N O N.

ıncílio Tridentíno. ſ. 14. *cap.* 8.

ı ſatisfaciéndo páti- r pro peccátis, Chri- qui pro peccátis no- fécit, ex quo omnis ficiéntia eſt, confór- :imur, certíſſimam ıam habéntes, quòd timur, & conglorifi-

ıgníficat, *Ant.* 8. G.* æ, bene prophetávit Iſaías, dicens: Pó- : lábiis me honórat; n eórum longè eſt *'att.* 15. 7. 8.

Oratio.

s vítia, virtúte ſpíri- :onſtrínge Dómine; in virtútibus infirmi- ri jejúnio reficiátur; ıinum.

A QUINTA.

›e libro Jóſue.

, *c.* 6. 1. *ad* 5.

o autem clauſa erat munita, timóre fi- n Iſraël, & nullus ıdébat aut íngredi. Dóminus ad Jóſue: i in manu tua Jéricho, *ejus, omnéſque for- Circuíte urbem cun-*

cti bellatóres ſemel per diem: ſic faciétis ſex diébus. Séptimo autem die ſacerdótes tollant ſeptem búccinas, quarum uſus eſt in jubiléo, & præcédant arcam fœderis: ſeptiéſque circuíbitis civitátem, & ſacerdótes clangent búccinis. Cùmque inſonúerit vox tubæ lóngior atque concíſior, & in aúribus veſtris increpúerit, conclamábit omnis pópulus vociferatióne máximâ, & muri fúnditùs córruent civitátis, ingredientúrque ſínguli per locum contra quem ſtéterint.

℟. Non tardes, 148.

Lectio ij. *v.* 16. *ad* 21.

CUmque ſéptimo circúitu clángerent búccinis ſacerdótes, dixit Jóſue ad omnem Iſraël: Vociferámini; trádidit enim vobis Dóminus civitátem: ſitque cívitas hæc anáthema; & ómnia quæ in ea ſunt, Dómino. Sola Rahab méretrix vivat, cum univérſis qui cum ea in domo ſunt; abſcóndit enim núntios quos miſimus. Vos autem cavéte, ne de his quæ præcépta ſunt, quíppiam contingátis, & ſitis prævaricatiónis rei, & ómnia caſtra Iſraël ſub peccáto ſint atque turbéntur. Quidquid autem auri & argénti fúerit, & vaſórum æneórum ac ferri, Dómino conſecrétur, repóſitum in theſaúris ejus. Igitur omni pópulo vociferánte, & clangéntibus tubis, poſtquam in aures multitúdinis vox ſo-

Lectio iij. *c.* 4. 38. *ad fin.*

IN illo témpore ; Surgens Jeſus de ſynagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus. Et réliqua.

Homília ſancti Petri Chryſólogi.

Serm. 18. *de ſocru Petri, poſt initium.*

CUm veniſſet Chriſtus in domum Petri, vidit ſocrum ejus jacéntem, & febriéntem.] Inſpéxit gémitum languéntis, febriéntis atténdit incéndium, vidit perículum deſperátæ ; & ſtatim manus ad opus ſuæ deitátis exténdit: nec antè ad humána diſcúbuit Chriſtus, quàm múlier quæ jacébat, conſúrgeret ad divína. [Ténuit,] inquit, [ma-

nia. *Sap.* 16. 12.

Oratio.

DEus, qui in rei
animárum jejún
medicínam indidíſti ;
plices invocámus, ut
acceptábile jejúnium
& nos à cibis abſtiné
peccátis abſólvas ; P

C A N O N.

Ex Concílio Tride

Seſſ. 14. *cap.* 8

DEbent Sacerdóte
ni convenientes
ctiónes injúngere ; ne
peccátis connívеant,
géntiùs cum pœnitén
gant, levíſſima quæda
pro graviſſimis delícti
géndo, alienórum
rum partícipes efficiá

Ad Magníficat, *An*

FERIA SEXTA.
De libro Jóſue.

Lectio j. *c.* 10. 12. *ad* 14.

LOcútus eſt Jóſue Dómino, in die quâ trádidit Amorrhæum in conſpéctu filiórum Iſraël; dixítque coram eis: Sol, contra Gábaon ne moveáris; & Luna, contra vallem Aíalon. Steterúntque Sol & Luna, donec ulciſcerétur ſe gens de inimícis ſuis. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro juſtórum? Stetit ítaque Sol in médio cœli, & non feſtinávit occúmbere ſpátio uníus diéi. Non fuit ántea nec póſtea tam longa dies, obediénte Dómino voci hóminis, & pugnánte pro Iſraël.

℟. Ne díxeris, 149.

Lectio ij. *c.* 23. 1. *ad* 6.

EVolúto autem multo témpore, poſtquam pacem déderat Dóminus Iſraéli, ſubjéctis in gyro natiónibus univérſis, & Jóſue jam longævo, & perſenílis ætátis; vocávit Jóſue omnem Iſraélem, majoréſque natu, & príncipes ac duces, & magíſtros, dixítque ad eos: Ego ſénui, & progreſſióris ætátis ſum: voſque cérnitis ómnia quæ fécerit Dóminus Deus veſter cunctis per circúitum natiónibus, quómodo pro vobis ipſe pugnáverit: & nunc quia vobis ſorte divíſit omnem terram, ab Orientáli parte Jordánis uſque *ad mare magnum, multæque adhuc ſupérſunt* natiónes; Dóminus Deus veſter diſpérdet eas, & aúferet à fácie veſtra, & poſſidébitis terram, ſicut vobis pollícitus eſt. Tantùm confortámini, & eſtóte ſolíciti, ut cuſtodiátis cuncta quæ ſcripta ſunt in volúmine legis Móyſi: & non declinétis ab eis neque ad déxteram neque ad ſiníſtram.

℟. Ne ſequáris, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 4. 5. *ad* 42.

IN illo témpore; Venit Jeſus in civitátem Samaríæ quæ dícitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joſeph fílio ſuo. Erat autem ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigátus ex itínere, ſedébat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit múlier de Samaría hauríre aquam. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epiſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 15. §. 10. 11. 12.

VEnit múlier de Samaría hauríre aquam. Dicit ei Jeſus: Da mihi bíbere.] Vidétis alienígenas: omníno váſculis eórum Judæi non utebántur. Et quia ferébat ſecum múlier váſculum unde aquam hauríret, eò miráta eſt, quia Judæus petébat ab ea bíbere; quod non ſolébant fácere Judæi. Ille autem qui bíbere quærébat, fidem ipſíus mulíeris ſitiébat. Dénique audi quis petébat bíbere. [Reſpóndit

Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu fórſitan petiſſes ab eo; & dediſſet tibi aquam vivam.] Petit bíbere, & promíttit bíbere. Eget quaſi acceptúrus, & áffluit tanquam ſatiatúrus. [Si ſcires,] inquit, [donum Dei.] Donum Dei eſt Spíritus-ſanctus. Sed adhuc mulíeri tectè lóquitur, & paulátim intrat in cor.

℟. Neque in monte hoc, neque in Jeroſólymis adorábitis. Sed * Venit hora, & nunc eſt, quando † Veri adoratóres adorábunt Patrem in ſpíritu & veritáte. *Joan.* 4. 21. 23. ℣. Quò mihi multitúdinem victimárum, dicit Dóminus? Sánguinem agnórum & hircórum nólui. Mundi eſtóte, auférte malum cogitatiónum veſtrárum. *Iſai.* 1. 11. 16. * Venit hora. Glória. † Veri.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. c. Effúndam aquas ſuper ſitiéntem, & fluénta ſuper áridam: & germinábunt. *Iſai.* 44. 3. 4.

Oratio.

JEjúnia noſtra, quæſumus, Dómine, benígno favóre proſéquere; ut ſicut ab aliméntis abſtinémus in córpore, ita à vitiis jejunémus in mente; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *cap.* 8.

HAbeant præ óculis Sacerdótes, ut ſatisfáctio quam impónunt, non ſit tantùm ad novæ vitæ cuſtódiam, & infirmitátis medicaméntum, ſed étiam ad præteritórum peccatórum vindíctam & caſtigatiónem.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Qui bíberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in ætérnum; ſed aqua fiet in eo fons aquæ ſaliéntis in vitam ætérnam. *Joan.* 4. 13. 14.

Oratio.

JEjúnia noſtra, Dómine, propitius intuére; ut inter ſéculi túrbines conſtitúti, tuórum promiſſiónum ſublevémur ſolátio, & ætérnæ beatitúdinis múnere potiámur; Per.

SABBATO.

De libro Jóſüe.

Lectio j. *c.* 24. 14. *ad* 17.

NUnc ergo timéte Dóminum, & ſervíte ei perfécto corde atque veríſſimo: & auférte deos, quibus ſerviérunt patres veſtri in Meſopotámia & in Ægypto, ac ſervíte Dómino. Sin autem malum vobis videtur ut Dómino ſerviátis, óptio vobis datur: elígite hódie quod placet, cui ſervíre potiſſimùm debeátis, utrùm diis quibus ſerviérunt patres veſtri in Meſopotámia; an diis Amorrhæórum, in quorum terra habitátis: ego autem & domus mea ſerviémus Dómino: Reſpondítque pópulus, & ait: Abſit à nobis ut relinquámus Dóminum, & ſerviámus diis aliénis. Dóminus Deus noſter ipſe

& patres no-
Ægypti , de
s.
:rterit, 149.
v. 25. ad 31.
o Jóſue in die
k propóſuit pó-
ıtque judícia in
:quoque ómnia
rolúmine legis
t lápidem per-
ítque eum ſub-
ıæ erat in San-
.i : & dixit ad
m : En lapis iſte
:imónium quòd
verba Dómini
vobis : ne fortè
relítis, & men-
'eo veſtro. Di-
ılum, ſíngulos
ı ſuam. Et poſt
:ſt Jóſue filius
ómini, centum
rum : ſepelie-
ı finibus poſſeſ-
Thamnáthſare,
onte Ephraim,
i parte montis
que Iſraël Dó-
iébus Jóſue, &
longo vixérunt
Jóſue, & qui
ıia ópera Dó-
rat in Iſraël.
149.
vangélii ſecún-
ánnem.
:. 8. 1. ad 11.
ore; Jeſus per-
ntem *Olivéti :*
rum venit in
templum; & omnis pópulus venit ad eum; & ſedens docébat eos. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Enarr. in Pſal. 50. §. 8.

JUdæi ad Dóminum adúlteram mulíerem adduxérunt. In adultério, ínquiunt, hæc múlier deprehénſa eſt, Móyſes hujúſmodi lapidári juſſit, tu de illa quid cenſes? tanquam bicípiti muſcípulâ tentántes cápere ſapiéntiam Dei, ut ſi jubéret occídi, pérderet manſuetúdinis famam; ſi autem jubéret dimítti, incúrreret, tanquam reprehénſor legis, calúmniam. Quid ergo reſpóndit? Non ait: Occídite; non ait: Dimíttite; ſed ait: Qui ſe ſcit ſine peccáto eſſe, primus in illam lápidem jáciat. Juſta lex, quæ jubet adúlteram occídi; ſed hæc lex juſta miniſtros hábeat innocéntes. Atténditis quam addúcitis, atténdite & qui eſtis. Illi hoc audíto, unus poſt álterum diſceſſérunt. Remánſit adúltera & Dóminus, remánſit vulneráta & médicus, remánſit magna miſéria & magna miſericórdia. Adducéntes erubuérunt, nec véniam petivérunt: addúcta confúſa eſt, & ſanáta.

℟. Judæi dixérunt Jeſu: Magíſter, hæc múlier modò deprehénſa eſt in adultério. * Jeſus dixit: qui ſine peccáto eſt, primus in illam lápidem mittat. † Audiéntes autem,

unus poſt unum exíbant. *Joan.* 8. 4. 7. 9. ℣. Impii vénient in cogitatióne peccatórum ſuórum tímidi; & tradúcent illos ex advérſo iniquitátes ipſórum. *Sap.* 4. 20.* Jeſus dixit. Glória. † Audiéntes.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. g. Nemo te condemnávit? Nemo Dómine. Nec ego te condemnábo: vade, & jam ámpliùs noli peccáre. *Joan.* 8. 11.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut dígnitas humánæ conditiónis per immoderántiam ſauciáta, medicinális parſimóniæ ſtúdio reformétur; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *cap.* 9.

DOcet Eccléſia tantam eſſe divínæ munificéntiæ largitátem, ut non ſolùm pœnis ſponte à nobis pro vindicándo peccáto ſuſcéptis, aut Sacerdótis arbítrio pro menſúra delícti impóſitis; ſed étiam, quod máximum amóris arguméntum eſt, temporálibus flagéllis à Deo inflíctis, & à nobis patiénter tolerátis, apud Deum Patrem, per Chriſtum Jeſum ſatisfácere valeámus.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalterio.

Capitulum. 2. *Par.* 7 13. 14.

SI convérſus pópulus meus, ſuper quos invocátum eſt nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquiſíerit meam, & égerit pœni à viis ſuis péſſimis; exaúdiam de cœlo, & tius ero peccátis eórun

Hymnus, Jam ter qu

℣. Greſſus meos, 15

Ad Magníficat, *Ant* Cùm Dóminus Júdice táret, in diébus eórun bátur miſericórdiâ, & bat afflictórum gémit liberábat eos de cæde tium. *Judic.* 2. 18.

Oratio.

DEus, qui peccánti mas non vis perí culpas; cóntine quam mur iram, & quam pr ſuper nos effúnde e tiam; ut triſtítiâ noſtr téntiam in ſalútem fl operánte, gaúdium de ſericórdia cónſequi mur; Per Dóminum.

AD COMPLETORIU *in Pſalterio.*

DOMINICA *Quadrageſimæ.*

AD OFFICIUM NOCTU

Invitatorium, *Anti Pſalmi & ℣℣. ut in Pſa*

Hymnus, En tempus tábile, 148.

IN I. NOCTUR

Incipit liber Júdici

Lectio j. *c.* 1. 1.

POſt mortem Jóſ ſuluérunt filii Iſr minum, dicénte aſcéndet ante nos contr nanæum, & erit du

Dixítque Dóminus: Judas aſcéndet; ecce trádidi terram in manus ejus. Et ait Judas Simeóni fratri ſuo: Aſcénde mecum in ſortem meam, & pugna contra Chananǽum, ut & ego pergam tecum in ſortem tuam. Et ábiit cum eo Simeon. Aſcendítque Judas, & trádidit Dóminus Chananǽum ac Pherezǽum in manus eórum; & percuſſérunt in Bezec decem míllia virórum.

℟. Jóſue & Caleb conſtitúti ſunt indúcere fílios Iſraël in hereditátem.* Et Júdices ſínguli ſuo nómine, non avérſi ſunt à Dómino, ut ſit memória illórum in benedictióne. *Eccli.* 46. 10. 13. 14. ℣. Deus forte diſtríbuit pátribus noſtris terram Chánaan: & poſt hæc dedit Júdices uſque ad Sámuël prophétam. *Act.* 13. 19. 20. * Et Júdices.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 7.

INveneruntque Adoníbezec in Bezec, & pugnavérunt contra eum, ac percuſſérunt Chananǽum & Pherezǽum. Fugit autem Adoníbezec; quem perſecúti comprehendérunt, cæſis ſummitátibus mánuum ejus ac pedum. Dixítque Adoníbezec: Septuagínta reges, amputátis mánuum ac pedum ſummitátibus, colligébant ſub menſa mea cibórum relíquias; ſicut feci, ita réddidit mihi Deus. Adduxerúntque eum in Jeruſalem, & ibi mórtuus eſt.

℟. Defíciet me tempus enarrántem de Gédeon, Sámuël, & Prophétis, qui * Per fidem vicérunt regna, operáti ſunt juſtítiam. *Hebr.* 11. 32. 33. ℣. Illi viri miſericórdiæ ſunt, quorum pietátes non defuérunt: ſemen eórum, & glória eórum non derelinquétur. *Eccli.* 44. 10. 13.* Per fidem.

Lectio iij. *c.* 2. 11. *ad* 17.

FEcerúntque filii Iſraël malum in conſpéctu Dómini, & ſerviérunt Báalim. Ac dimiſérunt Dóminum Deum patrum ſuórum, qui edúxerat eos de terra Ægypti: & ſecúti ſunt deos aliénos, deóſque populórum qui habitábant in circúitu eórum, & adoravérunt eos; & ad iracúndiam concitavérunt Dóminum, dimitténtes eum, & ſerviéntes Baal & Aſtaroth. Iratúſque Dóminus contra Iſraël, trádidit eos in manus diripiéntium, qui cepérunt eos, & vendidérunt hóſtibus, qui habitábant per gyrum: nec potuérunt reſíſtere adverſáriis ſuis: ſed quocúnque pérgere voluiſſent, manus Dómini ſuper eos erat, ſicut locútus eſt, & jurávit eis; & vehementer afflícti ſunt. Suſcitavítque Dóminus Júdices qui liberárent eos de vaſtántium mánibus; ſed nec eos audíre voluérunt, fornicántes cum diis aliénis, & adorántes eos.

℟. Ceſſavérunt fortes in Iſraël, donec ſúrgeret Débbora,

ſúrgeret mater in Iſraël. * Nova bella elégit Dóminus, & † Portas hóſtium ipſe ſubvértit. *Judic.* 5. 7. 8. ℣. Infírma mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia; & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret. 1. *Cor.* 1. 27. 28. * Nova bella. Glória. † Portas.

IN II. NOCTURNO.

De Sermóne ſancti Basílii magni.

Homil. 1. *de Jejun. poſt init.*

Lectio iv.

MOyſen per jejúnium nóvimus in montem aſcendiſſe; neque enim áliter auſus eſſet vérticem fumántem adíre, atque in calíginem íngredi, niſi jejúnio munítus. Per jejúnium mandáta dígito Dei in tábulis conſcrípta ſuſcépit. Item ſupra montem, jejúnium legis feréndæ conciliátor fuit; inférius verò gula ad idololatríam dedúxit, ac contaminávit. [Sedit,] inquit, [pópulus manducáre & bíbere, & ſurrexérunt lúdere.] Quadragínta diérum labórem ac perſeverántiam, Dei ſervo contínuò jejunánte ac oránte, una tantùm pópuli ebríetas caſſam irritámque réddidit. Quas enim tábulas, Dei dígito conſcríptas, jejúnium accépit, has ebríetas contrívit; Prophétâ ſanctíſſimo indígnum exiſtimánte, vinoléntum pópulum à Deo legem accípere.

℟. Projícite, 146.

Lectio v.

UNo témporis mom[...] ob gulam pópulu[...] per máxima prodígia Dei [...]tum edóctus, in Ægypti[...] idololatríam turpíſſimè d[...]lútus eſt. Ex quo, ſi utrún[...] ſimul cónferas, vidére [...] jejúnium ad Deum dúc[...] delícias verò ſalútem pér[...] Quid Eſaü inquinávit, [...] vúmque fratris réddidit? [...]ne eſca una, cujus grátiâ [...]didit primogénita? Samu[...] verò nonne per jejúnium [...]tio largíta eſt matri? Quid [...]tíſſimum Samſónem ine[...]gnábilem réddidit? Anno[...] júnium, per quod in m[...] ventre concéptus eſt? J[...]nium concépit, jejúnium [...]trívit, jejúnium fortem [...]cit. Quod ſanè Angelus [...] præcépit, monens, quæ[...] que ex vite procéderen[...] attíngeret; non vinum, [...] síceram bíberet. Jejú[...] Prophétas génuit, poté[...] confírmat atque róborat.

℟. Quærite, 146.

Lectio vj.

JEjúnium legiſlatóres [...]piéntes facit. Animæ [...]ma cuſtódia, córporis ha[...]tio ſecúra, fórtibus viris [...]niméntum & arma, athlé[...] certántibus exercitátio. [...] proptérea tentatiónes pro[...]ſat, ad pietátem armat, [...] ſobrietáte hábitat, tempe[...]tiæ ópifex eſt. In bellis [...]túdinem affert, in pace [...]

:et. Nazaræum ſanctí-
cerdótem pérficit. Ne-
im fas eſt ſine jejúnio
um attíngere, non ſo-
myſtica nunc & vera
ratióne, ſed neque in
æ in figúra erat ſecún-
gem introdúcta. Jejú-
liam magnæ viſiónis
rem fecit; quadragínta
: diérum jejúnio cùm
purgáſſet, in ſpelúnca
, quantùm fas eſt hó-
Deum vidére. Móyſes
legem accípiens, íte-
únia ſecútus eſt. Nini-
iſi cum illis & bruta
ent, ruínæ minas ne-
m evaſíſſent.
leemóſyna, 147.

[I. Nocturno.

ancti Evangélii ſecún-
dùm Joánnem.
vij. *c. 6. 1. ad 15.*

tempore; Abiit Jeſus
mare Galilææ, quod
ríadis: & ſequebátur
ultitúdo magna, quia
t ſigna quæ faciébat
is qui infirmabántur.
ua.
ia ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
. *Evang. Tract.* 24.
§. 1.

ícula quæ fecit Dómi-
s noſter Jeſus Chri-
t quidem divína ópe-
intelligéndum Deum
ílibus ádmonent hu-
mentem. Quia enim
ſt talis ſubſtántia quæ
vidéri óculis poſſit, & mirácula ejus quibus totum mundum regit, univerſámque creatúram adminiſtrat, aſſiduitáte viluérunt, ita ut penè nemo dignétur atténdere ópera Dei mira & ſtupénda in quólibet ſéminis grano: ſecúndùm ipſam ſuam miſericórdiam ſervávit ſibi quædam, quæ fáceret opportúno témpore præter uſitátum curſum ordinémque natúræ, ut non majóra, ſed inſólita vidéndo ſtupérent, quibus quotidiána viluérant.

℞. Vir quidam venit déferens viro Dei vigínti panes hordeáceos, & dixit: Da pópulo, ut cómedat. Reſpóndit ei miníſter ejus: Quantum eſt hoc, ut appónam? Rurſum ille ait: Da pópulo: * Cómedent, & ſupérerit. *4. Reg. 4.* 42. 43. ℣. Dicit Jeſu Andréas: Eſt puer unus hìc, qui habet quinque panes hordeáceos, & duos piſces; ſed hæc quid ſunt inter tantos? *Joan. 6. 9.* * Cómedent. [*In Veſperis*, Glória Patri. * Cómedent.]

Lectio viij.

Majus enim miráculum eſt gubernátio totíus mundi, quàm ſaturátio quinque míllium hóminum de quinque pánibus; & tamen hæc nemo mirátur: illud mirántur hómines non quia majus eſt, ſed quia rarum eſt. Quis enim & nunc paſcit univérſum mundum, niſi ille qui

de paucis granis ſégetes creat? Fecit ergo quómodo Deus. Unde enim multíplicat de paucis granis ſégetes, inde in mánibus ſuis multiplicávit quinque panes. Potéſtas enim erat in mánibus Chriſti; panes autem illi quinqne, quaſi ſémina erant, non quidem terræ mandáta, ſed ab eo qui terram fecit multiplicáta.

℟. Diſcubuérunt viri quaſi quinque míllia. * Accépit Jeſus panes; & cùm grátias egíſſet, diſtríbuit díſcumbéntibus: & ex píſcibus quantùm volébant. *Joan.* 6. 10. 11. ℣. Memóriam fecit mirabílium ſuórum miſéricors & miſerátor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe. *Pſ.* 110. 4. * Accépit.

Lectio ix. §. 1. 2.

HOc ergo admótum eſt ſénſibus, quò erigerétur mens, & exhíbitum óculis ubi exercerétur intelléctus; ut invisíbilem Deum per viſibília ópera mirarémur, & eréćti ad fidem & purgáti per fidem, étiam ipſum inviſibíliter vidére cuperémus, quem de rebus viſibílibus invisíbilem noſcerémus. Nec tamen ſúfficit hæc intuéri in mirácúlis Chriſti. Interrogémus ipſa mirácula, quid nobis loquántur de Chriſto; habent enim, ſi intelligántur, linguam ſuam. Nam quia ipſe Chriſtus verbum Dei eſt, étiam factum Verbi, verbum nobis eſt.

℟. Manducavérun[t] & ſaturáti ſunt. * Et ſuſtulérunt relíquias [...] tórum, duódecim [...] plenos. *Marc.* 6. 42. 43 [...] medérunt, & ſupérf[...] verbum Dómini. 4. R[...] * Et diſcípuli. Glória [...] *tur* ℟. Manducavéru[nt]

AD LAUD[ES]

MATUTIN[AS]

℣. *Sacerdotalis*, [...] bo nomen tuum in [...]
℟. Quia miſericórdia [...] gna eſt ſuper me. *Pſ* [...] 13.

Pſalmi de Domi[nica]

Antiphona 3. *ton*[i]

DOmine non eſt [...] bus meis à fácie [...] rum meórum: quó[niam ini]quitátes meæ ſicut o[...] gravátæ ſunt ſuper m[e] 4. 5.

Ant. 4. E. Omnes [...] miſericórdia & vé[ritas ...] nunc, Dómine, ne [...] ſumas de peccátis [...] 3. 2. 3.

Ant. 6. F. Conv[erte ...] Dómine, & convér[...] tu Dóminus Deus [...] 31. 18.

Ant. 8. G. Poſtq[uam con]vertíſti me, egi pœni[tentiam ...] confúſus ſum, & er[...] 31. 19.

Ant. 2. D. Póſ[...] meam deprecári in [...] ſacco, & cínere: nu[nc] Deus, exaúdi oratió[nem] tui, & preces ejus. [...]

ulum. *Tob.* 13. 7. 8.
nvertímini, peccatóres,
fácite juſtítiam coram
credéntes quòd fáciat
ım miſericórdiam ſuam.
tem, & ánima mea in
ıo lætábimur.
mus, Audi, benígne,
. Miſerére, 150.
Benedíctus, *Ant.* 3. a.
ːtam de gente tua & de
ıs tuis ſicut me, ſuſci-
ɔi Dóminus Deus tuus:
ıúdies. *Deut.* 18. 15.

Oratio.

ncéde, quæſumus, om-
ɔotens Deus, ut qui ex
noſtræ actiónis afflí-
, tuæ grátiæ conſola-
eſpirémus; Per Dómi-
ɔſtrum Jeſum Chriſtum
tuum, qui tecum vivit
ıat in unitáte Spíritûs-
Deus.
HORAS, *Omnia ut ſu-*
147. *præter ſequentia.*
, Concéde, *ſuprà ad*
.

C A N O N.

Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. *cap.* 8.
ves Sacerdótum non
ſolvéndum duntáxat,
ıd ligándum concéſſas,
antíqui Patres & cre-
: docent.

V E S P E R A S.

iphona de Laudibus.
almi de Dominica.
um. Ezech. 16. 62. 63.
itábo *ego pactum*
m tecum; & ſcies
quia ego Dóminus, ut recor-
déris, & confundáris, & non
ſit tibi ultrà aperíre os præ
confuſióne tua, cùm placátus
tibi fúero in ómnibus quæ
fecíſti, ait Dóminus Deus.

℟. Vir quidam, *ſuprà*, 197.
Hymnus, Audi, benígne, 149.

℣. Greſſus meos dírige ſe-
cúndùm elóquium tuum;
℟. Et non dominétur meî om-
nis injuſtítia. *Pſ.* 118. 132.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.*
Illi hómines cùm vidíſſent
quòd Jeſus fécerat ſignum,
dicébant: Quia hic eſt verè
Prophéta, qui ventúrus eſt in
mundum. *Joan.* 6. 14.

AD COMPLETORIUM, *ut in Pſalterio.*

F E R I A S E C U N D A.

De libro Júdicum.

Lectio j. *c.* 2. 18. *ad fin.*

CItò deſeruérunt viam per quam ingréſſi fúerant patres eórum; & audiéntes mandáta Dómini, ómnia fecére contrária. Cúmque Dóminus Júdices ſuſcitáret, in diébus eórum flectebátur miſericórdiâ, & audiébat afflictórum gémitus; & liberábat eos de cæde vaſtántium. Poſtquam autem mórtuus eſſet Judex, revertebántur, & multò faciébant pejóra quàm fécerant patres eórum, ſequéntes deos aliénos, ſerviéntes eis, & adorántes illos. Non dimiſérunt adinventiónes ſuas, & viam duriſſimam per quam ambuláre conſuevérunt. Ira-

túſque eſt furor Dómini in Iſraël, & ait: Quia írritum fecit gens iſta pactum meum, quod pepígeram cum pátribus eórum, & vocem meam audíre contémpſit; & ego non delébo gentes quas dimíſit Jóſue, & mórtuus eſt; ut in ipſis expériar Iſraël, utrùm cuſtódiant viam Dómini, & ámbulent in ea, ſicut cuſtodiérunt patres eórum, an non. Dimíſit ergo Dóminus omnes natiónes has, & citò ſubvértere nóluit, nec trádidit in manus Jóſue.

℟. Non tardes, 148.

Lectio ij. *c.* 4. 1. *ad* 6.

ADdiderúntque fílii Iſraël fácere malum in conſpéctu Dómini poſt mortem Aod, & trádidit illos Dóminus in manus Jabin regis Chánaan, qui regnávit in Áſor: habuítque ducem exércitûs ſui nómine Síſaram, ipſe autem habitábat in Hároſeth géntium. Clamaverúntque fílii Iſraël ad Dóminum: nongéntos enim habébat falcátos currus, & per vigínti annos veheménter oppréſſerat eos. Erat autem Débbora prophétis uxor Lápidoth, quæ judicábat pópulum in illo témpore. Et ſedébat ſub palma quæ nómine illíus vocabátur, inter Rama & Bethel in monte Ephraïm, aſcendebántque ad eam fílii Iſraël in omne judícium. Quæ miſit & vocávit Barac fílium Abínoëm de Cedes Néphthali.

℟. Frange, 148.

Léctio ſancti Evangé[lii ſecun]dùm Joánne[m]

Lectio iij. *c.* 2. 13

IN illo témpore [prope] erat Paſcha Judæ[orum, &] aſcéndit Jeſus Jeroſ[olymam:] & invénit in templo [vendén]tes boves, & oves, [& colum]bas, & nummulários [ſedéntes.] Et cùm feciſſet quaſi [flagéllum] de funículis, omnes [ejécit de] templo, oves quoq[ue & bo]ves; & nummulari[orum effú]dit æs, & menſas [ſubvértit.] Et réliqua.

Homília ſancti Au[guſtíni] epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract.

QUid audívimus, [fratres?] Ecce templum i[llud figu]ra adhuc erat, & ej[écit inde] Dóminus omnes qui [ſua quæ]rébant, qui ad nún[dinas ve]nerant. Et quæ ibi v[endébant] illi? quæ opus habé[bant ho]mines in ſacrifíciis ill[íus tem]poris. Novit enim c[áritas ve]ſtra, quòd ſacrifícia il[li pópulo] pro ejus carnalitáte [et corde] adhuc lapídeo tália d[ata ſunt,] quibus teneretur ne [in idóla] deflúeret: & immol[ábant ibi] ſacrifícia, boves, ov[es, co]lúmbas. Noſtis, qui[a legiſtis.] Non ergo magnum pe[ccátum,] ſi hoc vendébant in [templo,] quod emebátur ut [offerrétur] in templo: & tamen ej[écit] illos. Quid ſi ibi ebr[ioſos in]veníret, quid fácere[t Domi]nus; ſi vendéntes ea [quæ li]cita ſunt, & contra

non ſunt, (quæ enim honéſtè emúntur, non illícitè vendúntur,) éxpulit tamen, & non eſt paſſus domum oratiónis fieri domum negotiatiónis?

℟. His qui colúmbas vendébant, dixit Jeſus: * Auférte iſta hinc, & † Nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis. *Joan.* 2. 16.

℣. Nunquid ergo ſpelúnca latrónum facta eſt domus iſta? Ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dóminus. *Jer.* 7. 11. * Auférte. Glória. † Nolíte.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. g. Viſitábo ſuper omnem, qui complent domum Dómini Dei ſui iniquitáte & dolo. *Sophon.* 1. 9.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut obſervatiónes ſacras ánnuâ devotióne recoléntes, & córpore tibi placeámus & mente; Per Dóminum noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 21. *de Confeſſione, &c.*

SAcérdos ſit diſcrétus & cautus, ut more períti médici ſuperinfúndat vinum & óleum vulnéribus ſauciáti; diligénter inquírens & peccatóris circunſtántias, & peccáti; per quas prudénter intélligat quale illi consílium débeat exhibére; & *cujúſmodi remédium adhibére; divérſis experiméntis* uténdo ad ſanándum ægrótum.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Omnes ejécit Jeſus de templo, oves quoque & boves. Recordáti ſunt verò diſcípuli ejus quia ſcriptum eſt: Zelus domûs tuæ comédit me. *Joan.* 2. 15. 17.

Oratio.

DEus, qui docuíſti, ſine te nos nihil poſſe fácere quod ſit tibi plácitum; tua nobis præſtet grátia, ut in his jejuniórum obſervántiis ſanctâ converſatióne tibi vivámus; Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

De libro Júdicum.

Lectio j. *c.* 4. 14. *ad* 17.

DIxítque Débbora ad Barac: Surge, hæc eſt enim dies, in qua trádidit Dóminus Síſaram in manus tuas: en ipſe ductor eſt tuus. Deſcéndit ítaque Barac de monte Thabor, & decem míllia pugnatórum cum eo. Perterruítque Dóminus Síſaram, & omnes currus ejus, univerſámque multitúdinem in ore gládii, ad conſpéctum Barac, in tantum, ut Síſara de curru desíliens, pédibus fúgeret; & Barac perſequerétur fugiéntes currus, & exércitum uſque ad Hároſeth géntium, & omnis hóſtium multitúdo uſque ad interneciónem cáderet. Síſara autem fúgiens pervénit ad tentórium Jahel uxóris Haber Cinæi. Erat enim

pax inter Jabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.

℟. Ne díxeris, 149.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 21.

EGréſſa ígitur Jahel in occúrſum Síſaræ, dixit ad eum: Intra ad me, dómine mi; intra, ne tímeas. Qui ingréſſus tabernáculum ejus, & opértus ab ea pállio, dixit ad eam: Da mihi, óbſecro, paúlulùm aquæ, quia sítio valde. Quæ apéruit utrem lactis, & dedit ei bíbere, & opéruit illum. Dixítque Síſara ad eam: Sta ante óſtium tabernáculi; & cùm vénerit áliquis intérrogans te, & dicens: Nunquid hìc eſt áliquis? Reſpondébis: Nullus eſt. Tulit ítaque Jahel uxor Haber clavum tabernáculi, aſſúmens páriter & málleum; & ingréſſa abſcónditè, & cum ſiléntio, póſuit ſupra tempus cápitis ejus clavum, percuſſúmque málleo defixit in cérebrum uſque ad terram; qui ſopórem morti conſócians defécit, & mórtuus eſt.

℟. Ne ſequáris, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 7. 14. *ad* 31.

IN illo témpore; Jam die feſto mediánte, aſcéndit Jeſus in templum, & docébat: & mirabántur Judæi, dicéntes: Quómodo hic lítteras ſcit, cùm non didícerit? Reſpóndit eis Jeſus, & dixit: Mea doctrína non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſ[tini] epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 29.

ILle qui latébat, docéba[t] palàm loquebátur, & tenebátur. Illud enim ut[…] ret, erat cauſa exémpli, [...] poteſtátis. Sed cùm doc[ebat] [mirabántur Judæi.] O[…] quidem, quantùm árbi[tror] mirabántur; ſed non o[…] convertebántur. Et und[e] mirátio? Quia multi nóv[erant] ubi natus, quemádm[odum] fúerit educátus; nunquam víderant lítteras diſcén[tem]; audiébant autem de leg[e] putántem, legis teſtim[onia] proferéntem, quæ nem[o] ſet proférre niſi legíſſet, [n]égere niſi lítteras didic[iſſet]: & ídeo mirabántur. Eóru[m au]tem admirátio Magíſtro eſt inſinuándæ áltiùs ve[ritatis] occáſio.

℟. Omnis ſapiéntia à [Dó]mino Deo eſt, & * Cu[m illo] fuit ſemper, & eſt ante æ[vum] & † Præbuit illam dilig[énti]ſe. *Eccli.* 1. 1. 10. ℣. Me[a do]ctrína non eſt mea, ſed [ejus] qui miſit me. *Joan.* 7 * Cum illo. Glória. † Pr[æbuit].

Ad Benedíctus, *Ant.* Quod juſtum eſt judicát[e …] accipiétis cujúſquam [perſó]nam, quia Dei judíciu[m eſt]. *Deut.* 1. 16. 17.

Oratio.

SAcræ nobis, quæſu[mus] Dómine, obſervatió[nis je]júnia, & piæ conver[…]

m, & tuæ propitia-
:inuum præſtent au-
er Dóminum.
A N O N.
ıcílio Lateranénſi
o œcuménico.
1215. *cap.* 21.
ıt omníno Sacérdos
erbo, vel ſigno, vel
is modo prodat ali-
peccatórem; ſed ſi
ri consílio indigúe-
abſque ulla expreſ-
ſónæ cautè requí-

gníficat, *Ant.* 8. G.*
licáre ſecúndùm fá-
juſtum judícium ju-
an. 7. 24.
Oratio.
em boni óperis te,
ıine, confiténtes de-
, ut quod de ſólita
ıs alimónia paupé-
gándo, fructum in
uplum à te fidéli re-
re recípere mereá-
: Dóminum.
A QUARTA.
libro Júdicum.
c. 6. 11. *ad* 15.
nit Angelus Dómi-
i, & ſedit ſub quercu
uæ erat in Ephra,
bat ad Joas patrem
:zri. Cúmque Gé-
ıs ejus excúteret at-
ıret fruménta in tor-
t fúgeret Mádian;
:i Angelus Dómini,
minus tecum, viró-
ſime. Dixítque ei
Gédeon: Obſecro, mi Dómine, ſi Dóminus nobíſcum eſt, cur apprehendérunt nos hæc ómnia? ubi ſunt mirabília ejus, quæ narravérunt patres noſtri, atque dixérunt: De Ægypto edúxit nos Dóminus? Nunc autem derelíquit nos Dóminus, & trádidit in manu Mádian. Reſpexítque ad eum Dóminus, & ait: Vade in hac fortitúdine tua, & liberábis Iſraël de manu Mádian: ſcito quòd míſerim te. Qui reſpóndens ait: Obſecro, mi Dómine, in quo liberábo Iſraël? ecce família mea ínfima eſt in Manáſſe, & ego mínimus in domo patris mei.

℟. Cùm avérterit, 149.

Lectio ij. *c.* 7. 19. *ad* 22.

INgréſſus eſt Gédeon, & trecénti viri qui erant cum eo, in partem caſtrórum, incipiéntibus vigíliis noctis médiæ, & cuſtódibus ſuſcitátis, cœpérunt búccinis clángere, & complódere inter ſe lagénas. Cúmque per gyrum caſtrórum in tribus perſonárent locis, & hydrias confregíſſent, tenuérunt ſiníſtris mánibus lámpades, & dextris ſonántes tubas, clamaverúntque: Gládius Dómini, & Gedeónis; ſtantes ſínguli in loco ſuo per circúitum caſtrórum hoſtílium. Omnia ítaque caſtra turbáta ſunt, & vociferántes ululantéſque fugérunt: & nihilóminus inſiſtébant trecénti viri búccinis perſonántes, Immiſítque Dó-

minus gládium in ómnibus caſtris, & mútuâ ſe cæde truncábant.

℞. Scimus, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 9. 1. *ad* 38.

IN illo témpore; Prætériens Jeſus vidit hóminem cæcum à nativitáte; & interrogavérunt eum diſcípuli ejus: Rabbi, quis peccávit, hic, aut paréntes ejus, ut cæcus naſcerétur? Reſpóndit Jeſus: Neque hic peccávit, neque paréntes ejus: ſed ut manifeſtentur ópera Dei in illo. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 44. §. 1.

GEnus humánum eſt iſte cæcus: hæc enim cæcitas cóntigit in primo hómine per peccátum, de quo omnes oríginem dúximus, non ſolùm mortis, ſed étiam iniquitátis. Si enim cæcitas eſt infidélitas, & illuminátio fides; quem fidélem quando venit Chriſtus invénit? quandóquidem Apóſtolus natus in gente Prophetárum dicit: [Fúimus & nos aliquándo natúrâ filii iræ, ſicut & céteri.] Si filii iræ, filii vindíctæ, filii pœnæ, filii gehénnæ. Quómodo natúrâ, niſi quia peccánte primo hómine, vítium pro natúra inolévit? Si vítium pro natúra inolévit, ſecúndùm mentem omnis homo cæcus natus eſt. Si enim videt, non opus habet ductóre; ſi opus habet ductóre & illuminatóre, cæcus eſt ergo à nativitáte.

℞. Expuit Jeſus in terram, fecit lutum, linívit ſuper óculos cæci, & dixit ei: * Vade, lava. † Abiit, & lavit, & venit videns. *Joan.* 9. 6. 7. ℣. Hæc dicit Dóminus Deus: Ducam cæcos in viam quam néſciunt: ponam ténebras coram eis in lucem. *Iſaiæ* 42. 5. 16. * Vade. Glória. † Abiit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. c. Dedi te in lucem géntium; ut aperíres óculos cæcórum, & edúceres de domo cárceris ſedéntes in ténebris. *Iſai.* 42. 6. 7.

Oratio.

DEus, qui & juſtis præmia meritórum, & peccatóribus per jejúnium véniam præbes, miſerére ſupplícibus tuis; ut reátûs noſtri conféſſio indulgéntiam váleat percípere delictórum; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 21.

QUi peccátum in pœnitentiáli judício ſibi detéctum præſúmpſerit reveláre, non ſolùm à ſacerdotáli offício deponéndum decérnimus; verùm étiam ad agéndam perpétuam pœniténtiam, in arctum monaſtérium detrudéndum.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. *irr.* A. A ſeculo non eſt audítum,

quia quis apéruit óculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non póterat fácere quidquam. *Joan. 9. 32. 33.*

Oratio.

Jejunántes áſpice, miſéricors Deus, & humiliátis placátus ignóſce; ut in oratiónis & jejuniórum obſervatióne miſericórdiam & vitam inveniámus ætérnam; Per.

FERIA QUINTA.

De libro Júdicum.

Lectio j.

c. 13. v. 1. ad 5. & v. 24. ad 25.

Rurſum filii Iſraël fecérunt malum in conſpéctu Dómini; qui trádidit eos in manus Philiſthinórum quadragínta annis. Erat autem quidam vir de Sáraa, & de ſtirpe Dan, nómine Mánue, habens uxórem ſtérilem. Cui appáruit Angelus Dómini, & dixit ad eam: Stérilis es, & abſque líberis; ſed concípies & páries filium: cave ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immúndum quidquam cómedas, quia concípies & páries filium, cujus non tanget caput novácula; erit enim Nazaræus Dei ab infántia ſua, & ex matris útero, & ipſe incípiet liberáre Iſraël de manu Philiſthinórum.... Péperit ítaque filium, & vocávit nomen ejus Samſon. Crevítque puer, & benedíxit ei Dóminus, cœpítque ſpíritus Dómini eſſe cum eo.

℟. *Non tardes, 148.*

Lectio ij. c. 16. 15. ad 20.

Dixit ad eum Dálila: Quómodo dicis quòd amas me, cùm ánimus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentítus es mihi, & noluíſti dícere in quo ſit máxima fortitúdo tua. Cúmque moléſta eſſet ei, & per multos dies júgiter adhæréret, ſpátium ad quiétem non tribuens, defécit ánima ejus, & ad mortem uſque laſſáta eſt. Tunc apériens veritátem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam aſcéndit ſuper caput meum, quia Nazaræus, id eſt, conſecrátus Deo ſum de útero matris meæ: ſi raſum fúerit caput meum, recédet à me fortitúdo mea, & defíciam, erōque ſicut céteri hómines. Vidénſque illa quòd conféſſus ei eſſet omnem ánimum ſuum, miſit ad príncipes Philiſthinórum ac mandávit: Aſcéndite adhuc ſemel, quia nunc mihi apéruit cor ſuum. Qui aſcendérunt, aſſúmptâ pecúniâ quam promíſerant. At illa dormíre eum fecit ſuper génua ſua, & in ſinu ſuo reclináre caput. Vocavítque tonſórem, & raſit ſeptem crines ejus, & cœpit abígere eum, & à ſe repéllere; ſtatim enim ab eo fortitúdo diſceſſit; dixítque: Philíſthiim ſuper te, Samſon. Qui de ſomno conſúrgens, dixit in ánimo ſuo: Egrédiar ſicut antè feci, & me excútiam; néſciens quòd receſſiſſet ab eo Dóminus.

℟. Frange, 148.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 7. 11. *ad* 16.

IN illo témpore; Ibat Jeſus in civitátem, quæ vocátur Naïm; & ibant cum eo diſcípuli ejus, & turba copióſa. Cùm autem appropinquáret portæ civitátis, ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris ſuæ. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 5. §. 91. 92.

REdditur filius matri, revocátur à túmulo, erípitur à ſepúlcro. Quis iſte eſt túmulus tuus, niſi mali mores? Túmulus tuus perfídia eſt? ſepúlcrum tuum guttur eſt: [Sepúlcrum enim patens eſt guttur eórum;] unde verba mórtua proferúntur. Ab hoc ſepúlcro te líberat Chriſtus; ab hoc túmulo reſúrges, ſi aúdias verbum Dei. Et ſi grave peccátum eſt quod pœniténtiæ tuæ lácrymis ipſe laváre non poſſis, fleat pro te mater Eccléſia, quæ pro ſíngulis tanquam pro únicis filiis vídua mater intérvenit; compátitur enim quodam ſpiritáli dolóre natúræ, cùm ſuos líberos lethálibus vítiis ad mortem cernit urgéri.

℟. Defúnctus efferebátur fílius únicus matris ſuæ: & hæc vídua erat; quam cùm vidiſſet * Dóminus, miſericórdiâ motus ſuper eam, † Dixit illi: Noli flere. *Luc.* 7. 12. 13. ℣. Non deſpíciet Dómi[ni] víduam, ſi effúndat loqué[lam] gémitûs. *Eccli.* 35. 17. *[Dó]minus. Glória. † Dixit illi.

Ad Benedíctus, *Ant.* [...] Clamávit ad Dóminum El[ias] & reverſa eſt ánima púeri [in]trà eum, & revíxit: & [...] púerum trádidit matri [...] 3. *Reg.* 17. 21. 22. 23.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, o[mni]potens Deus, ut quo[s je]júnia votíva caſtígant, [ipſa] quoque devótio ſancta l[æti]cet; ut terrénis affectibus [mi]tigátis, facíliùs cœléſtia [ca]piámus; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Cantuarié[nſi] *Circa an.* 1236. *cap.* [...]

COnfeſſiónes mulieru[m au]diántur extra velum [et] in propátulo..... Mone[ant] étiam láici ſtatim in prin[cipio] Quadragéſimæ· confitéri [et] citò ſemper poſt lapſum [...] peccátum póndere ſuo [trahit] ad áliud.

Ad Magníficat, *Ant.* [...] Tétigit lóculum Jeſus, [...] Adoléſcens, tibi dico, S[urge.] Et reſédit qui erat mórt[uus,] & cœpit loqui. Et dedit [illum] matri ſuæ. *Luc.* 7. 14. 15.

Oratio.

TRíbue, quæſumus, [Do]mine, ſic nos per [absti]néntiam coercére carnis [ille]cebras, ut ad cœléſtia con[tem]plánda reddámur apti[ores.] Per Dóminum.

RIA SEXTA.
›e libro Júdicum.
j. *c.* 16. 21. *ad* 25.
.mſon cùm apprehen-
iſſent Philíſtiim, ſtatim
ruérunt óculos ejus, &
nt Gazam vinctum ca-
& clauſum in cárcere
fecérunt. Jamque ca-
.ıs renáſci cœperant, &
es Philiſtinórum con-
nt in unum ut immolá-
ſtias magníficas Dagon
›, & epularéntur, di-
: Trádidit Deus noſter
ım noſtrum Samſon in
noſtras. Quod étiam pó-
ridens, laudábat Deum
, eadémque dicébat:
it Deus noſter adver-
noſtrum in manus no-
]ui delévit terram no-
& occídit plúrimos. Læ-
|ue per convívia, ſump-
épulis, præcepérunt ut
tur Samſon, & ante eos
:.
Ne díxeris, 149.
ij. *v.* 25. *ad* 30.
'i addúctus de cárcere
ıdébat ante eos, fece-
e eum ſtare inter duas
ıas. Qui dixit púero re-
greſſus ſuos: Dimítte
: tangam colúmnas qui-
ınis ímminet domus, &
r ſuper eas, & paúlu-
quiéſcam. Domus au-
ıt plena virórum ac mu-
, & erant ibi omnes
es Philiſtinórum, ac de
r *ſolário círciter* tria

míllia utriúſque ſexûs ſpectántes ludéntem Samſon. At ille invocáto Dómino, ait: Dómine Deus, meménto meî, & redde mihi nunc fortitúdinem prîſtinam, Deus meus, ut ulcíſcar me de hóſtibus meis, & pro amiſſióne duórum lúminum unam ultiónem recípiam. Et apprehéndens ambas colúmnas quibus innitebátur domus, alterámque eárum déxterâ, & álteram lævâ tenens, ait: Moriátur ánima mea cum Philíſtiim. Concuſsíſque fórtiter colúmnis, cécidit domus ſuper omnes príncipes, & céteram multitúdinem quæ ibi erat: multóque plures interfécit móriens, quàm antè vivus occíderat.

℟. Ne ſequáris, 149.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 11. 1. *ad* 45.

IN illo témpore; Erat quidam languens Lázarus à Bethánia, de caſtéllo Maríæ, & Marthæ ſorória ejus. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 98. *de Verbis Evang.* §. 6.
Aliàs Serm. 44. *de Verb. Dom.*

VIdéte genus reſuſcitatiónis. Procéſſit de monuménto vivus, & ambuláre non póterat. Et Dóminus ad diſcípulos: [Sólvite eum, & ſínite abíre.] Ille ſuſcitávit mórtuum, illi ſolvérunt ligátum. Aliquid pertinère vidète

própriam majeſtátem Dei ſuſcitántis. Increpátur áliquis in mala conſuetúdine póſitus, verbo veritátis. Quàm multi increpántur, & non aúdiunt! Quis ergo agit intus cum illo qui audit? Quis vitam inſpírat intrínſecùs? Quis eſt qui ſecrétam pellit mortem, ſecrétam dat vitam? Nonne poſt objurgatiónes, poſt increpatiónes dimittúntur hómines cogitatiónibus ſuis, & incípiunt ſecum vólvere quàm malam vitam gerant, quàm péſſimâ conſuetúdine premántur? Deínde diſplicéntes ſibi, mutáre vitam inſtítuunt. Reſurrexérunt iſti; revixérunt quibus diſplicet quod fuérunt: ſed reviviſcéntes ambuláre non poſſunt. Hæc ſunt víncula ipsíus reátûs. Opus eſt ergo ut qui revíxit, ſolvátur, & ire permittátur. Hoc offícium diſcípulis dedit, quibus ait: [Quæ ſolvéritis in terra, ſolúta ſunt & in cœlo.]

℟. Ego ſum reſurréctio & vita: * Qui credit in me, etiámſi mórtuus fúerit, vivet: & † Qui vivit, & credit in me, non moriétur in ætérnum. *Joan.* 11. 25. 26. ℣. Edúcam vos de ſepúlcris veſtris; & ſciétis quia ego Dóminus. *Ezech.* 37. 12. 13. * Qui credit. Glória. † Qui vivit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. c. Dóminus mortíficat & vivíficat, dedúcit ad ínferos & redúcit. 1. *Reg.* 2. 6.

Oratio.

DEus, qui ineff
mundum rénova
méntis; præſta, qua
ut Eccléſia tua & ætér
fíciat inſtitútis, & ter
bus non deſtituátur a
Per Dóminum.

C A N O N
Ex Concílio Trec
An. 1459. *lib.* 2. *t*

COnfeſſiónes aúdi
cerdótes in Eccl
non álibi, niſi in nec
aut in tali loco quo po
déri commúniter ab ó

Ad Magníficat, *A*
Voce magnâ clamávi
Lázare, veni foràs. E
pródiit qui fúerat n
Joan. 11. 43. 44.

Oratio.

TE ſúpplices exc
Dómine, ut jeju
obſervatióne caſtigáti
peccatórum néxibus
mur, & ætérnæ vitæ re
felicitáti; Per Dómin

S A B B A T
Incipit liber R
Lectio j. *c.*1. *v.*1. *ad* 8.

IN diébus uníus
quando Júdices pr
facta eſt fames in
Abiítque hómo de Bé
Juda, ut peregrinarét
gióne Moabítide, cu
ſua ac duóbus líberis.
cabátur Elímelech,
ejus Noémi; & duo fi
Máhalon, & alter C
Ephratæi de Bethleh

ie regiónem Moabí-
norabántur ibi. Et
eſt Elímelech marí-
ıi ; remansítque ipſa
s. Qui accepérunt
oabítidas , quarum
oátur Orpha, áltera
ı. Manſerúntque ibi
nis, & ambo mórtui
ihalon vidélicet &
remansítque múlier
óbus líberis ac marí-
réxit ut in pátriam
cum utráque nuru
regióne Moabítide ;
nim quòd reſpexíſſet
pópulum ſuum , &
is eſcas. Egréſſa eſt
loco peregrinatió-
cum utráque nuru :
via reverténdi póſita
Juda , dixit ad eas :
num matris veſtræ ,
íſcum Dóminus mi-
m.... Orpha oſculáta
ı , ac revérſa eſt :
æſit ſócrui ſuæ.
ı avérterit, 149.
c. 4. 13. *ad* 19.
itaque Booz Ruth,
cépit uxórem : in-
eſt ad eam, & dedit
nus ut concíperet,
filium. Dixerúntque
ıd Noémi : Benedí-
inus, qui non eſt paſ-
ceret ſuccéſſor famí-
& vocarétur nomen
raël : Et hábeas qui
r ánimam tuam, &
eneƈtútem : de nuru
atus eſt, quæ te díli-
erna.

git ; & multò tibi mélior eſt, quàm ſi ſeptem habéres filios. Suſceptúmque Noémi púerum póſuit in ſinu ſuo, & nutrícis ac gérulæ fungebátur offício. Vicínæ autem mulíeres congratulántes ei, & dicéntes : Natus eſt fílius Noémi ; vocavérunt nomen ejus Obed : hic eſt pater Iſaï, patris David.

℟. Scimus, 149.

Léƈtio ſanƈti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Leƈtio iij. *c.* 8. 12. *ad* 20.

IN illo témpore ; Locútus eſt Jeſus Scribis & Phariſæis, dicens : Ego ſum lux mundi : qui ſequitur me, non ámbulat in ténebris, ſed habébit lumen vitæ. Et réliqua.

Homília ſanƈti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Traƈt. 34. §. 2. 3. 7.

NOn eſt Dóminus Chriſtus ſol faƈtus, ſed per quem ſol faƈtus eſt. [Omnia enim per ipſum faƈta ſunt, & ſine ipſo faƈtum eſt nihil.] Eſt ergo lux, quæ fecit hanc lucem : hanc amémus, hanc intellígere cupiámus, ipſam ſitiámus ; ut ad ipſam duce ipsâ aliquándo veniámus, & in illa ita vivámus, ut nunquam omníno moriámur ... [Qui me,] inquit, [ſéquitur, non ambulábit in ténebris, ſed habébit lumen vitæ.] Qui ſéquitur, habébit. Modò ſéquitur, pòſt habébit : modò ſéquitur per fidem, pòſt habébit per ſpéciem.

℟. Locútus eſt Jeſus : Ego ſum lux mundi : * Qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris, ſed † Habébit lumen vitæ. *Joan.* 8. 12. ℣. In me grátia omnis viæ & veritátis : in me omnis ſpes vitæ & virtútis. *Eccli.* 24. 35. * Qui ſéquitur. Glória. † Habébit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. *a.* Locútus eſt Jeſus docens in templo : & nemo apprehéndit eum, quia necdum vénerat hora ejus. *Joan.* 8. 20.

Oratio.

FIat, Dómine, quæſumus, per grátiam tuam fructuóſus noſtræ devotiónis afféctus; quia tunc nobis próderunt ſuſcépta jejúnia, ſi tuæ ſint plácita pietáti; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *cap.* 6. *de adminiſt. Sacram. Pœnit.*

SAcerdótes niſi ex cauſa neceſſária mulíeres ante ſolis ortum, vel poſt ejus occáſum, confiténtes ne aúdiant. Neve in cellis, ſed públicè in Ecclέſia, in ſédibus in quibus tabélla omníno inter confitέntem & pœnitέntem interjécta ſit.

AD VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi de Pſalterio.

Capitulum. Levit. 23. 4. 5. 6.

HÆ ſunt fériæ Dómini ſanctæ, quas celebráre debétis tempóribus ſuis. Menſe primo, quartâ déci menſis ad véſperum Dómini eſt; & quintâ die menſis hujus, ſol azymórum Dómini e

Hymnus, Vexílla reg

℣. Captábunt, 220.

Ad Magníficat, *A* Malè tractavérunt illu à ventre matris con eſt prophéta, evértere rum ædificáre, & re *Eccli.* 49. 9.

Oratio.

DEus, qui nos ad le myſtérium jej ſervatióne inſtítuis; d ſumus, ut quantò ma ſalutíferæ feſtivitátis a tantò purióribus ánim lebrándam Unigéniti ſiónem præparémur; I dem Dóminum.

AD COMPLETORIU *Pſalterio.*

DOMINI

Paſſionis Domin

AD OFFICIUM NOCT

Invitatorium, Fili minis tradéndum in hóminum, * Veníte, mus. *Matt.* 17. 21.

Pſalmus, Veníte,

In cujus fine non Glória Patri; *ſed e ſemel repetitur Invit ab initio.*

[*Et ſic deinceps u Paſcha in Officio de Te*

Hymnus, Lugéte,

Antiphona & Pſal Pſalterio.

me de manu ini-
eórum, ℟. Et à
ıus me. *Pſ.* 30. 16.
NOCTURNO.
iber Jeremíæ
ophétæ.
c. 1. 1. *ad* 8.
a Jeremíæ fílii
ciæ de ſacerdóti-
qui fuérunt in
n terra Bénjamin.
n eſt verbum Dó-
n in diébus Josíæ
egis Juda, in tér-
anno regni ejus.
ſt in diébus Jóa-
íæ regis Juda, uſ-
ummatiónem un-
Sedéciæ fílii Josíæ
uſque ad tranſmi-
erúſalem, in men-
t factum eſt ver-
ii ad me, dicens:
te formárem in
i te; & ántequam
ulva, ſanctificávi
hétam in géntibus
ixi: A, a, a, Dó-
ecce néſcio loqui,
ego ſum. Et dixit
d me: Noli dice-
um: quóniam ad
e mittam te, ibis;
, quæcúnque man-
, loquéris. Ne tí-
e eórum; quia te-
m, ut éruam te,
nus Deus. Hæc
us Deus: Conver-
e, & ſalvi éritis.
Dóminus ad Móy-
i primo, quartâ

décimâ die menſis, Phaſe Dómini erit; * Offeretíſque hircum pro peccáto unum, ut expiétur pro vobis. *Num.* 28. 16. 19. 22. ℣. Dixit Cáiphas Pontifícibus & Phariſæis: Expedit vobis ut unus moriátur homo pro pópulo. *Joan.* 11. 49. 50.* Offeretíſque.

Lectio ij. *c.* 2. 5. *ad* 9.

HÆc dicit Dóminus: Quid invenérunt patres veſtri in me iniquitátis, quia elongavérunt à me, & ambulavérunt poſt vanitátem, & vani facti ſunt? Et non dixérunt: Ubi eſt Dóminus, qui aſcéndere nos fecit de terra Ægypti, qui tradúxit nos per deſértum, per terram inhabitábilem & ínviam, per terram ſitis, & imáginem mortis, per terram in qua non ambulávit vir, neque habitávit homo? Et indúxi vos in terram Carméli, ut comederétis fructum ejus, & óptima illíus: & ingréſſi contamináſtis terram meam, & hereditátem meam poſuíſtis in abominatiónem. Sacerdótes non dixérunt: Ubi eſt Dóminus? & tenéntes legem neſciérunt me, & paſtóres prævaricáti ſunt in me, & prophétæ prophetavérunt in Baal, & idóla ſecúti ſunt. Proptérea adhuc judício conténdam vobíſcum, ait Dóminus, & cum fíliis veſtris diſceptábo. Hæc dicit, &c.

℟. Sument fílii Iſraël
ſánguine agni, ac ponent

utrúmque poſtem, & in ſuperliminàribus domórum. * Erit autem ſanguis in ſignum, nec erit plaga diſpérdens. *Exod.* 12. 7. 13. ℣. Juſtificáti in ſánguine Chriſti, ſalvi érimus ab ira per ipſum. *Rom.* 5. 9.* Erit.

Lectio iij. *v.* 10. *ad* 17.

TRanſíte ad ínſulas Cethim, & vidéte: & in Cedar míttite, & conſideráte veheménter: & vidéte ſi factum eſt hujuſcémodi. Si mutávit gens deos ſuos, & certè ipſi non ſunt dii: pópulus verò meus mutávit glóriam ſuam in idólum. Obſtupéſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolámini veheménter, dicit Dóminus. Duo enim mala fecit pópulus meus: Me dereliquérunt fontem aquæ vivæ, & fodérunt ſibi ciſtérnas, ciſtérnas diſſipátas, quæ continére non valent aquas. Nunquid ſervus eſt Iſraël, aut vernáculus? quare ergo factus eſt in prædam? Super eum rugiérunt leónes, & dedérunt vocem ſuam, poſuérunt terram ejus in ſolitúdinem; civitátes ejus exúſtæ ſunt, & non eſt qui hábitet in eis. Fílii quoque Memphéos & Taphnes conſtupravérunt te uſque ad vérticem. Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquíſti Dóminum Deum tuum eo témpore, quo ducébat te per viam? Hæc dicit, &c.

℟. Fílius hóminis tradétur Princípibus Sacerdótum, & damnábunt eum morte; & tradent eum géntibus: * Illúdent ei, & cónſpuent eum, & flagellábunt eum, & interficient eum. *Marc.* 10. 33. 34. ℣. Ad occiſiónem ducétur, & non apériet os ſuum. *Iſai.* 53. 7. * Illúdent.

Non dicitur Glória Patri; *ſed repetitur* ℟. Fílius hóminis, *uſque ad* ℣.

¶ *Sic deinceps uſque ad Paſcha in Officio de Tempore tam ad Nocturna quàm ad Veſperas*, *omittitur* Glória Patri, *in Reſponſoriis; & ejus loco repetitur* ℟. *ab initio.*]

IN II. NOCTURNO.

℣. In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me: ℟. Impropérium expectávit cor meum, & miſériam. *Pſ.* 68. 12.

Sermo ſancti Leónis papæ.

Serm. 9. *de Quadrag.*

Lectio iv.

IN ómnibus, dilectíſſimi, ſolemnitátibus Chriſtiánis, non ignorámus Paſchále Sacraméntum eſſe præcípuum. Cui condígnè & cóngruè ſuſcipiéndo, totíus quidem nos témporis inſtitúta præfórmant; ſed devotiónem noſtram præſéntes vel máximè dies éxigunt, quos ſublimíſſimo divínæ miſericórdiæ ſacraménto ſcimus eſſe contíguos. In quibus méritò à ſanctis Apóſtolis per doctrínam Spíritûs-ſancti majóra ſunt ordináta jejúnia, ut per con-

múne conſórtium crucis Chriſti, étiam nos áliquid in eo, quod propter nos geſſit, agerémus; ſicut Apóſtolus ait: [Si compátimur, & conglorificábimur.] Certa atque ſecúra eſt expectátio promiſſæ beatitúdinis, ubi eſt participátio Domínicæ Paſſiónis. Tu autem Dómine, &c.

℟. Deus meus es tu: * Ne diſcéſſeris à me, quóniam tribulátio próxima eſt, quóniam non eſt qui ádjuvet. *Pſ.* 21. 11. 12. ℣. Venit hora: Ecce Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. *Marc.* 14. 41. * Ne diſcéſſeris.

Lectio v.

NEmo eſt, dilectiſſimi, cui per conditiónem témporis ſocíetas hujus glóriæ denegétur, tanquam tranquíllitas pacis vácua ſit occaſióne virtútis. Apóſtolus enim prædicat, dicens: [Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto, perſecutiónem patiéntur:] & ideo nunquam deeſt tribulátio perſecutiónis, ſi nunquam deſit obſervántia pietátis: Dóminus enim in exhortatiónibus ſuis dicit: [Qui non áccipit crucem ſuam, & ſéquitur me, non eſt me dignus.] Nec dubitáre debémus, hanc vocem non ſolùm ad diſcípulos Chriſti, ſed ad cunctos fidéles, totámque Eccléſiam pertinére, quæ ſalutáre ſuum in iis, *qui áderant, univerſáliter audiébat.*

℟. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me; * Ad defenſiónem meam cónſpice. *Pſ.* 21. 20. ℣. Nunc ánima mea turbáta eſt: Pater, ſalvífica me. *Joan.* 12. 27. * Ad defenſiónem.

Lectio vj.

SIcut ergo totíus eſt témporis piè vívere; ita totíus eſt témporis crucem ferre: quæ méritò unicuíque ſua dícitur, quia própriis modis atque menſúris ab unoquóque tolerátur. Unum nomen eſt perſecutiónis, ſed non una eſt cauſa certáminis: & plùs plerúmque perículi eſt in inſidiatóre occúlto, quàm in hoſte maniféſto. Beátus Job alternántibus bonis ac malis mundi hujus erudítus, piè veracitérque dicébat: [Nonne tentátio eſt vita hóminis ſuper terram?] Quóniam non ſolis dolóribus córporis atque ſupplíciis ánima fidélis impétitur; verùm étiam, ſalvâ incolumitáte membrórum, gravi morbo urgétur, ſi carnis voluptáte mollítur. Sed cùm caro concupíſcit advérsùs ſpíritum, & ſpíritus advérsùs carnem, præsídio crucis mens rationális inſtrúitur; nec cupiditátibus nóxiis illécta conſéntit, quóniam continéntiæ clavis & Dei timóre transfigitur.

℟. Hóſtias & oblatiónes pro peccáto noluíſti; tunc dixi: * Ecce vénio, ut fáciam, Deus, voluntátem tuam.

Hebr. 10. 8. 9. ℣. Parátus ſum, & non ſum turbátus, ut cuſtódiam mandáta tua. *Pſ.* 118. 60. * Ecce vénio. *Repetitur* ℟. Hóſtias.

IN III. NOCTURNO.

℣. Cogitavérunt ſupplantáre greſſus meos, ℟. Abſcondérunt ſupérbi láqueum mihi. *Pſ.* 139. 6.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 8. 46. *ad fin.*

IN illo témpore; Dixit Jeſus turbis Judæórum: Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non eſtis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 18. *in Evang. hab. in Baſil. S. Petri, Dom. in Paſſione.*

PEnſáte, fratres cariſſimi, manſuetúdinem Dei. Relaxáre peccáta vénerat, & dicébat: [Quis ex vobis árguet me de peccáto?] Non dedignátur ex ratióne oſténdere ſe peccatórem non eſſe, qui ex virtúte divinitátis póterat peccatóres juſtificáre. Sed terríbile eſt valde quod ſúbditur: [Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non eſtis.] Si enim ipſe verba Dei audit qui ex Deo eſt, & audíre verba ejus non poteſt quiſ[...] illo non eſt; intérr[...] unuſquiſque ſi verba aure cordis pércipit, & [...]get unde ſit. Cœléſt[...]triam deſideráre Vérit[...] carnis deſidéria cónteri[...]di glóriam declináre non appétere, próprii[...] Penſet ergo apud ſe u[...]que veſtrûm, ſi hæc vo[...] cordis ejus aure conv[...] quia jam ex Deo ſit, a[...]

℟. Quis ex vobis [...] me de peccáto? * Si [...]tem dico vobis, qu[...] créditis mihi? *Joan.* ℣. Quare detraxiſtis ſ[...]bus veritátis, cùm [...] nullus ſit qui poſſit [...] me? *Job* 6. 25.* Si ve[...] [*Ad Veſperas, repetitur* [...] ex vobis.]

Lectio viij. *Poſt* [...]

EGo dæmónium [...]beo:] In quibu[...] quid áliud niſi ſupérbi[...] confúnditur? Quæ ſi[...]ta vel léviter fúerit, [...]res injúrias reddit, q[...] céperit: facit mala qua[...]minátur & quæ fácere [...]teſt. Ecce injúriam ſ[...] Dóminus non iráſcit[...] contumelióſa verba [...]det. Qui ſi eiſdem iſt[...]tibus reſpondére v[...] Dæmónium vos habé[...]rum profécto díceret niſi impléti eſſent dæ[...] tam pervérſa de D[...] non poſſent. Sed aç[...]

tiam quod verum erat,
Véritas nóluit; ne non
reritátem, ſed provo-
:ontuméliam reddidíſſe
ur. Ex qua re quid no-
úitur, niſi ut eo tém-
to à próximis ex falſi-
ntumélias accípimus,
étiam vera mala taceá-
ne miniſtérium juſtæ
iónis, in arma vertá-
:óris?
)ui ex Deo eſt, verba
dit. * Proptérea vos
lítis, quia ex Deo non
oan. 8.47. ℣. Miſit Dó-
ad vos omnes ſervos
ophétas; & non audí-
r. 25. 4. * Proptérea.

Lectio ix.

uia quiſquis Dei zelo
ır, ſæpe à pravis ho-
dehoneſtátur, in ſe-
nobis Dóminus pa-
præbuit exémplum,
[Sed honoríſico Pa-
ieum, & vos inhono-
e.] Sed quid nobis ad
ndum ſit, adhuc exém-
ádmonet, cùm ſub-
Ego autem non quæro
meam: eſt qui quæ-
údicet.] Scimus certè,
riptum eſt: [Quia Pa-
ıe judícium dedit Fi-
t tamen ecce idem Fí-
úrias accípiens, gló-
m non quærit. Illátas
élias, Patris judício
; ut nobis proféctò in-
quantùm nos eſſe pa-
debémus, dum ſe ad-

huc ulcíſci non vult & ipſe qui júdicat.

℟. Judæi dixérunt Jeſu: Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu, & dæmónium habes? Reſpóndit Jeſus: * Ego dæmónium non hábeo, ſed honoríſico Patrem meum. *Joan.* 8. 48. 49. ℣. Inſurrexíſtis ſuper me ore veſtro, & derogáſtis advérsùm me verba veſtra. *Ezech.* 35. 13. * Ego dæmónium. *Repetitur* ℟. Judæi dixérunt.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudans invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17. 4.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 4. *toni.* E.

QUem conteſtábor ut aúdiat? Ecce incircuncíſæ aures eórum, & audíre non poſſunt. *Jer.* 6. 10.

Ant. 6. F. Ecce verbum Dómini factum eſt eis in oppróbrium: idcírco laborávi ſúſtinens. *Jer.* 6. 10. 11.

Ant. 8. G. Omnes ſubſannant me, Dómine, quia jam olim loquor, vocíferans iniquitátem. *Jer.* 20. 7. 8.

Ant. 7. b. Dixérunt: Veníte, percutiámus eum linguâ, & non attendámus ad univérſos ſermónes ejus. *Jer.* 18. 18.

Ant. 4. *irr.* A. Vidíſti Dómine, omnem furórem, univérſas cogitatiónes eórum advérsùm me. *Thren.* 3. 60.

Capitulum. *Jer.* 20. 10. 11.

AUdívi contumélias multórum, & terrórem in circúitu: Perſequímini, & perſequámur eum: ab ómnibus viris qui erant pacífici mei, & cuſtodiéntes latus meum: ſi quo modo decipiátur, & prævaleámus adversùs eum, & conſequámur ultiónem ex eo: Dóminus autem mecum quaſi bellátor fortis.

Hymnus, Crucis tremens,

℣. Inténde, *infrà*, 218.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Quis eſt adverſárius meus? accédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus; quis eſt qui condémnet me? *Iſai.* 50. 8. 9.

Oratio.

QUæſumus, omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réſpice; ut te largiénte regátur in córpore, & te ſervánte cuſtodiátur in mente; Per Dóminum.

Ad Primam, *Ant.* Quem conteſtábor.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui paſſus es pro nobis. 1. *Petr.* 2. 21. *Non dicitur* Glória Patri; *ſed repetitur* ℟. *breve ab initio.* [*Et ſic deinceps uſque ad Feriam V. in Cœna Domini, in* ℟.℟.℟. *brevibus ad omnes Horas.*]

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi. *An.* 816. *cap.* 37.

POeniténtium cauſæ penſándæ ſunt; & tunc ligándi atque ſolvéndi potéſtas ex[...]

cénda. Vidéndum eſt [...]
pa præcéſſerit, aut qua[...]
niténtia ſecúta poſt c[...]
ut quos omnípotens D[...]
compunctiónis grátia[...]
tat, illos Paſtóris ſent[...]
ſólvat; tunc enim ver[...]
ſolútio præſidéntis, cu[...]
ni arbítrium ſéquitur[...]

Ad Tertiam, *An*[...]

Capitulum. *Jer.*[...]

VAſtitátem clámit[...]
ctus eſt mihi ſer[...]
mini in oppróbrium,
ríſum totâ die.

℟. Réſpice inimíco[...]
quóniam multiplicáti[...]
* Odio iníquo odér[...]
Cuſtódi ánimam m[...]
érue me. *Pſ.* 24. 19. 20.
runt me, ut adimple[...]
mo, qui in lege eóru[...]
tus eſt: Odio habué[...]
gratìs. *Joan.* 15. 24. 25
Repetitur ℟. Réſpice.

℣. Cum his qui odé[...]
cem, eram pacíficus;
loquébar illis, impu[...]
me gratìs. *Pſ.* 119. 7.

Ad Sextam, *Ant.*[...]
ſubſánnant me.

Capitulum. *Job* 30[...]

NUnc in eórum c[...]
verſus ſum, & fa[...]
eis in provérbium.
nántur me, & longè
à me, & fáciem mea[...]
ſpúere non veréntur.

℟. Eripe me de man[...]
córum meórum, &
quæréntibus me. * Ill[...]
ciem tuam ſuper ſerv[...]

e non confúndar, quó-
ivocávi te. *Pſ.* 30. 16.
℣. Pater, clarífica Fí-
um, ut Fílius tuus cla-
e. *Joan.* 17. 1.* Illú-
petitur ℟. Eripe me.
)eus meus éripe me de
peccatóris, ℟. Et de
:ontra legem agéntis,
ii. *Pſ.* 70. 4.
NONAM, *Ant.* Vidíſti
e.
lum. *Jer.* 20. 11.
perſequúntur me, ca-
nt, & infirmi erunt;
léntur veheménter,
n intellexérunt oppró-
ſempitérnum, quod
m delébitur.
lulti bellántes advér-
: ego verò in te ſpe-
In Deo ſperávi: non
quid fáciat mihi caro.
4. 5. ℣. Dóminus mihi
: non timébo quid fá-
ii homo. *Hebr.* 13. 6.
o. *Repetitur* ℟. Multi
s.
óminus mihi adjútor;
;o deſpíciam inimícos
ſ. 117. 7.
VESPERAS.
hona de Laudibus.
mi de Dominica.
lum. *Jer.* 15. 15.
i, Dómine, in patién-
tua ſuſcípere me: ſci-
iam ſuſtínui propter te
ium.
iis ex vobis, *cum re-*
ab initio, ſuprà, 214.
*rs, Vexílla regis pró-*deunt, *infrà*, 219. ℣. Captábunt, 220.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Ego non quæro glóriam meam: eſt qui quærat, & júdicet, Pater meus qui gloríficat me. *Joan.* 8. 50. 54.

AD COMPLETORIUM, *ut in Pſalterio.*

IN FERIIS

Per Hebdomadam Paſſionis, & uſque ad Feriam V. in Cœna Domini.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Fílium hóminis tradéndum in manus hóminum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 17. 21.

Pſalmus, Veníte, 2. *ſine* Glória Patri.

Hymnus. *Santol. Vict.*

LUGETE, mœſtis cántibus
Chriſti dolóres plángite:
Duræ neci natum Deo
Ingráta turba déſtinat.

ORBIS ſuprémus Arbiter,
Dijudicándus ſíſtitur;
Summus Sacérdos, ímpiâ
Cadit ſacerdótum manu.

QUI noſtra rupit víncula;
Duris ligátur vínculis;
Divis adorándum caput
Miles ſceléſtus pércutit.

AH! parce corpus ínnocens,
Lictor, flagéllis ſcíndere:
Quid vulnus addis vúlneri?
Jam penè totum vulnus eſt.

QUI nos creávit, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Qui nos foves, laus, Spíritus;
Uni Deo ſit glória. Amen.

Antiphona & Pſalmi de Pſalterio.

℣. Líbera me à perſequéntibus me, ℟. Quia confortáti ſunt ſuper me. *Pſ.* 141. 7.

Lectiones & ℟.℟.℟. infrà in qualibet Feria.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudans invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17. 4.

Antiphona & Pſalmi de Pſalterio.

Capitulum. *Jer.* 11. 19.

COgitavérunt ſuper me consília, dicéntes: Mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra viventium, & nomen ejus non memorétur ámpliùs.

Hymnus. *Santol. Vict.*

CRucis tremens ſub póndere,
Greſſus labántes vix trahit;
Quem ſtipat aula Cœlitum,
Datur comes latrónibus.

Clavis manus, clavis pedes
Confóſſus hæret ſtípiti.
Sed quàm ſui tenáciùs
Amoris hæret vínculis!

Qui rupe fontes élicit,
Ardens ſiti conſúmitur.
Sed major urébat ſitis;
Erat ſitis, mundi ſalus.

Sit hæc dolórum pars levis;
Acerbióra pértulit,
Dum mente præſágâ videt
Ináne mortis præmium.

Fac, Chriſte, r
Torménta, quæ p
Ne, morte contér
Te ſentiámus vín

Qui nos cre
Patri;
Qui nos redémit
Qui nos foves, lau
Uni Deo ſit glória

℣. Inténde ánir
líbera eam; ℟. Pr
cos meos éripe me.

Ad Benedíctus,
ut in qualibet Feri

Deinde Preces,
bus, ut ſuprà, 12

Oratio, ut infrà
phonam ad Benedí
que Feria.

Non dicuntur a
fragia; nec etiam

AD HORAS
Feria.

AD PRIMAM,
Deus ſalvátor me
quitáte liberábis
circundedérunt m
nes mortis. 2. *Reg*

Capitulum, D
ſerére.

In ℟. *brevi*, ℣.
es pro nobis, 1.

Preces, flexis
cetera, ut ſuprà,

AD TERTIAM,
Dómine, record
tuére me ab his
quúntur me. *Jer.*

Capitulum. Jer.

FOdérunt fóve
rent me, &
condérunt pédi

ımine ſcis omne con-
ırum advérsùm me
m.
ve, Cuſtódi me, Dó-
)e manu peccatóris,
ı homínibus iníquis
. * De manu. *Repeti-*
ıſtódi me. *Pſ.* 139. 5.
ſtódi me à láqueo
tuérunt mihi, ℟. Et
s operántium iníqui-
: 140. 9.
, *flexis genibus*, *ut*
33.
, *ut infrà in qualibet*
ſt Antiphonam ad Be-
[*Et ſic ad Sextam*
n.
EXTAM, *Ant.* 7. c.
)ómine, iniquitátem
dvérsùm me : júdica
meum. *Thren.* 3. 59.
n. Thren. 3. 61. 62. 63.
ſti lábia inſurgéntium
i, & meditatiónes eó-
érsùm me totâ die.
n eórum, & reſurre-
eórum vide; ego ſum
órum.
'e, Propter inimícos
ripe me, Dómine.
impropérium meum,
iónem meam.* Eripe.
℟. Propter. *Pſ.* 68.

â die verba mea exe-
r; ℟. Advérsùm me
ogitatiónes eórum in
Pſ. 55. 6.
, *flexis genibus.*
NAM, *Ant.* 4. *irr.* A.
ti ſunt qui odérunt

me gratìs : confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me injúſtè. *Pſ.* 68. 5.

Capitulum. Jer. 18. 19. 20.

Atténde Dómine ad me, & audi vocem adverſarió-rum meórum. Nunquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

℟. *breve*, Príncipes * Perſecúti ſunt me gratis. ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum.* Perſecúti ſunt. *Repetitur* ℟. Príncipes. *Pſ.* 118. 161.

℣. Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; ℟. Quóniam ſequébar bonitátem. *Pſ.* 37. 21.

Preces, flexis genibus.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalterio.

Capitulum. Jer. 18. 20.

Recordáre Dómine, quòd ſtéterim in conſpéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

Hymnus.

Vexilla Regis pródeunt,
Fulget Crucis myſtérium,
Quâ factus orbis víctima
Suſpénſus eſt Homo Deus.

Hic lánceæ diro ſacrum
Mucróne perfóſſus latus,
Fundens aquam cum ſánguine,
Nocéntium lavit ſcelus.

Impleta ſunt quæ víderat
David, fidéli cármine
Olim canens: In géntibus
Regnávit à ligno Deus.

ARBOR decóra, quæ Dei
Es purpuráta ſánguine,
Eléƈta digno ſtípite,
Quæ membra Chriſti tánge-
res.

BEATA cujus bráchiis
Mundi pepéndit hóſtia!
Salútis ara nóbilis,
Prædam tuliſti tártari.

O crux, ave, ſpes única;
Hoc paſſiónis témpore,
Juſtis adaúge grátiam;
Dele nocéntûm crímina.

TE, fons ſalútis, Trínitas,
Collaúdet omnis ſpíritus;
Quibus crucis viƈtóriam
Largíris, adde præmium.
Amen.

℣. Captábunt in ánimam juſti, ℟. Et ſánguinem innocéntem condemnábunt. *Pſ. 93. 31.*

Ad Magníficat, *Antiphona ut in qualibet Feria.*

Deinde Preces, flexis genibus, ſuprà, 126.

Oratio, ut infrà poſt Antiphonam ad Magníficat, *cujuſlibet Feriæ.*

AD COMPLETORIUM, *Omnia dicuntur ut in Feriis Quadrageſimæ, ſuprà.*

FERIA SECUNDA.

De Jeremía prophéta.

Leƈtio j. *c. 2. 18. ad 22.*

ET nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam túrbidam? & quid tibi cum via Aſſyriórum, ut bibas aquam flúminis? Arguet te malítia tua, & avérſio tua increpábit te. Scito, & vide quia malum & am
eſt reliquiſſe te Dóm
Deum tuum, & non eſſe
rem meî apud te, dicit I
nus Deus exercítuum.
culo confregíſti jugum m
rupíſti víncula mea, & d
Non ſérviam? In omni
colle ſublími, & ſub om
gno frondóſo tu proſtern
méretrix. Ego autem pl
te víneam eléƈtam, om
men verum: quómodo
convérſa es mihi in pra
vínea aliéna? Si láveris
tro, & multiplicáveris ti
bam borith, maculáta
iniquitáte tua coram me.
dicit.

℟. Dixit Dóminus,

Leƈtio ij. *v. 27. ad*

VErtérunt ad me ter
& non fáciem, & in
pore affliƈtiónis ſuæ di
Surge, & líbera nos. Ub
dii tui, quos fecíſti tibi
gant, & líberent te in té
re affliƈtiónis tuæ: ſecú
númerum quippe civi
tuárum erant dii tui,
Quid vultis mecum ju
conténdere? omnes d
quíſtis me, dicit Dóm
Fruſtrà percúſſi filios ve
diſciplínam non recepé
devorávit gládius veſter
phétas veſtros; quaſi le
ſtátor generátio veſtra. V
verbum Dómini: Nu
ſolitúdo faƈtus ſum Iſ
aut terra ſerótina? quare
dixit pópulus meus: N

n veniémus ultrà ad
quid oblivìſcétur vir-
nénti ſui, aut ſponſa
ectorális ſuæ ? pópu-
meus oblítus eſt meî
inúmeris.
ment filii Iſraël, 211.
ncti Evangélii ſecún-
ùm Joánnem.
j. *c. 7. 32. ad 39.*
témpore; Miſérunt
pes & Phariſæi miní-
: apprehénderent Je-
réliqua.
ia ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
Evang. Tr. 31. §. 8. 9.
ipes illi audítâ multi-
ús fide, & eo múrmu-
hriſtus glorificabátur,
nt miniſtros, ut ap-
erent eum.] Quem
nderent ? Adhuc no-
' Quia ergo non pó-
pprehéndere nolén-
uiſſi ſunt ut audírent
n. Quid docéntem ?
go Jeſus: Adhuc mó-
mpus vobíſcum ſum.]
nodò vultis fácere,
tis, ſed non modò;
lò nolo. Quare adhuc
lo ? quia [adhuc mó-
mpus vobíſcum ſum:
rado ad eum qui me
mplére débeo diſpen-
meam, & ſic perveni-
ſiónem meam. [Quæ-
, & non inveniétis;
m ego, vos non po-
níre.] *Hìc jam reſur-
n ſuam prædixit: no-*
luérunt enim agnóſcere præ-
ſéntem, & póſtea quæſiérunt,
cùm vidérunt in eum multi-
túdinem jam credéntem.

℟. Adhuc módicum tem-
pus vobíſcum ſum; & vado
ad eum qui me miſit. * Quæ-
rétis me, & non inveniétis:
& ubi ego ſum, vos, non
potéſtis veníre. *Joan. 7. 33. 34.*
℣. Quia deſpexíſtis omne con-
ſílium meum, & increpatió-
nes meas neglexíſtis: Ego
quoque ſubſannábo. *Prov. 1.
24. 25. 26.* * Quærétis me.
Repetitur ℟. Adhuc.

Ad Benedíctus, *Ant. 7. c.*
Omnes ſitiéntes veníte ad a-
quas: & qui non habétis ar-
géntum, émite abſque ulla
commutatióne. *Iſai. 55. 1.*

Oratio.

Sanctífica, quæſumus, Dó-
mine, noſtra jejúnia, &
cunctárum nobis propítius in-
dulgéntiam largíre culpárum;
Per Dóminum noſtrum Jeſum
Chriſtum fílium tuum, qui
tecum vivit & regnat in uni-
táte Spíritus-ſancti Deus.

C A N O N.

Ex Concílio Lateranénſi
ſecúndo œcuménico.

An. 1139. can. 22.

Confrátres noſtros, & Preſ-
byteros admonémus, ne
falſis pœniténtiis, laïcórum
ánimas décipi, & in inférnum
pértrahi patiántur. Falſam au-
tem pœniténtiam eſſe conſtat,
cùm, ſpretis plúribus, de uno
ſolo pœniténtia ágitur; aut

cùm ſic ágitur de uno, ut non diſcedátur ab álio.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *a.* Si quis ſitit, véniat ad me, & bibat. Qui credit in me, flúmina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Joan.* 7. 37. 38.

Oratio.

DA, quæſumus, Dómine, ut piè perficiámus jejúnia quæ te largiénte humíliter ſuſcépimus; & quia tu nobis es bonórum cauſa meritórum, cuſtódi quod tríbuis, ut invénias quod corónes; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum.

FERIA TERTIA.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 4.

VUlgò dícitur: Si dimíſerit vir uxórem ſuam, & recédens ab eo, dúxerit virum álterum; nunquid revertétur ad eam ultrà? nunquid non pollúta, & contamináta erit múlier illa? Tu autem fornicáta es cum amatóribus multis: tamen revértere ad me, dicit Dóminus, & ego ſuſcípiam te: leva óculos tuos in diréctum, & vide ubi non proſtráta ſis. In viis ſedébas; expéctans eos quaſi latro in ſolitúdine; & polluíſti terram in fornicatiónibus tuis, & in malítiis tuis. Quamóbrem prohíbitæ ſunt ſtillæ pluviárum, & serótinus imber non fuit: frons mulíeris meretrícis *facta* eſt tibi, noluíſti erubéſcere. Ergo ſaltem ámodo

voca me: Pater virginitátis meæ dicit.

℟. Deus meus

Lectio ij. *c.*

ET dixit Dómi
diébus Josíæ
quid vidíſti quæ
ſátrix Iſraël? ábii
per omnem mo
ſum, & ſub omni
dóſo, & fornicát
dixi, cùm feciſſet
Ad me revértere
revérſa. Et vidit
ſoror ejus Juda,
quòd mœcháta
trix Iſraël, dimisi
dedíſſem ei libéll
& non tímuit
Juda ſoror ejus,
fornicáta eſt étian
cilitáte fornicatió
taminávit terram
eſt cum lápide &
ómnibus his nor
ad me prævaricátr
Juda in toto cord
mendácio, ait
dixit Dóminus a
ficávit ánimam
trix Iſraël, comp
varicatrícis Judæ
clama ſermónes
Aquilónem, & di
tere averſátrix Iſ
minus, & non
ciem meam à vol
ctus ego ſum, dic
& non iráſcar in
Hæc dicit.

℟. Dómine,

nđi Evangélii ſecún-
ım Joánnem.
j. *c. 7. 1. ad 13.*
témpore; Ambulábat
in. Galilæam ; non
lébat in Judæam am-
quia quærébant éum
:erficere. Et réliqua.
ia ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
. *Evang. Tract.* 28.
§. 1.
ſtus manens Deus ac-
ıit hóminem, qui fecit
n. Quando ergo lá-
ɔmo, non poténtiam
e putándus eſt, ſed
.m infirmitáti præ-
lle enim quando vó-
éntus eſt; quando vó-
:íſus eſt. Sed quóniam
rant membra ejus, id
es ejus, qui non habé-
m poteſtátem quam
ipſe Deus noſter: quòd
quòd ſe tanquam ne
:tur, occultábat; hoc
t factúra eſſe membra
quibus útique mem-
ipſe erat. Non enim
in cápite & non in
, ſed Chriſtus totus in
in córpore.
:us laudem meam ne
; quia * Os peccató-
os dolóſi ſuper me
eſt, & ſermónibus
:undedérunt me. *Pſ.*
3. ℣. Me odit mun-
ia teſtimónium perhí-
illo, *quòd ópera*
a ſunt. Joan. 7. 7.

* Os peccatóris. *Repetitur* ℟. Deus.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Eſt vir unus, à quo póſſumus quærere Dómini voluntátem; ſed ego odi eum, quia non prophétat mihi bonum, ſed malum omni témpore. 2. *Par.* 18. 7.

Oratio.

NOſtra tibi, Dómine, quæſumus, ſint accépta jejúnia; quæ nos expiándo, & grátiâ tuâ dignos effíciant, & ad remédia perdúcant ætérna, Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Lateranénſi quarto œcuménico.

An. 1215. *cap.* 62.

PEr indiſcrétas & ſupérfluas indulgéntias, quas quidam Eccleſiárum Præláti fácere non veréntur, & claves Eccléſiæ contemnúntur, & pœnitentiális ſatisfáctio enervátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Judæi quærébant Jeſum in die feſto: & murmur multum erat in turba de eo; quidam enim dicébant: Quia bonus eſt; álii autem dicébant: Non, ſed ſedúcit turbas. *Joan.* 7. 11. 12.

Oratio.

FAc nos, Dómine Deus, cœléſtium præceptórum mémores peccáta noſtra coram te deflére; ut in lácrymis ſeminántes, in exultatióne metámus; Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 5.

CIrcuíte vias Jerúſalem, & aſpícite, & conſideráte, & quærite in platéis ejus, an inveniátis virum faciéntem judícium, & quæréntem fidem; & propítius ero ei. Quòd ſi étiam, Vivit Dóminus, díxerint; & hoc falsò jurábunt. Dómine, óculi tui reſpíciunt fidem: percuſsíſti eos, & non doluérunt: attrivíſti eos, & renuérunt accípere diſciplínam: induravérunt fácies ſuas ſupra petram, & noluérunt revérti. Ego autem dixi: Fórſitan paúperes ſunt & ſtulti, ignorántes viam Dómini, judícium Dei ſui. Ibo ígitur ad optimátes, & loquar eis; ipſi enim cognovérunt viam Dómini, judícium Dei ſui; & ecce magìs hi ſimul confregérunt jugum, rupérunt víncula. Hæc dicit.

℟. Dixit Dóminus, 211.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 13.

SUper quo propítius tibi eſſe pótero? Fílii tui dereliquérunt me, & jurant in his qui non ſunt dii: ſaturávi eos, & mœcháti ſunt, & in domo meretrícis luxuriabántur. Equi amatóres, & emiſſárii facti ſunt: unuſquíſque ad uxórem próximi ſui hinniébat. Nunquid ſuper his non viſitábo, dicit Dóminus, & in gente tali non ulciſcétur ánima mea? Aſcéndite muros ejus, & diſſipáte, conſummatió
tem nolíte fácere: auf
págines ejus, quia
Dómini. Prævaricatió
prævaricáta eſt in m
Iſraël, & domus Juda
minus. Negavérunt
num, & dixérunt:
ipſe; neque véniet
malum: gládium &
non vidébimus. Prop
runt in ventum locút
pónſum non fuit eis:
evénient illis. Hæc

℟. Sument fílii Iſra

Léctio ſancti Evangél
dùm Joánnen

Lectio iij. *c.* 10. 22.

IN illo témpore; F
Encænia in Jero
& hiems erat. Et an
Jeſus in templo, in
Salomónis. Et réliqu

Homília ſancti Au
epíſcopi.

In Joan. Evang. Tr
§. 4. 5.

OPera quæ ego
nómine Patris n
teſtimónium pérhiben
ſed vos non créditis,
eſtis ex óvibus mei
ſuprà didicíſtis quæ ſi
eſtóte oves. Oves c
ſunt, oves paſtórem
do ſunt, oves reden
non contemnéndo ſu
per óſtium intrándo ſu
exeúndo & páſcua inv
ſunt, oves vitâ ætéı
fruéndo ſunt. Quómo
iſtis dixit: [Non eſtis e

uia vidébat eos ad
m intéritum præ-
non ad vitam ætér-
guinis prétio com-
Oves meæ vocem
iunt, & cognóſco
uúntur me; & ego
nam do eis.
ra quæ ego fácio in
tris mei, hæc teſti-
érhibent de me:
non créditis, quia
x óvibus meis. *Joan.*
℣. Fílii hóminum,
iligitis vanitátem?
óniam mirificávit
anctum ſuum. *Pſ.* 4.
os. *Repet.* ℟. Opera.
edíctus, *Ant.* 7. a.
détrahet mihi pó-
quoúſque non cre-
in ómnibus ſignis
coram eis? *Num.*

Oratio.

áto hoc jejúnio,
tuórum corda fidé-
átor illúſtra; & qui-
tiónis præſtas affé-
æbe ſupplicántibus
gnus audítum. Per.
A N O N.
nodo Trecénſi.
9. *lib.* 9. *fol.* 35.
Sacérdos miſſas
injúnxerit, aúdeat
; ne credátur ipſas
unxíſſe propter lu-

gníficat, *Ant.* 6. *F.*
non vultis crédere,
crédite; ut cognoſ-
erna.

cátis, & credátis quia Pater in me eſt, & ego in Patre. *Joan.* 10. 38.

Oratio.

LArgíre, quæſumus, Dómine, ſic nos eſſe in oratióne ſolícitos, in jejúnio promptos, in eleemóſynis liberáles, ut promíſſæ retributiónis glóriam fide ſincérâ, & fructuóſâ operatióne adipíſci mereámur; Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 6. 8. *ad* 12.

ERudíre Jerúſalem, ne fortè recédat ánima mea à te, ne fortè ponam te deſértam, terram inhabitábilem. Hæc dicit Dóminus exercítuum: Uſque ad racémum cólligent quaſi in vínea relíquias Iſraël: convérte manum tuam quaſi vindemiátor ad cartállum. Cui loquar? & quem conteſtábor ut aúdiat? ecce incircuncíſæ aures eórum, & audíre non poſſunt: ecce verbum Dómini factum eſt eis in oppróbrium: & non ſuſcípient illud. Idcírco furóre Dómini plenus ſum, laborávi ſúſtinens: effúnde ſuper párvulum foris, & ſuper consílium júvenum ſimul; vir enim cum mulíere capiétur, ſenex cum pleno diérum. Et transíbunt domus eórum ad álteros, agri & uxóres páriter: quia exténdam manum meam ſuper habitántes terram. Hæc dicit.

℟. Deus meus es tu, 213.

Lectio ij. *v.* 13. *ad* 17.

A Minóre quippe uſque ad majórem omnes avarítiæ ſtudent: & à prophéta uſque ad ſacerdótem cuncti fáciunt dolum. Et curábant contritiónem fíliæ pópuli mei cum ignomínia, dicéntes: Pax, pax; & non erat pax. Confúſi ſunt, quia abominatiónem fecérunt: quin pótiùs confuſióne non ſunt confúſi, & erubéſcere neſciérunt. Quamóbrem cadent inter ruéntes: in témpore viſitatiónis ſuæ córruent, dicit Dóminus. Hæc dicit Dóminus: State ſuper vias, & vidéte, & interrogáte de ſémitis antíquis, quæ ſit via bona, & ambuláte in ea: & inveniétis refrigérium animábus veſtris. Et dixérunt: Non ambulábimus. Et conſtítui ſuper vos ſpeculatóres, & dixi: Audíte vocem tubæ. Et dixérunt: Non audiémus. Hæc dicit.

℟. Dómine, 213.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 7. 36. *ad fin.*

IN illo témpore; Rogábat Jeſum quidam de Phariſæis, ut manducáret cum illo. Et ingréſſus domum Phariſæi, diſcúbuit. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 33. *in Evang. poſt init.*

LIquet, fratres, quòd illícitis áctibus priùs múlier inténta, unguéntum ſibi pro odóre ſuæ carnis a

Quod ergo ſibi túrpit búerat, hoc jam Deo l liter offerébat. Oculis concupíerat; ſed hos pœniténtiam cónteren Capíllos ad compoſ vultûs exhibúerat; ſed píllis lácrymas tergéb ſupérba díxerat; ſe Dómini óſculans, ho demptóris ſui veſtígia Quot ergo in ſe háb lectaménta, tot de ſe holocaúſta. Convértit tútum númerum, nu críminum; ut totum Deo in pœniténtia, q ex ſe Deum contémp culpa.

℟. Dixit Jeſus ad m peccatrícem: * Rem tibi peccáta: fides tu vam fecit, vade in pac 7. 48. 50. ℣. Delévi ut iniquitátes tuas, & q bulam peccáta tua. *I* 21. 22. * Remittúntu *titur* ℟. Dixit Jeſus.

Ad Benedíctus, *An* Ad punctum in módic líqui te, & in miſe ſempitérna miſértus ſ *Iſai.* 54. 7. 8.

Oratio.

TRíbue nobis, quæ Dómine, indulg peccatórum; ut inſtitú chália tibi plácitis ſ operémur; Per Dó noſtrum Jeſum Chriſ lium tuum.

C A N O N.

Ex Synodo Trecénſi.

An. 1459. *lib.* 8. *fol.* 34.

CAvére debent tam Epíſcopus quàm Conféſſor, ne le reſtitutiónibus faciéndis liquid retíneant; ne ex hac auſa pœnitens à reſtitutióne etrahátur, & ne ipſi non pœnitentiárii Eccleſiáſtici, ſed fraudulénti conſiliárii videántur.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multùm. *Luc.* 7. 47.

Oratio.

IN die jejuniórum noſtrórum tuam, Dómine, miſericórdiam humíliter poſtulámus; ut ſolátia vitæ immortális accípere, & ſempitérna cónſequi gaúdia mereámur; Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 7. 3. *ad* 7.

HÆc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Bonas fácite vias veſtras, & ſtúdia veſtra: & habitábo vobíſcum in loco iſto. Nolíte confídere in verbis mendácii, dicéntes: Templum Dómini, templum Dómini, templum Dómini eſt. Quóniam ſi bene direxéritis vias veſtras, & ſtúdia veſtra; ſi fecéritis judícium inter virum & próximum ejus; ádvenæ, & pupíllo, & víduæ non fecéritis *calúmniam; nec ſánguinem innocéntem effudé*ritis in loco hoc; & poſt deos aliénos non ambulavéritis in malum vobiſmetipſis; habitábo vobíſcum in loco iſto, in terra quam dedi pátribus veſtris à ſǽculo & uſque in ſǽculum. Hæc dicit.

℟. Dixit Dóminus, 211.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 14.

ECce vos confíditis vobis in ſermónibus mendácii, qui non próderunt vobis: furári, occídere, adulterári, juráre mendáciter, libáre Báalim, & ire poſt deos aliénos, quos ignorátis. Et veníſtis, & ſtetíſtis coram me in domo hac, in qua invocátum eſt nomen meum, & dixíſtis: Liberáti ſumus, eò quòd fecérimus omnes abominatiónes iſtas. Nunquid ergo ſpelúnca latrónum facta eſt domus iſta, in qua invocátum eſt nomen meum in óculis veſtris? Ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dóminus. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitávit nomen meum à princípio; & vidéte quæ fécerim ei propter malítiam pópuli mei Iſraël. Et nunc, quia fecíſtis ómnia ópera hæc, dicit Dóminus; & locútus ſum ad vos manè conſúrgens, & loquens, & non audíſtis: & vocávi vos, & non reſpondíſtis: fáciam dómui huic, in qua invocátum eſt nomen meum, & in qua vos habétis fidúciam; & loco, quem dedi vobis & pátribus veſtris, ſicut feci Silo. Hæc dicit.

℟. Sument filii Iſraël, 211.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 11. 47. *ad* 54.

IN illo témpore; Collegérunt Pontífices & Phariſæi concílium advérsùs Jeſum, & dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa ſigna facit? Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 49. §. 26.

DIcébant: [Quid fácimus?] nec tamen dicébant: Credámus. Plus enim pérditi hómines cogitábant quómodo nocérent ut pérderent, quàm quómodo ſibi conſúlerent ne perírent: & tamen timébant, & quaſi conſulébant. [Dicébant] enim, [Quid fácimus? quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimíttimus eum ſic, omnes credent in eum, & vénient Románi, & tollent noſtrum locum & gentem.] Temporália pérdere timuérunt, & vitam ætérnam non cogitavérunt; ac ſic utrúmque amiſérunt. Nam & Románi poſt Dómini paſſiónem & glorificatiónem, tulérunt eis & locum & gentem, expugnándo & transferéndo; & illud eos ſéquitur quod álibi dictum eſt; [Filii autem regni hujus ibunt in ténebras exterióres.]

℟. Perréxit Joſeph poſt fratres ſuos, qui cùm vidíſſent eum procul, * Cogitavérunt illum occídere. *Gen.* 37. 17. 18.

℣. Cogitavérunt Pont Phariſæi ut interfice ſum. *Joan.* 11. 53. * vérunt. *Repetitur* ℟. P

Ad Benedictus, *Ant.* Exhonorávit Dómin véntus malórum, & xit eos uſque in finer 10. 16.

Oratio.

COrdibus noſtris, mus, Dómine, tuam benígnus infún peccáta noſtra caſtigat luntáriâ cohibéntes, ráliter pótiùs mace quàm ſuppliciis de ætérnis; Per Dómin

CANON.

Ex Concílio Tride

Seſſ. 14. *cap.*

AD novitátem & tátem Baptíſmi craméntum Pœnitént magnis noſtris flétibu bóribus, divínâ id justítiâ, perveníre neq póſſumus: ut mérit téntia laborióſus quid tíſſimus à ſanctis Pátrib fúerit.

Ad Magníficat, *A* Collegérunt Pontífice riſæi concílium, & di Si dimíttimus eum ſic credent in eum: & Románi, & tollent locum, & gentem. *J* 47. 48.

Oratio.

QUæſumus, Dóm dum jejuniórum

ratióne córpora macerántur; pinguéſcat ánimus de tuórum abundántia donórum; Per Dóminum noſtrum.

SABBATO.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 9. 11. *ad* 16.

DAbo Jerúſalem in acérvos arénæ, & cubília dracónum: & civitátes Juda dabo in deſolatiónem, eò quòd non ſit habitátor. Quis eſt vir ſápiens, qui intélligat hoc, & ad quem verbum oris Dómini fiat, ut annúntiet iſtud, quare períerit terra, & exúſta ſit quaſi deſértum, eò quòd non ſit qui pertránſeat? Et dixit Dóminus: Quia dereliquérunt legem meam, quam dedi eis, & non audiérunt vocem meam, & non ambulavérunt in ea: & abiérunt poſt pravitátem cordis ſui, & poſt Báalim: quod didicérunt à pátribus ſuis. Idcírco hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Ecce ego cibábo pópulum iſtum absínthio, & potum dabo eis aquam fellis. Et diſpérgam eos in géntibus, quas non novérunt ipſi & patres eórum: & mittam poſt eos gládium, donec conſumántur. Hæc dicit.

℟. Deus meus es tu, 213.

Lectio ij. *v.* 23. *ad* 25.

HÆc dicit Dóminus: Non gloriétur ſápiens in ſapiéntia ſua, & non gloriétur fortis in fortitúdine ſua, & non gloriétur dives in divítiis ſuis: ſed in hoc gloriétur, qui gloriátur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dóminus, qui fácio miſericórdiam, & judícium, & juſtítiam in terra; hæc enim placent mihi, ait Dóminus. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus: & viſitábo ſuper omnem qui circuncíſum habet præpútium. Hæc dicit.

℟. Dómine, 213.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 12. 10. *ad* 36.

IN illo témpore; Cogitavérunt Príncipes Sacerdótum, ut & Lázarum interficerent: quia multi propter illum abíbant ex Judæis, & credébant in Jeſum. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 50. §. 14.

AUdíte mirábile consílium vanitátis: Viſo Lázaro reſuſcitáto, quia tantum miráculum Dómini tantâ erat evidéntiâ diffamátum, tantâ maniſeſtatióne declarátum, ut non poſſent vel occultáre quod factum eſt, vel negáre; quid invenérunt vidéte. [Cogitavérunt autem Príncipes Sacerdótum ut & Lázarum interficerent: quia multi propter illum abíbant ex Judæis, & credébant in Jeſum.] O ſtulta cogitátio, & cæca ſævítia! Dóminus Chriſtus qui ſuſcitáre pótuit mórtuum, non poſſet occíſum? Quando Lázaro in-

ferebâtis necem, nunquid auferebâtis Dómino poteſtâtem? Si áliud vobis vidétur mórtuus, áliud occíſus: ecce Dóminus utrúmque fecit, & Lázarum mórtuum, & ſeípſum ſuſcitávit occíſum.

℟. Adhuc módicum lumen in vobis eſt, * Ambuláte dum lucem habétis, ut non vos tenebræ comprehéndant. *Joan.* 12, 35. ℣. Date Dómino Deo veſtro glóriam, ántequam contenebréſcat. *Jer.* 13. 16. * Ambuláte. *Repetitur* ℟. Adhuc módicum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut fílii lucis ſitis. *Joan.* 12. 36.

Oratio.

PRoficiat, quæſum... mine, plebs tibi d... devotiónis affectu; ... actiónibus erudíta, qu... jeſtáti tuæ ſit grátior, ... nis potióribus augéat...

CANON...

Ex Concílio Tride...

Seſſ. 14. *cap.*

MAgnópere à pec... vocant, & qua... quodam coércent ſati... pœnæ, cautioréſque ... lantióres in futúrum ... tes effíciunt. Medém... que peccatórum reli... vitióſos hábitus malè ... comparátos, contrár... tum actiónibus tollu...

DOMINICA

IN RAMIS PALMAR...

In Primis Vesperis.

Antiphonæ & Pſalmi de Sabbato, ut in Pſalterio.

Capitulum. *Jer.* 26. 8. 9.

CUm complêſſet Jeremías loquens ómnia quæ præcéperat ei Dóminus, ut loquerétur ad univérſum pópulum; apprehendérunt eum ſacerdótes, & prophétæ, & omnis pópulus, dicens: Morte moriátur: quare prophetávit in nómine Dómini?

Hymnus, Vexílla, 119.

℣. Captábunt in ánimam juſti, ℟. Et ſánguine... céntem condemnáb... 93. 31.

Ad Magníf. *Ant.* 4. Dico vobis, quia n... bitis me; donec vé... dicétis: Benedíctus ... in nómine Dómini. *L...*

Oratio.

REminíſcere miſe... tuárum, Dómi... múlos tuos ætérnâ ... ne ſanctífica, pro qu... Chriſtus fílius tuus ... cruórem nobis inſt... châle myſtérium; Q...

Ad Completorium, *ut in Pſalterio.*

¶ *A Dominica in Palmis ad Dominicam in Albis incluſivè, non ſit de ullo Feſto novem Lectionum, ſed ejus Officium transfertur poſt Octavam Paſchæ.*

De Semiduplici & Simplici tamen occurrente fiet tantùm Commemoratio uſque ad Feriam V. in Cœna Domini excluſivè, & à Feria IV. intrà Hebdomadam Paſchæ incluſivè, uſque ad Dominicam in Albis incluſivè. Hæc Commemoratio intrà Hebdomadam Paſchæ fit in Veſperis poſt ultimum Benedicámus.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Chriſtum Jeſum qui dedit redemptiónem ſemetípſum pro ómnibus, * Veníte, adorémus. 1. *Tim.* 5. 6.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Lugéte, 217.

Antiphonæ & Pſalmi ut in Pſalterio.

In I. Nocturno.

℣. Eripe me de manu inimicórum meórum, ℟. Et à perſequéntibus me. *Pſ.* 30.16.

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 11. 10. *ad* 15.

IRritum fecérunt domus Iſraël & domus Juda pactum meum, quod pépigi cum pátribus eórum. Quamóbrem hæc dicit Dóminus: Ecce ego indúçam ſuper eos mala, de quibus exíre non póterunt: & clamábunt ad me, & non exaúdiam eos. Et ibunt civitátes Juda, & habitatóres Jerúſalem, & clamábunt ad deos quibus libant, & non ſalvábunt eos in témpore afflictiónis eórum. Secúndùm númerum enim civitátum tuárum, erant dii tui, Juda; & ſecúndùm númerum viárum Jerúſalem, poſuíſti aras confuſiónis, aras ad libándum Báalim. Tu ergo noli oráre pro pópulo hoc, & ne aſſúmas pro eis laudem & oratiónem; quia non exaúdiam in témpore clamóris eórum ad me, in témpore afflictiónis eórum. Quid eſt, quòd diléctus meus in domo mea fecit ſcélera multa? Nunquid carnes ſanctæ aúferent à te malítias tuas, in quibus gloriáta es? Hæc dicit.

℟. Décimâ die menſis hujus tollat unuſquíſque agnum per famílias & domos ſuas: & ſervábitis eum uſque ad quartam décimam diem menſis hujus; * Immolabítque eum univérſa multitúdo filiórum Iſraël ad véſperam. *Exod.* 12.3.6. ℣. Venit dies azymórum, in qua neceſſe erat occídi paſcha. *Luc.* 22. 7. * Immolabítque.

Lectio ij. *c.* 12. 1. *ad* 4.

JUſtus quidem tu es Dómine, ſi díſputem tecum: verúntamen juſta loquar ad te: Quare via impiórum proſperátur? bene eſt ómnibus qui

prævaricántur, & iniquè agunt? Plantáſti eos, & radícem miſérunt; profíciunt, & fáciunt fructum: propè es tu ori eórum, & longè à rénibus eórum. Et tu Dómine noſti me, vidíſti me, & probáſti cor meum tecum: cóngrega eos quaſi gregem ad víctimam, & ſanctífica eos in die occiſiónis. Uſquequo lugébit terra, & herba omnis regiónis ſiccábitur, propter malítiam habitántium in ea? Conſúmptum eſt ánimal, & vólucre, quóniam dixérunt: Non vidébit noviſſima noſtra. Hæc dicit.

℟. Poſt hebdómades ſexagínta duas * Occidétur Chriſtus: & in dimídio hebdómadis defíciet hóſtia & ſacrifícium. *Dan.* 9. 26. 27. ℣. Fílius hóminis tradétur Princípibus Sacerdótum, & condemnábunt eum morte. *Matt.* 20. 18. * Occidétur.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 11.

RElíqui domum meam, dimíſi hereditátem meam, dedi diléctam ánimam meam in manu inimicórum ejus. Facta eſt mihi heréditas mea quaſi leo in ſilva: dedit contra me vocem, ídeo odívi eam. Nunquid avis díſcolor heréditas mea mihi? nunquid avis tincta per totum? veníte, congregámini omnes béſtiæ terræ, properáte ad devorándum. Paſtóres multi demoliti ſunt víneam meam, conculcavérunt partem meam: dedérunt portiónem meam deſiderábilem in deſértum ſolitúdinis. Poſuérunt eam in diſſipatiónem, luxítque ſuper me: desolatióne deſoláta eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recógitet corde. Hæc dicit.

℟. Si ſanguis hircórum inquinátos ſanctíficat ad emundatiónem carnis; * Quantò magìs ſanguis Chriſti emundábit conſciéntiam noſtram ab opéribus mórtuis. *Hebr.* 9. 13. 14. ℣. Hircus offerétur Dómino pro peccátis in holocaúſtum ſempitérnum. *Num.* 28. 15. * Quantò. *Repetitur* ℟. Si ſanguis.

IN II. NOCTURNO.

℣. In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me: ℟. Impropérium expectávit cor meum, & miſériam. *Pſ.* 68. 21.

Sermo ſancti Leónis papæ.
Serm. 11. *de Paſſione Domini, cap.* 1.

Lectio iv.

DEſideráta nobis, dilectíſſimi, & univérſo optábilis mundo adeſt feſtívitas Domínicæ Paſſiónis, quæ nos inter exultatiónes ſpiritálium gaudiórum ſilére non pátitur: quia etſi difficile eſt de eadem ſolemnitáte ſæpius dignè aptéque diſſérere, non eſt tamen líberum ſacerdóti, in tanto divínæ miſericórdiæ ſacraménto, fidélibus pópulis ſubtráhere ſermónis offícium: cùm ipſa matéria, ex eo quòd

bilis , fandi tríbuat
n , nec poſſit deficere
ítur , dum nunquam
tis eſſe quod dícitur.
ıat ergo humána in-
ılóriæ Dei, & in ex-
opéribus miſericór-
, ímparem ſe ſemper
Laborémus ſenſu,
s ingénio , deficiá-
uio : bonum eſt ut
um ſit, quod étiam
Dómini majeſtáte

ſtum eſt dum com-
dies aſſumptiónis
Et ipſe fáciem ſuam
ut iret in Jerúſalem.
. ℣. Dedit ſe ut libe-
ulum ſuum. 1. *Mach.*
:t ipſe.

Lectio v.

ıte enim Prophéta:
uærite Dóminum, &
nini, quærite fáciem
ber:] némini præſu-
eſt quòd totum quod
ıvénerit: ne déſinat
áre , qui ceſſárit ac-
Quid autem inter óm-
. Dei, in quibus hu-
mirατiónis fatigátur
ta contemplatiónem
ſtræ & obléctat , &
ſicut páſſio Salvató-
cujus omnipoténtia
m Patre unius & æ-
ntiæ eſt quóties, ut
, cogitámus , mira-
ıis ſit in Deo humíli-
ı *potéſtas : & diffici-*
r divínæ majeſtátis
exinanítio, quam ſervílis for-
mæ in ſumma provéctio.

℟. Præcedébat diſcípulos Jeſus, & ſtupébant; & ſequéntes timébant: & cœpit illis dícere: *Ecce aſcéndimus Jeroſólymam , & damnábunt Fílium hóminis morte. *Marc.* 10. 32. 33. ℣. Ego in flagélla parátus ſum ; inimíci autem mei confirmáti ſunt ſuper me. *Pſ.* 37. 18. 20.* Ecce.

Lectio vj.

QUi ut humánum genus vínculis mortíferæ prævaricatiónis abſólveret: & ſæviénti diábolo poténtiam ſuæ majeſtátis occúluit , & infirmitátem noſtræ humilitátis objécit. Si enim crudélis & ſupérbus inimícus , consílium miſericórdiæ Dei noſſe potuíſſet ; Judæórum ánimos manſuetúdine pótiùs temperáre , quàm injúſtis ódiis ſtuduíſſet accéndere: ne ómnium captivórum amítteret ſervitútem , dum nihil ſibi debéntis perſéquitur libertátem. Feféllit ergo illum malígnitas ſua ; íntulit ſupplício Fílium Dei, qui cunctis fíliis hóminum in remédium verterétur. Fudit ſánguinem juſtum, qui reconciliándo mundo , & prétium eſſet & póculum. Suſcépit Dóminus, quod ſecúndùm propóſitum ſuæ voluntátis elégit. Admíſit in ſe ímpias manus furéntium; quæ dum próprio incúmbunt ſcéleri , famulátæ ſunt Redemptóri. Cujus étiam

circa interfectóres ſuos tanta erat pietátis affectio, ut de cruce ſúpplicans Patri; non ſe vindicári, ſed illis poſtuláret ignóſci.

℟. Ecce aſcéndimus Jeroſólymam, *Et conſummabúntur ómnia quæ ſcripta ſunt de Fílio hóminis; tradétur enim géntibus, & illudétur, & flagellábitur, & conſpuétur, & occídent eum. *Luc.* 18. 31. 32. 33. ℣. Inimíci mei dixérunt mala mihi: Quando moriétur, & peribit nomen ejus? Verbum iníquum conſtituérunt advérsùm me. *Pſ.* 40. 5. 9. * Et conſummabúntur. *Repetitur* ℟. Ecce.

IN III. NOCTURNO.

℣. Cogitavérunt ſupplantáre greſſus meos, ℟. Abſcondérunt ſupérbi láqueum mihi. *Pſ.* 139. 6.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 21. 1. *ad* 9.

IN illo témpore; Cùm appropinquáſſent Jeroſólymis, & veníſſent Béthphage ad montem Olivéti: tunc Jeſus miſit duos diſcípulos, dicens eis: Ite in caſtéllum quod contra vos eſt, & ſtatim inve-

Jeſus, qui pro hum[...] ſalúte paſſúrus, de[...] cénderat ad terras, [...] quánte horâ paſſión[...] pinquáre vóluit loc[...] ut étiam per hoc c[...] quia non invítus, [...] paterétur. In áſino [...] à turbis rex appell[...] dári vóluit, ut étia[...] erudítus quiſque [...] ipſum eſſe Chriſtu[...] ſic illò ventúrum, [...] olim promíſſa ſignáv[...]

℟. Jeſus miſit du[...] los, ut adimplerétu[...] ctum eſt per Prophé[...] duxérunt áſinam & [...] eum déſuper ſedére [...] *Matt.* 21. 1. 4. 7. ℣. [...] ſalem, ecce Rex tu[...] tibi juſtus, & ſalvát[...] dens ſuper áſinam [...] pullum. *Zach.* 9. 9[...] xérunt. [*Ad Veſper.*[...] *tur* ℟. Jeſus.]

Lectio viij.

ANte quinque di[...] veníre vóluit [...] Joánnis Evangélio [...] ut étiam per hoc oſt[...] eſſe Agnum imma[...] qui peccáta tóller[...] Agnus quippe Paſch[...]

nos ſuo ſánguine redemptúrus, ante quinque dies Paſchæ, id eſt, hodiérno die, magno præcedéntium ſequentiúmque populórum gaúdio ac laudatióne dedúctus, venit in templum Dei, & erat quotídie docens in eo.

℟. Turba multa cùm audíſſent quia venit Jeſus Jeroſólymam; * Accepérunt ramos palmárum, & clamábant: Hoſánna, benedíctus qui venit in nómine Dómini. *Joan.* 12. 12. 13. ℣. O Dómine bene proſperáre; benedíctus qui venit in nómine Dómini. *Pſ.* 117. 26. * Accepérunt.

Lectio ix.

QUintâ demum pactâ die, ubi véteris Paſchæ ſacraménta háctenus obſerváta conſummávit, ac nova deínceps obſervánda diſcípulis ſacraménta contrádidit, egréſſus in montem Olivéti, tentus eſt à Judæis: & manè crucifixus, ipsâ nos die à dæmoníaca dominatióne redémit, quâ antíquus ille Hebræórum pópulus, per immolatiónem agni jugum Ægyptiæ ſervitútis abjécit. Ergo Dóminus inſtar Agni Paſchális, ante quinque dies quàm pati incíperet, locum paſſiónis ádiit, ut ſe inſinuáret eſſe illum de quo prædíxit Iſáias: [Sicut ovis ad occiſiónem ducétur, & quaſi agnus coram tondénte ſe obmutéſcet, & non apériet os ſuum.]

℟. Teſtimónium perhibébat turba quæ erat cum Jeſu, quando Lázarum ſuſcitávit à mórtuis: proptérea & óbviàm venit ei, * Quia audiérunt eum feciſſe hoc ſignum. *Joan.* 12. 17. 18. ℣. Thyrſos, & ramos virides, & palmas præferébant ei. 2. *Mach.* 10. 7. * Quia. *Repetitur* ℟. Teſtimónium.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudans invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17. 4.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 8. *toni.* G.

VIdéntes Príncipes Sacerdótum & Scribæ mirabília quæ fecit Jeſus, & púeros clamántes: Hoſánna Fílio David; indignáti ſunt. *Matt.* 21. 15.

Ant. 7. b. Dixérunt ad ſemetípſos: Vidétis quia nihil profícimus? ecce mundus totus poſt eum ábiit. *Joan.* 12. 19.

Ant. 3. a. Quærentes Jeſum tenére, timuérunt turbas; quóniam ſicut prophétam eum habébant. *Matt.* 21. 46.

Ant. 1. f. Quærébant Jeſum pérdere; & non inveniébant quid fácerent illi. *Luc.* 19. 47. 48.

Ant. 1. a. Ex Princípibus multi credidérunt in eum; ſed non confitebántur, ut è ſynagóga non ejiceréntur. *Joan.* 12. 42.

Capitulum. *Hebr.* 12. 3. 4.

REcogitáte eum qui talem ſuſtinuit à peccatóribus advérsùm ſemetipſum contradictiónem; ut ne fatigémini, ánimis veſtris deficiéntes; nondum enim uſque ad ſánguinem reſtitiſtis advérsùs peccátum repugnántes.

Hymnus, Crucis tremens, ℣. Inténde, 218.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, & filii Sion exúltent in rege ſuo. *Pſ.* 149. 2.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem noſtrum carnem ſúmere, & crucem ſubíre feciſti; concéde propítius, ut & patiéntiæ ipsíus habére documénta, & reſurrectiónis consórtia mereámur; Per eúndem Dóminum noſtrum.

Ad Horas, *Antiphona de Laudibus*, *Oratio*, Omnípotens, *ſuprà.*

Reliqua ut in Dominica Paſſionis, *ſuprà*, 216. *præter Canonem.*

CANON.

Ex Concílio Lateranénſi quarto.

An. 1215. *cap.* 21.

OMnis utriúſque ſexûs fidélis, poſtquam ad annos diſcretiónis pervénerit, ómnia ſua ſolus peccáta confiteátur fidéliter, ſaltem ſemel in anno, próprio ſa[...] & injúnctam ſibi pœ[...] ſtúdeat pro víribus ad[...] ſuſcípiens reverént[...] nus in Paſcha Eucha[...] craméntum: niſi for[...] ſílio próprii ſacerdó[...] quam rationábilem c[...] tempus ab ejus pe[...] dúxerit abſtinéndum[...] quin & vivens ab in[...] cléſiæ arceátur; & [...] Chriſtiána cáreat ſep[...]

AD VESPE[...]

Antiphona de Lau[...]

Pſalmi de Domi[...]

Capitulum. *Jer.* [...]

TU Dómine dem[...] mihi, & cognó[...] oſtendíſti mihi ſtúdia[...] & ego quaſi agnus m[...] qui portátur ad vícti[...]

℟. Jeſus, *cum r*[...] *ab initio*, *ſuprà*, 234[...]

Hymnus, Vexill[...] ℣. Captábunt, 220.

Ad Magníficat, *A*[...] Cœpérunt omnes tur[...] pulórum gaudéntes [...] Deum voce magnâ [...] nibus, quas víderan[...] tibus, dicéntes: Be[...] qui venit rex in nóm[...] mini; pax in cœlo, [...] in excélſis. *Luc.* 19. [...]

Ad Completor[...] *in Pſalterio.*

FERIA SECU[...]

¶ *Hâc Feriâ & d*[...] *quentibus*, *omnia ut* [...] *Hebdomada præcede*[...] *ceptis quæ propria hîc*

De Jeremía prophéta.

Lectio j. *c.* 14. 7. *ad* 9.

SI iniquitátes noſtræ reſpónderint nobis: Dómine fac propter nomen tuum, quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ, tibi peccávimus. Expectátio Iſraël, ſalvátor ejus in témpore tribulatiónis: quare quaſi colónus futúrus es in terra, & quaſi viátor declínans ad manéndum? Quare futúrus es velut vir vagus, ut fortis qui non poteſt ſalváre? Tu autem in nobis es Dómine, & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos, ne derelínquas nos. Hæc dicit.

℟. Poſt hebdómades, 232.

Lectio ij. *c.* 20. 10. *ad* 12.

AUdívi contumélias multórum, & terrórem in circúitu: Perſequímini, & perſequámur eum: ab ómnibus viris qui erant pacífici mei, & cuſtodiéntes latus meum: ſi quo modo decipiátur, & prævaleámus advérsùs eum, & conſequámur ultiónem ex eo. Dóminus autem mecum eſt quaſi bellátor fortis: idcírco qui perſequúntur me, cadent, & infirmi erunt: confundéntur veheménter, quia non intellexérunt oppróbrium ſempitérnum quod nunquam delébitur. Et tu Dómine exercítuum, probátor juſti, qui vides renes & cor; vídeam, quæſo, ultiónem tuam ex eis; tibi enim revelávi cauſam meam. Hæc dicit.

℟. Si ſanguis, 232.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 12. 1. *ad* 9.

JEſus ante ſex dies Paſchæ venit Bethániam, ubi Lázarus fúerat mórtuus, quem ſuſcitávit Jeſus. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 50. *§.* 5. 6.

NE putárent hómines phantáſma eſſe factum, quia mórtuus reſurréxit, Lázarus unus erat ex recumbéntibus; vivébat, loquebátur, epulabátur: véritas oſtendebátur, infidélitas Judæórum confundebátur. Diſcumbébat ergo Dóminus cum Lázaro & céteris, miniſtrábat Martha una ex ſoróribus Lázari. [María] verò, áltera ſoror Lázari, [accépit libram unguénti nardi píſtici pretióſi, unxit pedes Jeſu, & extérſit capíllis ſuis pedes ejus, & domus impléta eſt ex odóre unguénti.] Factum audívimus, myſtérium requirámus. Quæcúnque ánima fidélis vis eſſe, cum María unge pedes Dómini pretióſo unguénto... Unge pedes Jeſu; bene vivéndo Domínica ſectáre veſtígia. Capíllis terge; ſi habes ſupérflua, da paupéribus, & Dómini pedes terſiſti; capílli enim ſupérflua córporis vidéntur. Habes quod agas de ſupérfluis tuis: tibi ſupérflua ſunt, ſed Dómini pédibus neceſſária.

litúdine : Non déerunt paúperes in terra habitatiónis tuæ. *Deut.* 15. 11.* Paúperes. *Repetitur* ℟. Dixit.

AD LAUDES

MATUTINAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

VIde Dómine afflictiónem meam, quóniam eréctus eſt inimícus. *Thren.* 1. 9.

Ant. 7. a. Collégit furórem ſuum in me ; & cómminans mihi, infrémuit contra me déntibus ſuis hoſtis meus. *Job* 16. 10.

Ant. 4. f. Audíſti opprobrium eórum Dómine, omnes cogitatiónes eórum advérsùm me. *Thren.* 3. 61.

Ant. 8. G. Inundavérunt aquæ ſuper caput meum, dixi : Périi. Invocávi nomen tuum, Dómine. *Thren.* 3. 54. 55.

Ant. 4. irr. c. Dómine éri-

Capitula verò & *brevia, ut ſuprà,* 21 *duabus Feriis ſequenti*

C A N O N

Ex Concílio Trid

Seſſ. 13. *cap.* 8. *c*

SI quis negáverit & ſíngulos Chriſ utriúſque ſexûs, cùm diſcretiónis pervéne néri ſíngulis annis ſ Páſchate ad communi juxta præcéptum ſanć Eccléſiæ ; anáthema ſ

AD VESPE

Antiphona de Laudib *mi Feriales.*

Capitulum, Hymnu *ſuprà,* 219. *&* 220.

Ad Magníficat, *A* María accépit libram ti nardi píſtici, pre unxit pedes Jeſu : & impléta eſt ex odóre ti *Joan.* 12. 3

IA TERTIA.
Jeremía prophéta.
j. *c. 26. 8. ad* 11.
Um compléſſet Jere-
mías, loquens ómnia
quæ præcéperat ei Dó-
ıt loquerétur ad uni-
pópulum, apprehen-
eum Sacerdótes, &
tæ, & omnis pópulus,
Morte moriátur. Qua-
hetávit in nómine Dó-
licens: Sicut Silo erit
hæc; & urbs iſta deſo-
, eò quòd non ſit ha-
? Et congregátus eſt
ɔópulus advérsùs Jere-
ı domo Dómini. Et au-
Príncipes Juda verba
aſcendérunt de domo
ı domum Dómini, &
t in intróitu portæ
Dómini novæ. Et lo-
ıt Sacerdótes & Pro-
d Príncipes, & ad om-
pulum, dicéntes: Ju-
mortis eſt viro huic;
ɔphetávit advérsùs ci-
iſtam, ſicut audíſtis
veſtris. Hæc dicit.
ræcedébat, 233.
ij. *v. 12. ad* 16.
it Jeremías ad omnes
ıcipes, & ad univér-
pulum, dicens: Dó-
nıſit me ut prophetá-
domum iſtam, & ad
n hanc ómnia verba
líſtis. Nunc ergo bo-
:e vias veſtras, & ſtú-
ta, & audíte vocem
Dei veſtri, & pœnité-

bit Dóminum mali, quod lo-
cútus eſt advérsùm vos. Ego
autem ecce in mánibus veſtris
ſum: fácite mihi quod bonum
& rectum eſt in óculis veſtris:
verúntamen ſcitóte & co-
gnóſcite quòd ſi occidéritis
me, ſánguinem innocéntem
tradétis contra voſmetípſos,
& contra civitátem iſtam, &
habitatóres ejus; in veritáte
enim miſit me Dóminus ad
vos, ut lóquerer in áuribus
veſtris ómnia verba hæc. Et
dixérunt Príncipes, & omnis
pópulus ad Sacerdótes & ad
Prophétas: Non eſt viro huic
judícium mortis; quia in nó-
mine Dómini Dei noſtri locú-
tus eſt ad nos. Hæc dicit.

℟. Ecce aſcéndimus, 234.

Lectio iij. *c. 29. 10. ad* 14.

HÆc dicit Dóminus: Cùm
cœperint impléri in Ba-
bylóne ſeptuagínta anni, viſi-
tábo vos; & ſuſcitábo ſuper
vos verbum meum bonum, ut
redúcam vos ad locum iſtum.
Ego enim ſcio cogitatiónes,
quas ego cógito ſuper vos, ait
Dóminus, cogitatiónes pacis,
& non afflictiónis, ut dem vo-
bis finem & patiéntiam. Et in-
vocábitis me, & íbitis: & orá-
bitis me, & ego exaúdiam vos.
Quærétis me, & inveniétis;
cùm quæſiéritis me in toto
corde veſtro. Et invéniar à vo-
bis, ait Dóminus: & redúcam
captivitátem veſtram, & con-
gregábo vos de univérſis gén-
tibus, & de cunctis locis ad

quæ éxpuli vos, dicit Dóminus; & revérti vos fáciam de loco ad quem tranſmigráre vos feci. Hæc dicit.

℟. Collegérunt Pontífices & Phariſæi concílium, & dicébant: Hic homo multa ſigna facit, ſi dimíttimus eum ſic, omnes credent in eum: * Ab illo ergo die cogitavérunt ut interfícerent Jeſum. *Joan.* 11. 47. 48. 53. ℣. Dixérunt ímpii cogitántes apud ſe non rectè: Morte turpíſſimâ condemnémus eum. *Sap.* 2. 1. 20.* Ab illo. *Repetitur* ℟. Collegérunt.

AD LAUDES MATUTINAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* a.

DEus, ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo. *Pſ.* 85. 14.

Ant. 8. G. Dixérunt: Circunveniámus juſtum, quóniam contrárius eſt opéribus noſtris, & impróperat nobis peccáta legis. *Sap.* 2. 1. 12.

Ant. 7. *d.* Factus eſt nobis in traductiónem cogitatiónum noſtrárum: gravis eſt nobis étiam ad vidéndum. *Sap.* 2. 14. 15.

Ant. 8. c. Contumélîâ & torménto interrogémus eum, ut ſciámus reveréntiam ejus, & probémus patiéntiam illíus. *Sap.* 2. 19.

Ant. 7. a. Hæc cogitavérunt, & erravérunt; excæcávit enim illos malítia eórum *Sap.* 2. 21.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. Juſtificábit ipſe multos, & iniquitátes eórum ipſe portábit Ideo diſpértiam ei plúrimos pro eo quòd trádidit in mortem ánimam ſuam. *Iſai.* 53. 11

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, da nobis ita Dominicæ Paſſiónis ſacraménta perágere, ut indulgéntiam percípere mereámur; Per.

CANON.

Ex Concílio Aurelianénſi quarto.

An. 541. *can.* 3.

QUiſquis de prióribus civibus Paſcha extra civitátem tenére volúerit, ſciat ſibi à cuncta Synodo eſſe prohíbitum: ſed principáles feſtivitátes ſub præſéntia Epíſcopi téneant, ubi ſanctum decet eſſe convéntum. Tamen ſi aliquis certâ neceſſitáte conſtringátur, ut hoc implére non poſſit, ab Epíſcopo póſtulet commeátum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus Pſalmi Feriales.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. Fílius hóminis venit dare ánimam ſuam redemptiónem pro multis. *Matt.* 20. 28.

Oratio.

SAnctífica, Dómine, jejúnium noſtrum; ut in quo noſter extérior attéritur homo, dilatétur intérior; Per

FERIA QUARTA.

Incipit liber Baruch prophétæ.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

ET hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch filius Nériæ, filii Maáſiæ, filii Sedéciæ, filii Sédeï, filii Hélciæ, in Babylónia; in anno quinto, in ſéptimo die menſis, in témpore quo cepérunt Chaldæi Jerúſalem, & ſuccendérunt eam igni. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoníæ filii Jóakim regis Juda, & ad aures univérſi pópuli veniéntis ad librum, & ad aures poténtium filiórum regum, & ad aures preſbyterórum, & ad aures pópuli, à mínimo uſque ad máximum eórum ómnium habitántium in Babylónia, ad flumen Sodi. Qui audiéntes plorábant, & jejunábant, & orábant in conſpéctu Dómini. Hæc dicit.

℟. Appropinquábat dies feſtus azymórum, qui dícitur Paſcha. Tunc congregáti ſunt Príncipes Sacerdótum, & Senióres, * Et consílium fecérunt ut Jeſum dolo tenérent, & occíderent. *Luc.* 22. 1. *Matt.* 26. 3. 4. ℣. Príncipes convenérunt in unum advérsùs Dóminum, & advérsùs Chriſtum ejus. *Pſ.* 2. 2.* Et consílium.

Lectio ij. *c.* 3. 1. *ad* 4.

ET nunc Dómine omnípotens, Deus Iſraël, ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te; Audi Dómine, & miſerére; quia Deus es miſéricors, & miſerére noſtrî; quia peccávimus ante te. Quia tu ſedes in ſempitérnum, & nos períbimus in ævum? Dómine omnípotens, Deus Iſraël, audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël, & filiórum ipſórum, qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, & agglutináta ſunt nobis mala. Hæc dicit.

℟. Quærébant quómodo Jeſum dolo tenérent, & occíderent. * Timébant verò plebem. Dicébant autem: Non in die feſto, ne fortè tumúltus fíeret in pópulo. *Marc.* 14. 1. *Luc.* 22. 2. *Marc.* 14. 2. ℣. Qui inquirébant mala, locúti ſunt vanitátes; & dolos totâ die meditabántur. *Pſ.* 37. 13.* Timébant.

Lectio iij. *v.* 5. *ad* 8.

NOli meminíſſe iniquitátum patrum noſtrórum, ſed meménto manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto; quia tu es Dóminus Deus noſter, & laudábimus te Dómine; quia propter hoc dediſti timórem tuum in córdibus noſtris, & ut invocémus nomen tuum, & laudémus te in captivitáte noſtra, quia convértimur ab iniquitáte patrum noſtrórum, qui peccavérunt ante te. Et ecce nos in captivitáte noſtra ſumus hódie, quâ nos diſpersíſti in impropérium, & in maledi-

ctum, & in peccátum, ſecúndùm omnes iniquitátes patrum noſtrórum, qui receſſérunt à te, Dómine Deus noſter. Hæc dicit.

℟. Intrávit ſátanas in Judam, & * Locútus eſt cum Princípibus Sacerdótum quemádmodum Jeſum tráderet eis. Et pacti ſunt pecúniam illi dare; & ſpopóndit. *Luc.* 22. 3. 4. 5. 6. ℣. Sedet peccátor in insídiis cum divítibus in occúltis, ut interfíciat innocéntem. *Pſ.* 9. 29. * Locútus eſt. *Repetitur* ℟. Intravit.

AD LAUDES MATUTINAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni.* G.

A Udívi vituperatiónem multórum dum convenírent ſimul advérsùm me; accípere ánimam meam conſiliáti ſunt. *Pſ.* 30. 14.

Ant. 7. d. Deſpiciébant me, & detrahébant mihi; & quem máximè diligébam, averſátus eſt me. *Job* 19. 18. 19.

Ant. 8. c. Et quidem Fílius hóminis ſecúndùm quod definítum eſt, vadit: verúntamen væ hómini illi, per quem tradétur. *Luc.* 22. 22.

Ant. 6. F. Quod ſcriptum eſt, opórtet impléri in me: étenim ea quæ ſunt de me, finem habent. *Luc.* 22. 37.

Ant. 2. D. Ecce appropinquávit hora, & Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. *Matt.* 26. 45.

Ad Benedíctus, *A*
Sagítta vúlnerans li
rum, dolum locúta e
ſuo pacem cum amí
quitur, & occúltè po
sídias. *Jer.* 9. 8.

Oratio.

P Ræſta, quæſumu
potens Deus, u
noſtris excéſſibus ir
afflígimur, per unig
tui paſſiónem liberér
tecum vivit.

CANO

Ex Concílio Aure
quinto.

An. 549. *can.*

N Ullus Sacerdótu
piam rectæ fid
nem pro parvis & lév
ſis à communióne ſi
præter eas culpas,
bus antíqui Patres
ſia arcéri juſſérunt
téntes.

AD VESPE

Antiphona de L
Pſalmi Feriales.

Capitulum, *Hy*
℣. *ſuprà*, 219. & 2

Ad Magníficat, *A*
Quærébat Judas
opportunitátem, ut
Jeſum ſine turbis. *Lu*

Non dicuntur Pre

Oratio.

P Ietas tua, Dóm
ſtrórum ſúpplea
ciéntiæ jejuniórum;
res effécti, cráſtinâ
cratíſſimam cœnam
mereámur; Per Dó

LETORIUM, *om-*
ılterio.
eriis ſequentibus,
Nocturna, Laudes,
cipitur abſolutè in
ıſitione Antiphonæ
ıras verò & Com-
ipſis Pſalmis.
tum Officium ſine
: Antiphonarum,
'atri, *in fine Pſal-*

morum & Reſponſoriorum, ſine Dóminus vobíſcum, *& ſine* Benedicámus Dómino. *Non dicuntur etiam* ℣. *Sacerdotalis, Hymni, Capitula, & Reſponſoria brevia.*

In fine cujuſlibet Lectionis ad Officium Nocturnum extinguitur unus ex cereis in candelabro triangulari ante altare accenſis.

RIA QUINTA
IN
NA DOMINI.

FFICIUM
TURNUM.
OCTURNO.
. Sciens Jeſus.
ılmus 2.
e fremuérunt gen-
' & pópuli medi-
ſunt inánia?
reges terræ, &
nvenérunt in u-
rsùs Dóminum,
Chriſtum ejus.
nus víncula eó-
rojiciámus à no-
ſórum.
itat in cœlis irri-
& Dóminus ſub-

uétur ad eos in
in furóre ſuo con-

n conſtitútus ſum

rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hereditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tanquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite; * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínam, * nequándo iraſcátur Dóminus, & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confidunt in eo.

Ant. Sciens Jeſus quia venit hora ejus ut tránſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexíſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. *Joan.* 13. 1.

Ant. 2. *D.* Cœpit.

Pſalmus 30.

IN te Dómine ſperávi: non confúndar in ætérnum: * in juſtítia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Eſto mihi in Deum protectórem, * & in domum refúgii, * ut ſalvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abſcondérunt mihi; * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas commméndo ſpíritum meum; * redemíſti me Dómine Deus veritátis.

Odíſti obſervántes vanitátes * ſupervácuè.

Ego autem in Dómino ſperávi: * exultábo, & lætábor in miſericórdia tua;

Quóniam reſpexíſti humilitátem meam; * ſalváſti de neceſſitátibus ánimam meam;

Nec concluſíſti me in mánibus inimíci; * ſtatuíſti in loco ſpatióſo pedes meos.

Miſerére meî Dómine quóniam tríbulor: * conturbátus

est in ira óculus m
mea, & venter m

Quóniam deféc
vita mea, * & ani
mítibus.

Infirmáta eſt in
virtus mea, * & oſ
turbáta ſunt.

Super omnes ini
factus ſum oppróbr
cínis meis valde;
notis meis;

Qui vidébant i
fugérunt à me:

Oblivióni datu
quam mórtuus à c
ctus ſum tanquam
tum:

Quóniam audív
tiónem multórum
rántium in circú
dum convenírent ſ
sùm me; * accípe
meam conſiliáti ſu

Ego autem in
Dómine; * dixi,
es tu: in mánibus
meæ;

Eripe me de ma
rum meórum, *
quéntibus me.

Illúſtra fáciem
ſervum tuum, *
fac in miſericórdia

Dómine non
quóniam invocáv
béſcant ímpii, &
in inférnum.

Muta fiant lábia
quæ loquúntur ad
ſtum iniquitátem i
& in abuſióne.

Cœpit laváre pedes
rum. Dicit ei Pe-
ómine, non lavábis
es in ætérnum. *Joan.*

. E. Reſpóndit Jeſus.
viſio Pſalmi 30.
n magna multitúdo
édinis tuæ Dómine,*
ſcondíſti timéntibus

íſti eis, qui ſperant in
conſpéctu filiórum
.
ndes eos in abſcón-
i tuæ, * à conturba-
minum.
es eos in tabernáculo
à contradictióne lin-

ctus Dóminus; *quó-
irificávit miſericór-
m mihi in civitáte

item dixi in excéſſu
eæ: * Projéctus ſum
culórum tuórum.
xaudíſti vocem ora-
æ, * dum clamárem

e Dóminum omnes
; * quóniam veri-
uíret Dóminus, &
abundánter faciénti-
biam.
r ágite, & conforté-
ſtrum, * omnes qui
Dómino.
eſpóndit Jeſus: Si
o te, non habébis
ecum. Dicit Petrus:
non tantùm pedes
meos, ſed & manus & caput. *Joan.* 13. 8. 9.

℣. Lavábis me Dómine, ℟. Et ſuper nivem dealbábor. *Pſ.* 50. 9.

Hoc triduo, poſt ℣. cujuſque Nocturni, Pater *dicitur integrè & ſecretò. Non datur Benedictio ante Lectiones; nec in earum fine dicitur,* Hæc dicit, *vel* Tu autem.

Incipit Lamentátio Jeremíæ prophétæ.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 3.

QUómodo ſedet ſola cívitas plena pópulo? facta eſt quaſi vídua dómina géntium; Princeps provinciárum facta eſt ſub tribúto. Plorans plorávit in nocte, & lácrymæ ejus in maxíllis ejus: non eſt qui conſolétur eam ex ómnibus caris ejus: omnes amíci ejus ſprevérunt eam, & facti ſunt ei inimíci. Migrávit Judas propter afflictiónem, & multitúdinem ſervitútis: habitávit inter gentes, nec invénit réquiem: omnes perſecutóres ejus apprehendérunt eam inter anguſtias.

℟. Cœnántibus diſcípulis, accépit Jeſus panem, & ait: Comédite, hoc eſt corpus meum. * Et accípiens Jeſus cálicem, dedit illis, dicens: Bíbite; hic eſt ſanguis meus novi teſtaménti, qui pro multis effundétur. *Matt.* 26. 26. 27. 28. ℣. Móyſes ſánguinem reſpérſit in pópulum, & ait: [illegible]

eſt ſanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobiſcum. *Exod.* 24. 8. * Et accípiens.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 6.

VIæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui véniant ad ſolemnitátem : omnes portæ ejus deſtrúctæ : ſacerdótes ejus geméntes : vírgines ejus ſquálidæ; & ipſa oppréſſa amaritúdine. Facti ſunt hoſtes ejus in cápite, inimíci ejus locupletáti ſunt ; quia Dóminus locútus eſt ſuper eam propter multitúdinem iniquitátum ejus : párvuli ejus ducti ſunt in captivitátem ante fáciem tribulántis. Et egréſſus eſt à fília Sion omnis decor ejus : facti ſunt príncipes ejus velut aríetes non inveniéntes páſcua ; & abiérunt abſque fortitúdine ante fáciem ſubſequéntis.

℟. Unus veſtrûm me traditúrus eſt. * Qui intíngit mecum manum in parópſide, hic me tradet : væ hómini illi ; bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet. *Matt.* 26. 21. 23. 24. ℣. Homo pacis meæ qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem. *Pſ.* 40. 10. * Qui intíngit.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 9.

REcordáta eſt Jerúſalem diérum afflictiónis ſuæ, & prævaricatiónis ómnium deſiderabílium ſuórum, quæ habúerat à diébus antíquis, cùm cáderet pópulus ejus in manu hoſtíli, & non eſſet auxiliátor : vidérunt eam hoſtes,

& deriſérunt ſábbata e
cátum peccávit Je
proptérea inſtábilis
omnes, qui glorificá
ſprevérunt illam ; q
runt ignomíniam e
autem gemens convé
trórſùm. Sordes ejus
bus ejus, nec reco
finis ſui : depóſita
ménter, non habens
tórem : vide Dómine
nem meam, quónia
eſt inimícus.

℟. Omnes vos ſ
patiémini in me in i
Scriptum eſt enim : P
paſtórem, * Et diſ
oves gregis. *Matt.*
℣. Frámea ſuſcitáre
ſtórem meum, dici
nus : pércute paſtóre
13. 7. * Et diſpergé
petitur ℟. Omnes v

IN II. NOCTU

Ant. 8. G. Dixit

Pſalmus 34.

JUdica Dómine
me ; * expúgna i
tes me.

Apprehénde arm
tum ; * & exúrge i
rium mihi.

Effúnde frámeam
clúde advérsùs eos
quúntur me : * di
meæ : Salus tua eg

Confundántur &
tur * quæréntes ánima

Avertántur retró
confundántur * cogi
hi mala.

anquam pulvis ante
enti ; * & Angelus
oárctans eos.
illórum ténebræ , &
; * & Angelus Dó-
equens eos ;
am gratìs abſcondé-
i intéritum láquei
rvácuè exprobravé-
am meam.
illi láqueus quem
& cáptio quam ab-
apprehéndat eum ; *
eum cadat in ipſum.
autem mea exultábit
io , * & delectábitur
itári ſuo.
oſſa mea dicent : *
, quis ſímilis tibi ?
is ínopem de manu
i ejus , * egénum
em à diripiéntibus

)ixit Jeſus : Filíoli ,
nódicùm vobíſcum
andátum novum do
t diligátis ínvicem ,
exi vos. *Joan.* 13.

. F. Hora jam venit.
viſio Pſalmi 34.
tes teſtes iníqui , *
gnorábam interrogá-

uébant mihi mala
s , * ſterilitátem áni-

item cùm mihi mo-
t , * induébar cilício.
ábam in jejúnio áni-
am , * & orátio mea
eo convertétur.

Quaſi próximum , & quaſi fratrem noſtrum , ſic complacébam : * quaſi lugens & contriſtátus ſic humiliábar.

Et advérsùm me lætáti ſunt, & convenérunt : * congregáta ſunt ſuper me flagélla , & ignorávi.

Diſſipáti ſunt , nec compúncti ; tentavérunt me , ſubſannavérunt me ſubſannatióne ; * frenduérunt ſuper me déntibus ſuis.

Dómine , quando reſpícies ? * reſtítue ánimam meam à malignitáte eórum , à leónibus únicam meam.

Ant. Hora jam venit , ut diſpergámini unuſquíſque. In mundo preſſúram habébitis ; ſed confídite , ego vici mundum. *Joan.* 16. 32. 33.

Ant. 4. *E.* Ut cognóſcat mundus.

Altera diviſio Pſalmi 34.

Confitébor tibi in ecclésia magna , * in pópulo gravì laudábo te.

Non ſupergaúdeant mihì qui adverſántur mihi iníquè ; * qui odérunt me gratìs , & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebántur ; * & in iracúndia terræ loquéntes , dolos cogitábant.

Et dilatavérunt ſuper me os ſuum :* dixérunt : Euge, euge, vidérunt óculi noſtri.

Vidíſti Dómine , ne síleas ; * Dómine ne diſcédas à me.

Exúrge , & inténde ju...

meo ; * Deus meus, & Dóminus meus in cauſam meam.

Júdica me ſecúndùm juſtítiam tuam, Dómine Deus meus ; * & non ſupergaúdeant mihi.

Non dicant in córdibus ſuis : Euge, euge, ánimæ noſtræ : * nec dicant : Devorávimus eum.

Erubéſcant, & revereántur ſimul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confuſióne & reveréntiâ, * qui magna loquúntur ſuper me.

Exúltent & læténtur qui volunt juſtítiam meam : * & dicant ſemper : Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem ſervi ejus.

Et lingua mea meditábitur juſtítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Ant. Ut cognóſcat mundus quia díligo Patrem, & ſicut mandátum dedit mihi Pater, ſic fácio ; Súrgite, eámus hinc. *Joan.* 14. 31.

℣. Deo ſubjécta eſto ánima mea ; ℟. Quóniam ab ipſo patiéntia mea. *Pſ.* 61. 6.

De Sermóne ſancti Leónis papæ.

Serm. 7. *de Paſſione Domini*, *cap.* 1. 2.

Lectio iv.

INcipiéntes, dilectíſſimi, de Paſſióne Dómini tractáre, *divíno* intellígimus diſpóſitum fuíſſe consilio, ut ſacrílegi Judæórum Príncipes, & ímpii Sacerdótes . . . n in ſolemnitáte Paſcháli céndi furóris ſui acc poteſtátem. Oportébat manifésto impleréntur quæ diu fúerant figurát míſſa myſtério ; ut oven ficatívam ovis vera re ret, & ut uno expleré crifício variárum diff victimárum. . . . Ut erg bræ céderent córpori, ſárent imágines ſub pr veritátis ; antíqua obſe novo exclúditur Sacrar hóſtia in hóſtiam tranſ guine ſanguis aufértur : gális feſtívitas dum m implétur. Incipiénte er ſtivitáte Paſcháli, qui templum, vaſa mundá ctimas providére debúe parricidális ódii furór cépto, ad unum opus & in unum fácinus ſim delitáte conjúrant. Qu cutúri ſupplício innoc condemnatióne juſtíti ut & nova myſtéria n prehénderent, & antíq lárent ?

℟. Cœpit Jeſus cor & mœſtus eſſe. Tur Triſtis eſt ánima mea ad mortem : * Suſtiné & vigiláte mecum. *M* 37. 38. ℣. Circund me contritiónes mor tribulatióne mea in Dóminum. 2. *Reg.* 22 * Suſtinéte hic, & mecum.

. *cap.* 2. 3.
déntibus ergo Princí-
s, ne in die feſto tu-
rirétur; non devo-
l facínori ſtudebátur;
gióni ſerviébat hæc
d crímini;... ſeditió-
n turbárum fieri in
. ſolemnitáte metué-
n ut pópulus non pec-
:d ne Chriſtus eváde-
eſus consílii ſui cer-
n ópere patérnæ diſ-
s intrépidus, vetus
tum conſummábat,
m Paſcha condébat.
éntibus enim diſcí-
edéndam myſticam
cùm in Cáïphæ átrio
ır, quómodo Chri-
:t occídi; ille córporis
inis ſui órdinans Sa-
ım, docébat qualis
ia debéret offérri; ne
uidem myſtério tra-
bmóto: ut oſtende-
lâ injúriâ exaſperátus,
oluntária erat impie-
ſcitus.... Dicens íta-
ninus: [Amen dico
uòd unus veſtrûm me
s eſt;...] non áſperâ,
â ímpium increpatió-
índens, ſed leni ac
dmonitióne convé-
t facíliùs corrígeret
, quem nulla defor-
ojéctio.
cidit in fáciem ſuam,
ater mi, ſi poſsíbile
ſeat à me calix iſte;
m * Non mea vo-
lúntas, ſed tua fiat. *Matt.* 26. 39. *Luc.* 22. 42. ℣. Sicut fúerit volúntas in cœlo, ſic fiat. 1. *Mach.* 3. 60. * Non mea volúntas.

Lectio vj. *cap.* 3. 4.

CUr infélix Juda, tantâ benignitáte non úteris? Ecce parcit aúſibus tuis Dóminus, nulli te, niſi tibi índicat Chriſtus: nec nomen tuum, nec perſóna detégitur, ſed veritátis & miſericórdiæ verbo, cordis tantùm tui arcána tangúntur. Non Apoſtólici órdinis honor, non ſacramentórum tibi commúnio denegátur. Redi in íntegrum, & depóſito furóre reſipíſce. Cleméntia invítat, ſalus pulſat, ad vitam vita te révocat. Ecce immaculáti & innocéntes condiſcípuli tui ad ſignificatiónem facínoris expavéſcunt, & omnes ſibi non édito impietátis autóre formídant:... timéntes ne minùs verum eſſet, quod in ſe quiſque nóverat, quàm quòd ipſa Véritas prævidébat. Tu autem... abúteris Dómini patiéntiâ, & abſcóndi te tuâ credis audáciâ.... Dénique videns Dóminus, cui flagítio Judas eſſet inténtus, [Quod facis,] inquit, [fac cítiùs.] Vox hæc, non jubéntis eſt, ſed ſinéntis; nec trépidi, ſed paráti: qui habens ómnium témporum poteſtátem, oſténdit ſe moram non fácere traditóri, & ſic ad redemptiónem mundi pat-

nam éxequi voluntátem : ut fácinus, quod à perſequéntibus parabátur, nec impélleret, nec timéret.

℟. Venit ad diſcípulos ſuos, & invénit eos dormiéntes, & dicit : * Sic non potuíſtis unâ horâ vigiláre mecum ? vigiláte, & oráte ut non intrétis in tentatiónem. *Matt.* 26. 40. 41. ℣. Impropérium expectávit cor meum, & miſériam : & ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit. *Pſ.* 68. 21. * Sic non potuíſtis. *Repetitur* ℟. Venit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Appáruit Jeſu.

Pſalmus 39.

EXpéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi ;

Et exaudívit preces meas : * & edúxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſupra petram pedes meos ; * & diréxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum novum, * carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi & timébunt, * & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus, * & non reſpéxit in vanitátes, & inſánias falſas.

Multa feciſti tu Dómine Deus meus mirabília tua : * & cogitatiónibus tuis non eſt qui ſímilis ſit tibi.

Annuntiávi & locútu multiplicáti ſunt ſuper rum.

Sacrifícium & obla noluíſti ; * aures auten cíſti mihi.

Holocaúſtum & pro to non poſtuláſti : * tur Ecce vénio.

In cápite libri ſcript de me : ut fácerem volu tuam Deus meus vól legem tuam in médio mei.

Ant. Appáruit Jeſu lus de cœlo, confórtan & factus in agónia, p orábat. *Luc.* 22. 43.

Ant. 1. *a.* Factus eſ

Diviſio Pſalmi 3

ANnuntiávi juſtítia in ecclésia magna lábia mea non proh Dómine tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non di in corde meo : * tem tuam, & ſalutáre dixi.

Non abſcóndi miſ diam tuam, & veritáten à concílio multo.

Tu autem Dómine gè fácias miſeratiónes me : * miſericórdia tua ritas tua ſemper ſuſc me.

Quóniam circund me mala, quorum non merus ; * comprehe me iniquitátes meæ, pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſ

:ápitis mei, * & cor
derelíquit me.
pláceat tibi Dómine ut
ie; * Dómine ad adju-
ı me réſpice.
fundántur & revereán-
ıul qui quærunt áni-
neam, * ut aúferant

ıvertántur retrórsùm,
:reántur * qui volunt
ala.
nt confeſtim confuſió-
am, * qui dicunt mihi:
euge.
tent, & lætentur ſuper
es quæréntes te; * &
ſemper: Magnificétur
ıus, qui díligunt ſalu-
um.
autem mendícus ſum,
ɔer: * Dóminus ſolí-
ſt meî.
ítor meus, & protéctor
u es: * Deus meus ne
:ris.
Factus eſt ſudor ejus,
ıttæ ſánguinis decurrén-
erram. *Luc.* 22. 44.
7. d. Cùm ſurrexíſſet.
Pſalmus 40.
tus qui intélligit ſuper
énum & paúperem; *
nala liberábit eum Dó-

ıinus conſérvet eum, &
:t eum, & beátum fá-
m in terra, * & non
eum in ánimam inimi-
ejus.
minus opem ferat illi
ectum dolóris ejus; *
univérſum ſtratum ejus verſáſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi; * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur; * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur forâs, * & loquebátur in idípſum.

Advérsùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei, * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt advérsùm me: * nunquid qui dormit non adjíciet ut reſúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem Dómine miſerére meî, & reſſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluíſti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti, * & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum. * Fiat, fiat.

Ant. Cùm ſurrexíſſet ab oratióne, dénuo invénit diſcipu-

Lectio vij. *c.* 11. 17. *ad* 22.

HOc præcípio, non laudans quòd non in mélius, ſed in detérius convenítis. Primùm quidem conveniéntibus vobis in Eccléſiam, aúdio ſciſſúras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam opórtet & hæreſes eſſe, ut & qui probáti ſunt, maniféſti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non eſt Domínicam cœnam manducáre. Unuſquíſque enim ſuam cœnam præſúmit ad manducándum. Et álius quidem éſurit; álius autem ébrius eſt. Nunquid domos non habétis ad manducándum & bibéndum? aut Eccléſiam Dei contémnitis, & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

℟. Ecce turba, & Judas antecedébat eos: & appropintur; hoc fácite in meam memoratiónem. Simil cálicem, poſtquam co dicens: Hic calix nov ſtaméntum eſt in meo ne; hoc fácite quotie bibétis, in meam c moratiónem. Quotie enim manducábitis hunc, & cálicem mortem Dómini ann tis donec véniat.

℟. Dixit eis Jéſus quæritis? Reſpondéru ſum Nazarénum. Dici Ego ſum. * Ut dixit ei ſum; abiérunt retrór cecidérunt in terram. 18. 4. 5. 6. ℣. Dum piant nocéntes, ipſi i ſunt, & cecidérunt. P * Ut dixit eis.

Lectio ix. *v.* 27.

ITaque quicúnque cáverit panem hun

ìini. Ideo inter
nſirmi & imbe-
dórmiunt multi.
ſmetípſos dijudi-
n útique judica-
ı judicámur au-
nino corrípimur,
hoc mundo dam-
ue, fratres mei,
ítis ad manducán-
:m expectáte. Si
domi mandúcet;
lícium conveniá-
utem, cùm véne-
n.
am ad latrónem
gládiis & fústibus
ere me: quotídie
débam docens in
ıon me tenuíſtis:
t hora veſtra, &
brárum. *Matt. 26.*
3. ℣. Ecce in má-
ſum: fácite mihi
ı eſt in óculis ve-
5. 14. * Hæc eſt.
Tanquam.
nito, inchoantur
ıtinæ ab impoſitio-
:tiphonæ in Choro.
A U D E S
U T I N A S.
). Conclúſit me.
mus 54.
Deus oratiónem
& ne deſpéxeris
m meam: * in-
& exaúdi me.
us ſum in exercí-
, * & conturbá-
ɔce inimíci, & à
peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes; * & in ira moléſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me, * & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor & tremor venérunt ſuper me; * & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut colúmbæ? * & volábo, & requiéſcam.

Ecce elongávi fúgiens, * & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, * & tempeſtáte.

Præcípita Dómine, dívide linguas eórum; * quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúndabit eam ſuper muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injuſtítia;

Et non defécit de platéis ejus * uſúra, & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixíſſet mihi, * ſuſtinuíſſem útique:

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuíſſet, * abſcondíſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò homo unánimis, * dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiébas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſénſu.

Véniat mors ſuper illos, * & deſcéndant in inférnum viventes:

los dormiéntes, & ait: Súrgite, eámus: ecce qui me tradet, propè eſt. *Luc.* 22. 45. *Marc.* 14. 40. 42.

℣. Ecce cepérunt ánimam meam; ℟. Irruérunt in me fortes. *Pſ.* 58. 4.

De Epíſtola prima beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

Lectio vij. *c.* 11. 17. *ad* 22.

HOc præcípio, non laudans quòd non in mélius, ſed in detérius convenítis. Primùm quidem conveniéntibus vobis in Eccléſiam, aúdio ſciſſúras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam opórtet & hæreſes eſſe, ut & qui probáti ſunt, maniféſti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non eſt Domínicam cœnam manducáre. Unuſquíſque enim ſuam cœnam præſúmit ad manducándum. Et álius quidem éſurit; álius autem ébrius eſt. Nunquid domos non habétis ad manducándum & bibéndum? aut Eccléſiam Dei contémnitis, & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

℟. Ecce turba, & Judas antecedébat eos; & appropinquávit Jeſu ut oſcularétur eum. Jeſus autem dixit illi: * Juda, óſculo Filium hóminis tradis. *Luc.* 22. 47. 48. ℣. Tu homo unánimis, qui ſimul mecum dulces capiébas cibos. *Pſ.* 54. 14. 15. * Juda, óſculo.

Lectio viij. *v.* 23. *ad* 26.

EGo enim accépi à Dómino quod & trádidi vobis; quóniam Dóminus Jeſus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite, & manducáte: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradétur; hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter & cálicem, poſtquam cœnávit, dicens: Hic calix novum teſtaméntum eſt in meo ſánguine; hoc fácite quotieſcúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotieſcúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. Dixit eis Jéſus: Quem quæritis? Reſpondérunt: Jeſum Nazarénum. Dicit Jeſus: Ego ſum. * Ut dixit eis: Ego ſum; abiérunt retrórsùm, & cecidérunt in terram. *Joan.* 18. 4. 5. 6. ℣. Dum apprópiant nocéntes, ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt. *Pſ.* 26. 2. * Ut dixit eis.

Lectio ix. *v.* 27. *ad fin.*

ITaque quicúnque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígnè, reus erit córporis & ſánguinis Dómini. Probet autem ſeípſum homo: & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim mandúcat & bibit indígnè, judícium ſibi mandúcat & bibit, non dijúdicans

qui cuſtodiébant
m, consílium fe-
ıum,
: Deus derelíquit
juímini, & com-
eum ; * quia non
iat.
elongéris à me ; *
n auxílium meum

intur & defíciant
ánimæ meæ ; *
confuſióne & pu-
ıærunt mala mihi.
m ſemper ſperá-
ciam ſuper omnem
ı.
m annuntiábit ju-
n, * totâ die ſalu-

ı non cognóvi lit-
introíbo in potén-
i : * Dómine me-
ſtítiæ tuæ ſolíus.
cuíſti me à juven-
* & uſque nunc
mirabília tua.
in ſenéctam & ſé-
us ne derelínquas

ıúntiem bráchium
ratióni omni quæ
,
ı tuam, & juſtí-
Deus, uſque in
uæ fecíſti magná-
quis ſímilis tibi ?
oſtendíſti mihi tri-
nultas & malas, *
vivificáſti me, &
rræ íterum redu-

Multiplicáſti magnificéntiam tuam ; * & convérſus conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam, Deus ; * pſallam tibi in cíthara, ſanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi ; * & ánima mea quam redemíſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam, * cùm confúſi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Dixérunt : Devorábimus ; en iſta eſt dies quam expectabámus : invénimus, vídimus. *Thren.* 2. 16.

Ant. 4. *irr.* c. Noti mei.

Canticum. 2. *Reg.* 22. 2. *ad* 7.

DOminus petra mea, & robur meum, * & ſalvátor meus.

Deus fortis meus, ſperábo in eum : * ſcutum meum, & cornu ſalútis meæ :

Elevátor meus, & refúgium meum, * ſalvátor meus de iniquitáte liberábis me.

Laudábilem invocábo Dóminum ; * & ab inimícis meis ſalvus ero.

Quia circundedérunt me contritiónes mortis ; * torréntes Bélial terruérunt me.

Funes inferni circundedérunt me ; * prævenérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocábo Dóminum, * & ad Deum meum clamábo :

Et exaúdiet de templo ſuo

vocem meam, * & clamor meus véniet ad aures ejus.

Ant. Noti mei quaſi aliéni receſſérunt à me: & qui me nóverant, obliti ſunt mei. *Job* 19. 13. 14.

Ant. 8. G. Factus ſum.

Pſalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis; * laudáte eum in excélſis:

Laudáte eum omnes Angeli ejus; * laudáte eum omnes virtútes ejus:

Laudáte eum ſol & luna; * laudáte eum omnes ſtellæ & lumen:

Laudáte eum cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini,

Quia ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: * præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abyſſi;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béſtiæ & univérſa pécora, * ſerpéntes & vólucres pennátæ.

Reges terræ & omnes pópuli, * príncipes, & omnes júdices terræ,

Júvenes & virgin
cum junióribus lau
men Dómini; * qu
tum eſt nomen ejus

Conféſſio ejus ſup
& terram; * & exalt
pópuli ſui.

Hymnus ómnibu
ejus, * fíliis Iſraël
appropinquánti ſibi.

Ant. Factus ſu
brium vicínis meis;
notis meis: factus
quam vas pérditum.

Ad Benedíctus,
Manus injecérunt i
& tenuérunt eum. T
puli ejus relinquén
omnes fugérunt. *Ma*
50.

Dum dicitur hæc
poſt Benedíctus, *ex*
omnia per Eccleſian
ria, *&* *ultimus c*
lampas circa altar
amovetur.

Finitâ Antiphonâ,
flexis genibus, Kyrie
cum Verſibus ſequen

Pueri retro altare

Kyrie eléïſon.
Kyrie eléïſon.
Kyrie eléïſon.

Duo de Choro in med

℣. Qui veníſti dar
tuam, redemptiónem
tis. *Matt.* 20. 28.

Chorus ſubjung

℟. Dómine miſeré
Chriſtus Dóminus f
obédiens uſque ad
Iſai. 33. 2. *Philipp.*

Pueri;
ſte eléïſon.
ſte eléïſon.
ſte eléïſon.
: *Choro*, ℣. Qui exal-
erra ómnia traxíſti ad
Joan. 12. 32.
:, ℟. Dómine miſe-
:î. Chriſtus Dóminus
t obédiens uſque ad

Pueri,
eléïſon.
eléïſon.
eléïſon.
: *Choro*, ℣. Qui lo-
»er os Prophétæ: Ero
, ô mors. *Luc*. 1. 70.
14.
:, ℟. Dómine miſe-
:rî. Chriſtus Dómi-
s eſt obédiens uſque
m.
Choro cantant lentè,
autem Crucis.
inuò unuſquiſque di-
entio Pſalmum Miſe-
Deus, 62. *& Ora-*
'quentem ſine Dómi-
.ſcum, *& ſine* Oré-

Oratio.
ce, quæſumus, Dó-
e, ſuper hanc famí-
n, pro qua Dóminus
:ſus Chriſtus non du-
ıánibus tradi nocén-
:rucis ſubíre tormén-
ıi tecum vivit & re-
ıs. ℟. Amen.
: *finitis dignior Chori*
:*liquantùm*, *ſtatim*
'erna.

que profertur cereus accenſus qui ſublatus fuerat, & omnes cum ſilentio diſcedunt.

AD HORAS.

Abſolutè inchoatur à Pſalmis de Dominica, (qui recto vocis tono cantantur,) excepto quòd ad Primam locò Pſalmi, Confitémini, *dicitur Pſalmus*, Deus in nómine tuo ſalvum me fac, 63. *omiſſo quoque Symbolo*, Quicúnque. *Quibus finitis dicitur eodem tenore*, Orémus. Réſpice, *ut ſuprà.*

Omittitur Lectio Canonis, &c.

Duobus ſequentibus diebus Horæ non dicuntur in Choro, ſed tantùm privatim. Dicuntur autem ut in hodierna Feria.

AD VESPERAS.

Antiphona 4. *toni*. E.

OCcidétur Chriſtus: & non erit ejus pópulus, qui eum negatúrus eſt. *Dan*. 9. 26.

Pſalmus, Diléxi, quóniam exaúdiet Dóminus, 40.

Ant. 2. D. Dabit percutiénti ſe maxíllam; ſaturábitur oppróbriis. *Thren*. 3. 30.

Pſalmus, Crédidi, propter quod locútus ſum, 40.

Ant. 8. G. Sicut ovis ad occiſiónem ducétur, & quaſi agnus coram tondénte ſe obmutéſcet. *Iſai*. 53. 7.

Pſalmus, Ad Dóminum cùm tribulárer clamávi, 41.

Ant. 7. a. Chriſtus ſemel oblátus eſt ad multórum exhauriénda peccáta. *Hebr*. 9. 28.

Pſalmus, Levávi óculos meos in montes, 41.

Ant. 2. D. Unâ oblatióne conſummávit in ſempitérnum ſanctificátos. *Hebr* 10. 14.

Pſalmus, Beáti omnes qui timent Dóminum, 72.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Cœnántibus eis, accépit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcípulis ſuis: & accípiens cálicem, grátias egit. *Matt.* 26. 26. 27.

Orémus. Réſpice, *ſuprà in Laudibus.*

[*In Choro aut… Antiphonâ, Celebra… ſus ad populum, dici…* vobíſcum; *deinde P… nionem. Et ſic Miſſa… ſimul terminantur.*

COMPLETORIUM *cras non dicitur in … ab unoquoque priva… lutè incipitur à Pſa… bus finitis, contin…* Nunc dimíttis; *dei…* mus. Réſpice, *ſupr…*

FERIA SEXT…

IN PARASCE…

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Ligavérunt Jeſum.

Pſalmus 21.

DEus Deus meus, réſpice in me, quare me dereliquíſti? * longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem, & non exaúdies; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri; * ſperavérunt, & liberáſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum v… non homo; * oppró… minum, & abjéctio…

Omnes vidéntes … ſérunt me: * locúti ſ… & movérunt caput.

Sperávit in Dóm… piat eum; * ſalvum fá… quóniam vult eum.

Quóniam tu es … xíſti me de ventre, * … ab ubéribus matris …

In te projéctus ſu… ro; * de ventre ma… Deus meus es tu; …

Ne diſcéſſeris à me… niam tribulátio pró… quóniam non eſt … juvet.

Circundedérunt m… multi; * tauri pingu… dérunt me.

'unt ſuper me os
icut leo rápiens &

jua effúſus ſum ; *
i ſunt ómnia oſſa

eſt cor meum tan-
liquéſcens * in mé-
; mei.
inquam teſta virtus
ingua mea adhæſit
ieis : * & in púlve-
s deduxíſti me.
im circundedérunt
multi : * concílium
um obſédit me.
it manus meas &
os ; * dinumeravé-
a oſſa mea.
rò conſideravérunt
runt me : * diviſé-
eſtiménta mea , &
m meam miſérunt

n Dómine ne elon-
ilium tuum à me ; *
iónem meam cónſ-

frámea Deus áni-
n , * & de manu ca-
i meam.
ie ex ore leónis , *
ous unicórnium hu-
meam.
nomen tuum frá-
; * in médio ecclé-
o te.
gavérunt Jeſum ; &
t eum ad Annam
rat enim ſocer *Cái-*
erat póntifex anni
18. 12. 13.

Ant. 5. a. Póntifex.

Diviſio Pſalmi 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum ; * univérſum ſemen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne ſemen Iſraël ; * quóniam non ſprevit, neque deſpéxit deprecatiónem paúperis.

Nec avértit fáciem ſuam à me ; * & cùm clamárem ad eum , exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna : * vota mea reddam in conſpéctu timéntium eum.

Edent paúperes , & ſaturabúntur : & laudábunt Dóminum qui requírunt eum : * vivent corda eórum in ſéculum ſéculi.

Reminiſcéntur & converténtur ad Dóminum * univérſi fines terræ.

Et adorábunt in conſpéctu ejus * univérſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum , * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt , & adoravérunt omnes pingues terræ : * in conſpéctu ejus cadent omnes qui deſcéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * & ſemen meum ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur , quem fecit Dóminus.

Ant. Póntifex interrogávit Jeſum de diſcípulis ſuis, & de doctrína ejus. Reſpóndit ei Jeſus : Ego palàm locútus ſum ; intérroga eos qui audiérunt. *Joan.* 18. 19. 20. 21.

Ant. 6. F. Unus.

Pſalmus 55.

MIſerére meî Deus quóniam conculcávit me homo : * totâ die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die ; * quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo :* ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi : * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabántur ; * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcóndent : * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos : * in ira pópulos confrínges.

Deus vitam meam annuntiávi tibi ; * poſuíſti lácrymas meas in conſpéctu tuo, ſicut & in promiſſióne tua.

Tunc converténtur inimíci mei retrórsùm : * in quacúnque die invocávero te, ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo ſermónem :* in Deo ſperávi, no[n] quid fáciat mihi ho[mo]

In me ſunt Deus quæ reddam, * la[udationes] tibi.

Quóniam eripuíſti [animam] meam de morte, [et pedes] meos de lapſu ; * ut [placeam] coram Deo in lúmi[ne viven]tium.

Ant. Unus miniſtr[orum] dit álapam Jeſu, di[cens: Sic] reſpóndes Pontífici ? [...] 22.

℣. Deus Iſraël, p[ropter te] ſuſtínui oppróbrium, [ope]ruit confúſio fácien[...] *Pſ.* 68. 7. 8.

De Lamentatióne J[eremiæ] prophétæ.

Lectio j. *c.* 1. 11

VIde Dómin[e] [et con]sídera quón[iam facta] ſum vilis. O[m]nes qui tranſítis pe[r viam] atténdite, & vidéte [si est do]lor ſicut dolor meu[s: quo]niam vindemiávit me [ut locu]tus eſt Dóminus, in [die iræ] furóris ſui. De excé[lso misit] ignem in óſſibus mei[s, et eru]dívit me : expándit [rete pe]dibus meis ; convért[it me re]trórsùm ; póſuit me [desola]tam, totâ die mœr[ore con]féctam. Vigilávit ju[gum ini]quitátum meárum ; [in manu] ejus convolútæ ſunt [et im]póſitæ collo meo : i[nfirmata] eſt virtus mea : dedit [me Do]minus in manu, de [qua non] pótero ſúrgere.

. Quærébant adversùs
ı teſtimónium, ut eum
tráderent, nec inve-
nt; multi enim teſtimó-
falſum dicébant, * Et
niéntia teſtimónia non
. *Marc.* 14. 55. 56. ℣. In-
érunt in me teſtes iní-
& mentíta eſt iníquitas
ſ. 26. 12. * Et conve-
a.

o ij. *c.* 2. 10. *ad* 12.
lérunt in terra, conti-
ērunt ſenes fíliæ Sion:
erſérunt cínere cápita
accíncti ſunt cilíciis,
runt in terram cápita
írgines Jerúſalem. De-
ınt præ lácrymis óculi
conturbáta ſunt víſce-
a, effúſum eſt in terra
meum ſuper contritió-
iæ pópuli mei, cùm
ret párvulus & lactens
téis óppidi. Mátribus
xérunt: Ubi eſt tríti-
& vinum? cùm defice-
quaſi vulneráti in pla-
vitátis; cùm exhalárent
ſuas in ſinu matrum
ı.

Princeps Sacerdótum
Adjúro te per Deum
, ut dicas nobis ſi tu
riſtus fílius Dei. Dicit
Tu dixíſti. At illi di-
: * Reus eſt mortis.
26. 63. 64. 66. ℣. Lo-
nt Sacerdótes: Judí-
mortis eſt viro huic.
. 26. 11. * Reus eſt

Lectio iij. *v.* 13. *ad* 15.

CUi comparábo te? vel cui aſſimilábo te, fília Jerúſalem? cui exæquábo te, & conſolábor te, virgo fília Sion? magna eſt enim velut mare contrítio tua: quis medébitur tuî? Prophétæ tui vidérunt tibi falſa, & ſtulta; nec aperiébant iniquitátem tuam, ut te ad pœniténtiam provocárent: vidérunt autem tibi aſſumptiónes falſas, & ejectiónes. Plauſérunt ſuper te mánibus omnes tranſeúntes per viam: ſibilavérunt, & movérunt caput ſuum ſuper fíliam Jerúſalem: Hæccine eſt urbs, dicéntes, perfécti decóris, gáudium univérſæ terræ?

℟. Expuérunt in fáciem Jeſu, velavérunt eum, & * Percutiébant fáciem ejus, dicéntes: Prophetíza, quis eſt qui te percúſſit. *Matt.* 26. 67. *Luc.* 22. 64. ℣. Aperuérunt ſuper me ora ſua, & exprobrántes percuſſérunt maxíllam meam. *Job* 16. 11. * Percutiébant. *Repetitur* ℟. Expuérunt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Manè facto.

Pſalmus 56.

MIſerére meî Deus, miſerére meî, * quóniam in te confídit ánima mea;

Et in umbra alárum tuárum ſperábo * donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſſimum, * Deum qui benefécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberávit me; * dedit in opprobrium conculcántes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam, & veritátem ſuam, * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum; dormívi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum arma & ſagíttæ, * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam, * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum; * cantábo, & pſalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara; * exúrgam dilúculò.

Confitébor tibi in pópulis Dómine, * & pſalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta eſt uſque ad cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & ſuper omnem terram glória tua.

Ant. Manè facto, consilium iniérunt ut Jeſum morti tráderent: & vinctum tradidérunt Póntio Piláto præſidi. *Matt.* 27. 1. 2.

Ant. 7. a. Interrogá[...] ſum Præſes.

Pſalmus 58.

E Ripe me de inimíc[...] Deus meus, * & [...] ſurgéntibus in me líber[...]

Eripe me de oper[...] iniquitátem, * & de vi[...] guinum ſalva me.

Quia ecce cepéru[...] mam meam, * irruérun[...] fortes.

Neque iníquitas m[...] que peccátum meum [...] ne: * ſine iniquitáte c[...] & diréxi.

Exúrge in occúrſum [...] & vide: * & tu Dómin[...] virtútum, Deus Iſraël [...]

Inténde ad viſitánd[...] nes gentes; * non mi[...] ómnibus qui operánt[...] quitátem.

Converténtur ad vé[...] & famem patiéntur ut [...] & circuíbunt civitátem[...]

Ecce loquéntur in [...] & gládius in lábiis eó[...] quóniam quis audívit [...]

Et tu Dómine d[...] eos: * ad níhilum [...] omnes gentes.

Ant. Interrogávit [...] Præſes: Tu es Rex Jud[...] Dicit illi Jeſus: Tu d[...] cùm accuſarétur à Prin[...] Sacerdótum, nihil re[...] *Matt.* 27. 11. 12.

Ant. 3. a. Remíſit P[...]

Diviſio Pſalmi [...]

F Ortitúdinem mea[...] cuſtódiam, quia D[...]

s es :* Deus meus,
a ejus præveniet

ſténdet mihi ſuper
ıeos , ne occídas
quándo oblivíſcán-
mei.
: illos in virtúte
póne eos protéctor
ıine.
n oris eórum , ſer-
ıiórum ipſórum ; *
endántur in ſupér-

ecratióne & men-
ntiabúntur in con-
e , * in ira conſum-
& non erunt.
·, quia Deus domi-
cob , * & finium

éntur ad véſperam ,
atiéntur ut canes, *
nt civitátem.
rgéntur ad mandu-
ſi verò non fúerint
murmurábunt.
m cantábo fortitú-
n , * & exultábo
ricórdiam tuam ;
actus es ſuſcéptor
efúgium meum , *
latiónis meæ.
meus tibi pſallam,
; ſuſcéptor meus
s meus miſericór-

miſit Pilátus Jeſum
m : ſprevit autem
des cum exércitu
íſit indútum veſte
23. 7. 11.

℣. Ego ſum oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis. ℟. Omnes vidéntes me, deriſérunt me *Pſ* 21. 7. 8.

Ex Enarratióne ſecúnda ſancti Auguſtíni epíſcopi in Pſalmum vigéſimum primum.

Enarr. 2. *in Pſ.* 21.

Lectio iv.

PAſſio Dómini, ſicut ſcimus, ſemel facta eſt; ſemel enim Chriſtus mórtuus eſt, juſtus pro injúſtis. Et ſcimus, & certum habémus, & fide immóbili retinémus, quia Chriſtus reſúrgens à mórtuis, jam non móritur, & mors ei ultrà non dominábitur. Verba iſta Apóſtoli ſunt: tamen ne oblivíſcámur quod factum eſt ſemel, in memória noſtra omni anno fit. Quóties Paſcha celebrátur, nunquid tóties Chriſtus móritur? Sed tamen anniverſária recordátio quaſi repræſéntat quod olim factum eſt, & ſic nos facit movéri tanquam videámus in cruce pendéntem Dóminum; non tamen irridéntes, ſed credéntes.

℟. Quem vultis dimíttam vobis, Barábbam, an Jeſum? Dixérunt: Barábbam. Quid ígitur fáciam de Jeſu? Dicunt omnes: * Crucifigátur. *Matt.* 27. 17. 21. 22. 23. ℣. Dixérunt: Rogámus ut occidátur homo iſte; ſiquidem non quærit pacem pópulo, ſed malum. *Jer.* 38. 4.* Crucifigátur.

Lectio v.

PEndens enim in ligno irríſus eſt, ſedens in cœlo adorátur. An fortè adhuc irridétur, & jam non eſt iraſcéndum Judæis, qui vel moriéntem deriſérunt, non regnántem? Et quis eſt qui Chriſtum adhuc irrídeat? Utinam unus eſſet, útinam duo, útinam numerári poſſent. Tota pálea áreæ ipsíus irrídet eum, & gemit tríticum irridéri Dóminum. Hoc volo gémere vobíſcum. Tempus eſt enim lugéndi. Paſſio Dómini celebrátur: tempus geméndi eſt, tempus flendi, tempus confiténdi & deprecándi. Et quis noſtrûm eſt idóneus ad effundéndas lácrymas pro dignitáte dolóris tanti? Sed quid modò ait Prophéta? Quis dabit cápiti meo aquam, & óculis meis fontem lacrymárum? Si verè fons lacrymárum eſſet in óculis noſtris, nec ipſe ſufficeret.

℟. Jeſum flagéllis cæſum mílites índuunt púrpurâ, & impónunt ei ſpíneam corónam; & cœpérunt ſalutáre eum; Ave Rex Judæórum; & * Percutiébant caput ejus arúndine, & conſpuébant eum. *Marc.* 15. 15. 16. 17. 18. 19. ℣. Corpus meum dedi percutiéntibus, & genas meas velléntibus: fáciem meam non avérti à conſpuéntibus in me. *Iſai.* 50. 6. * Percutiébant.

Lectio vj.

ECce, intellígim
paſſus eſt Chriſt
meráta ſunt oſſa eju
eſt, divíſa ſunt veſtim
ínſuper miſſa eſt ſ
veſtem ipsíus, circun
illum furéntes & ſævi
diſpérſa ſunt ómnia
& hìc audímus & in
lio légimus. Videám
O Chriſte fili Dei,
non paterèris; oſtén
fructum paſſiónis tu
inquit, fructum: eg
ceo, ſed ſurdi ſunt h
Ecce Chriſtus paſſus
mercátor oſténdit m
ecce prétium quod d
guis ejus fuſus eſt. In
rébat prétium noſtru
cúſſus eſt lánceâ,
ſaccus, & manávit
orbis terrárum.

℟. Dicit Pilátus: E
co vobis eum foràs, u
cátis quia nullam i
eo cauſam: * Exívit
tans corónam ſpínea
púreum veſtiméntun
eis Pilátus; Ecce ho
19. 4. 5. ℣. Non e
ei, neque decor; i
vulnerátus eſt propt
tátes noſtras. *Iſai.* 53
vit. *Repetitur* ℟. Di

IN III. NOCT

Ant. 1. f. Quæréba

Pſalmus 68

SAlvum me fac D
niam intravérunt
que ad ánimam mea

is ſum in limo pro-
& non eſt ſubſtántia.
n altitúdinem maris,*
éſtas demérſit me.
rávi clamans, raucæ
ıt fauces meæ; * defe-
ɔculi mei, dum ſpero
ı meum.
plicáti ſunt ſuper ca-
ápitis mei, * qui odé-
gratìs.
ortáti ſunt qui perſe-
t me inimíci mei in-
quæ non rápui, tunc
am.
tu ſcis inſipiéntiam
* & delícta mea à te
t abſcóndita.
erubéſcant in me qui
ıt te Dómine, * Dó-
rtútum.
confundántur ſuper
ıi quærunt te, Deus

ıiam propter te ſuſti-
ırróbrium, * opéruit
fáciem meam.
neus factus ſum frá-
ıeis, * & peregrínus
tris meæ.
iam zelus domûs tuæ
me, * & oppróbria
ıntium tibi cecidérunt
e.
ɔérui in jejúnio áni-
ɔam, * & factum eſt
ıbrium mihi.
ıi veſtiméntum meum
, * & factus ſum illis
ɔlam.
sùm me loquebántur
ɔant in porta, * & in

me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te Dómine: * tempus beneplácitì Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaúdi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéſtas aquæ, neque abſórbeat me profúndum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Ant. Quærébat Pilátus dimíttere Jeſum: Judæi autem clamábant: Si hunc dimíttis, non es amícus Cæſaris. *Joan.* 19. 12.

Ant. 7. c. Dicit Pilátus.

Diviſio Pſalmi 68.

Exaúdi me Dómine, quóniam benígna eſt miſericórdia tua; * ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me: * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul con-

triſtarétur, & non fuit; * & qui conſolarétur, & non invéni.
Et dedérunt in eſcam meam fel, * & in ſiti mea potavérunt me acéto.
Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.
Obſcuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incúrva.
Effúnde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.
Fiat habitátio eórum deſérta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.
Quóniam quem tu percuſsíſti, perſecúti ſunt; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.
Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum; * & non intrent in juſtítiam tuam.
Deleántur de libro vivéntium, * & cum juſtis non ſcribántur.
Ant. Dicit Pilátus: Regem veſtrum crucifígam? Reſpondérunt: Non habémus regem, niſi Cæſarem. *Joan.* 19. 15.
Ant. 8. *G.* Videns.
Altera diviſio Pſalmi 68.
EGo ſum pauper & dolens: * ſalus tua Deus, ſuſcépit me.
Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.
Et placébit Deo ſuper vítulum novéllum, * córnua producéntem & úngulas.
Vídeant paúperes, tur: * quærite Deum ánima veſtra:
Quóniam exaudív res Dóminus, * & vi non deſpéxit.
Laudent illum c ra, * mare, & ómni in eis.
Quóniam Deus ciet Sion, * & ædi civitátes Juda.
Et inhabitábunt hereditáte acquírent
Et ſemen ſervó poſſidébit eam, * & gunt nomen ejus, h in ea.
Ant. Videns quia ficeret, ſed magis fieret, Jeſum trádi crucifigerétur. *Matt.*
℣. Chriſtus trádi ípſum pro nobis ℟. nem & hóſtiam De 5. 2.
De Epíſtola beáti P ſtoli ad Hebr
Lectio vij.
cap. 4. 14. *ad finem ad* 5.
HAbéntes Pontí gnum, qui cœlos, Jeſum filium neámus confeſſión enim habémus Po qui non poſſit cón mitátibus noſtris; autem per ómnia pr dine abſque peccát mus ergo cum fidúc num grátiæ, ut miſe

nſequámur, & grátiam in-
niámus in auxílio opportú-
. Omnis namque Póntifex
homínibus aſſúmptus, pro
mínibus conſtitúitur in his
æ ſunt ad Deum, ut ófferat
na & ſacrifícia pro peccá-
: qui condolére poſſit iis
i ignórant, & errant: quó-
am & ipſe circúndatus eſt
firmitáte: & proptérea de-
t, quemádmodum pro pó-
lo, ita étiam & pro ſemet-
ſo offérre pro peccátis.

℟. Suſcepérunt Jeſum, &
uxérunt. * Et bájulans ſibi
ucem, exívit Jeſus in eum
i dícitur Calváriæ locum.
an. 19. 16. 17. ℣. Tulit
braham ligna holocaúſti, &
póſuit ſuper Iſaac fílium
um. *Gen.* 22. 6. * Et báju-
ns.

ectio viij. *c.* 5. 4. *ad* 10.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocá-
r à Deo, tanquam Aáron.
c & Chriſtus non ſemetíp-
m clarificávit ut Póntifex
ret; ſed qui locútus eſt ad
m: Fílius meus es tu, ego
die génui te. Quemádmo-
m & in álio loco dicit: Tu
Sacerdos in ætérnum, ſe-
ndùm órdinem Melchíſe-
ch. Qui in diébus carnis
e, preces ſupplicationéſque
eum, qui poſſit illum ſal-
m fácere à morte, cum cla-
óre válido & lácrymis óffe-
ns, exaudítus eſt pro ſua re-
réntia. Et quidem cùm eſſet
Fílius Dei, dídicit ex iis, quæ paſſus eſt, obediéntiam: & conſummátus, factus eſt ómnibus obtemperántibus ſibi, cauſa ſalútis ætérnæ, appellátus à Deo Póntifex juxta órdinem Melchíſedech.

℟. Crucifixérunt Jeſum, & latrónes, unum à dextris, & álterum à ſiníſtris. Jeſus autem dicébat: * Pater, dimítte illis, non enim ſciunt quid fáciunt. *Luc.* 23. 33. 34. ℣. Cum ſcelerátis reputátus eſt; & ipſe peccáta multórum tulit, & pro tranſgreſſóribus rogávit. *Iſai.* 53. 12. * Pater.

Lectio ix. *c.* 7. 24. *ad* 27.

FIlius autem Dei eò quòd máneat in ætérnum, ſempitérnum habet ſacerdótium. Unde & ſalváre in perpétuum poteſt accedéntes per ſemetípſum ad Deum, ſemper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis eſſet Póntifex, ſanctus, ínnocens, impollútus, ſegregátus à peccatóribus, & excélſior cœlis factus: qui non habet neceſſitátem quotídie, quemádmodum ſacerdótes, priùs pro ſuis delíctis hóſtias offérre, deinde pro pópuli: hoc enim fecit ſemel, ſeípſum offeréndo.

℟. Ténebræ factæ ſunt ſuper univérſam terram, & circa horam nonam clamávit Jeſus voce magnâ: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquíſti me? Et * Contínuò currens unus, accéptam ſpón-

giam implévit acéto, & dabat ei bíbere. *Matt.* 27. 45.46.48.

℣. Dedérunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potavérunt me acéto. *Pſ.* 68. 22. * Contínuò. *Repetitur* ℟. Ténebræ.

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. 5. a. Próprio.

Pſalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde, * Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Confundántur & revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsùm & erubéſcant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur ſtatim erubeſcéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum, * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu; * Dómine ne moréris.

Ant. Próprio Fílio ſuo non pepércit Deus, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum. *Rom.* 8. 32.

Ant. 4. E. Vídimus eum.

Pſalmus 108.

DEus laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me pértum eſt.

Locúti ſunt advérs
linguâ dolósâ, & ſerm
ódii circumdedérunt m
expugnavérunt me gr

Pro eo ut me dili
detrahébant mihi; *
tem orábam.

Et poſuérunt advérs
mala pro bonis, * &
pro dilectióne mea.

Conſtítue ſuper eum
tórem, * & diábolus ſte
tris ejus.

Cùm judicátur, éxe
demnátus; * & oráti
fiat in peccátum:

Fiant dies ejus pau
epiſcopátum ejus accí
ter.

Fiant fílii ejus órp
& uxor ejus vídua.

Nutántes transferán
ejus, & mendícent,
ciántur de habitatiónib

Scrutétur fœnerátor
ſubſtántiam ejus, *
piant aliéni labóres ej

Non ſit illi adjútor,
qui miſereátur pupíllis

Fiant nati ejus in
tum, * in generatió
deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat
tas patrum ejus in co
Dómini, * & peccátum
ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminu
per, * & diſpéreat d
memória eórum;

Pro eo quòd non eſt
dátus fácere miſericór
& perſecútus eſt

ndícum, & commde mortificáre.
maledictiónem, ; * & nóluit be-, & elongábitur
t maledictiónem ntum, * & intrá- in interióra ejus m in óſſibus ejus.
cut veſtiméntum, * & ſicut zona præcíngitur.
eórum qui détra-ud Dóminum, * ntur mala advér-meam.
nus eum, & non, & deſiderávi-ſpéctum, & no-órum, virum do-iéntem infirmitá-. 2. 3.
Verè.
Pſalmi 108.
mine, Dómine m propter nomen ſuávis eſt miſe-
, quia egénus & ſum, * & cor rbátum eſt intrà
ra cùm declínat, ; * & excúſſus úſtæ.
a infirmáta ſunt & caro mea im-opter óleum.
tus ſum oppró-*vidérunt me, & ita ſua.*

Adjuva me Dómine Deus meus, * ſalvum me fac ſecúndùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc, * & tu Dómine feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces; * qui inſúrgunt in me, confundántur; ſervus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi, pudóre; * & operiántur ſicut diplóïde, confuſióne ſuâ.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum;

Quia áſtitit à dextris paúperis, * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Ant. Verè languóres noſtros ipſe tulit, & dolóres noſtros ipſe portávit. *Iſai.* 53. 4.

Ant. 8. G. Nos putávimus eum.

Canticum Iſaiæ c. 5. 1. *ad* 6.

CAntábo dilécto meo * cánticum patruélis mei víneæ ſuæ.

Vínea facta eſt dilécto meo * in cornu fílio ólei.

Et ſepívit eam, & lápides elégit ex illa, * & plantávit eam eléctam,

Et ædificávit turrim in médio ejus, * & torcúlar extrúxit in ea;

Et expectávit ut fáceret uvas, * & fecit labrúſcas.

Nunc ergo habitatóres Jerúſalem, & viri Juda, * judicáte inter me & víneam meam.

Quid eſt quod débui ultrà fácere víneæ meæ, & non feci ei ? * an quòd expectávi ut fáceret uvas, & fecit labrúſcas ?

Et nunc oſténdam vobis quid ego fáciam víneæ meæ, * aúferam ſepem ejus, & erit in direptiónem.

Díruam macériam ejus, * & erit in conculcatiónem.

Et ponam eam deſértam : non putábitur, & non fodiétur ; * & aſcéndent vepres & ſpinæ :

Et núbibus mandábo * ne pluant ſuper eam imbrem.

Ant. Nos putávimus eum quaſi lepróſum, & percúſſum à Deo & humiliátum : ipſe autem attrítus eſt propter ſcélera noſtra. *Iſai.* 53. 4. 5.

Ant. 2. D. Tanquam ovis.

Pſalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum ; * laus ejus in eccléſia ſanctórum.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & fílii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & pſaltério pſallant ei ;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo, * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória, * lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum ; * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis ;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis judícium conſcríptum : * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Tanquam ovis ad occiſiónem ductus eſt ; & ſicut agnus coram tondénte ſe ſine voce, ſic non apéruit os ſuum. *Act.* 8. 32.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. t. Impoſuérunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam : Hic eſt Jeſus Rex Judæórum. *Matt.* 27. 37.

Finitâ hâc Antiphonâ, & extinctis omnibus per Eccleſiam luminaribus,

Pueri retro altare cantant

KYrie eléïſon.
Kyrie eléïſon.
Kyrie eléïſon.

Duo de Choro in medio Chori;

℣. Qui à Juda óſculo tráditus, ſicut ovis ad occiſiónem ductus es. *Luc.* 22. 48. *Iſai.* 53. 7.

Chorus ſubjungit,

℟. Dómine miſerére noſtri. Chriſtus Dóminus factus eſt obédiens uſque ad mortem. *Iſai.* 33. 2. *Philipp.* 2. 11. 8.

Pueri cantant.

Chriſte eléïſon.
Chriſte eléïſon.
Chriſte eléïſon.

Duo de Choro,

℣. Autor vitæ, per mortem deſtruxiſti eum qui habébat

périum. *Act.* 3. 15.
4.
rus ſubjungit,
ıine miſerére noſtrî.
Dóminus factus eſt
uſque ad mortem.
ıeri repetunt,
eléiſon.
eléiſon.
eléiſon.
to de Choro,
i vinctus, Piláto trá-
ıcula noſtra dirupíſti.
. 2. *Pſ.* 115. 16.
rus ſubjungit,
ınine miſerére noſtrî.
Dóminus factus eſt
uſque ad mortem.
Choro ſupradicti
ıntant lentè
autem crucis.
inuò unuſquiſque di-
ntio Pſalmum, Miſe-
Deus, 62. *& Ora-*
ɛquentem ſine Dó-
biſcum, *& ſine* Oré-

Oratio.

ce, quæſumus, Dó-
ɛ, ſuper hanc famí-
ı, pro qua Dóminus
ſus Chriſtus non du-
ánibus tradi nocén-
:rucis ſubíre tormén-
ıi tecum vivit & re-
s. Amen.
finitis dignior Chori
liquantùm, ſtatim-
tur cereus accenſus,
cum ſilentio diſce-

RAS, omnia ut ſu- prà Feria quinta in Cœna Domini, 257. *Non dicuntur in Choro ſed tantùm privatim.*

¶ *Hodie factâ Communione, Veſpera dicuntur etiam in Choro ab unoquoque privatim & ſub ſilentio.*

AD VESPERAS.

Pſalmus.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, 57.

Ant. Diſciplína pacis noſtræ ſuper eum, & livóre ejus ſanáti ſumus. *Iſai.* 53. 5.

Pſalmus, Sæpe expugnavérunt me, 73.

Ant. Omnes nos quaſi oves errávimus; & póſuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium noſtrûm. *Iſai.* 53. 6.

Pſalmus, Eripe me Dómine, ab hómine malo, 107.

Ant. Oblátus eſt quia ipſe vóluit, & non apéruit os ſuum. *Iſai.* 53. 7.

Pſalmus, Dómine clamávi ad te, exaúdi me, 107.

Ant. Abſcíſſus eſt de terra vivéntium: propter ſcelus pópuli mei percúſſi eum. *Iſai.* 53. 8.

Pſalmus, Voce meâ ad Dóminum clamávi, 108.

Ant. Eò quòd iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore ejus, Dóminus vóluit contérere eum in infirmitáte. *Iſai.* 53. 9. 10.

Ad Magníficat, *Antiphona.* Cùm accepíſſet Jeſus acétum, dixit: Conſummátum eſt. Et clamans voce magnâ, ait:

Pater, in manus tuas comméndo ſpíritum meum. Et hæc dicens, expirávit. *Joan.* 19. 30. *Luc.* 23. 46.

Orémus. *Oratio.*

RESpice, quæſumus, Dómine, ſuper hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noſter Jeſus Chriſtus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis ſubíre tormén-tum; Qui tecum vi gnat in unitáte Spiri Deus, per ómnia ſæc lórum. ℟. Amen.

Non dicitur Dómi bíſcum, *nec* Benedicá mino.

Quâ finitâ Orati vantur altaria.

AD COMPLETORII *nia ut heri*, 258.

SABBATO SANC

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Poſtquam mílites.

Pſalmus 15.

COnſérva me Dómine, quóniam ſperávi in te: * dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum; * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus; * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis meæ, & cálicis mei: * tu es qui reſtítues hereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; * étenim heréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dómi tribuit mihi intellé ínſuper & uſque ad increpuérunt me re

Providébam Dón conſpéctu meo ſempe niam à dextris eſt commóvear.

Propter hoc lætátu meum, & exultávi mea: * inſuper & c requiéſcet in ſpe:

Quóniam non de ánimam meam in in nec dabis ſanctum tu re corruptiónem.

Notas mihi fecíſti adimplébis me læti vultu tuo: * delecta déxtera tua uſque in

Ant. Poſtquam mí cifixérunt Jeſum, ſervábant eum. *Matt*

Ant. 3. g. Accep

Pſalmus 23.

DOmini eſt terr nitúdo ejus; *

univérſi qui hábi-
.
ɔſe ſuper mária fun-
, * & ſuper flúmina
eum.
:éndet in montem
* aut quis ſtabit in
ɔ ejus ?
ıs mánibus, & mun-
* qui non accépit in
am ſuam, nec jurá-
o próximo ſuo.
piet benedictiónem
, * & miſericórdiam
utári ſuo.
t generátio quærén-
, * quæréntium fá-
Jacob.
e portas príncipes
k elevámini portæ
; * & introíbit Rex

t iſte Rex glóriæ ; *
fortis & potens ,
potens in prælio.
:e portas príncipes
& elevámini portæ
, * & introíbit Rex

iſte Rex glóriæ ? *
virtútum ipſe eſt
æ.
cepérunt veſtimén-
& fecérunt unicuí-
partem,) & túni-
t autem túnica in-
Joan. 19. 23.
a. Dixérunt ad ín-

ſalmus 29.
ɔo te Dómine, quó-
ſcepíſti me; * nec
rna.

delectáſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus clamávi ad te; * & ſanáſti me.

Dómine, eduxíſti ab inférno ánimam meam : * ſalváſti me à deſcendéntibus in lacum.

Pſállite Dómino ſancti ejus; * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea ; * Non movébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua * præſtitíſti decóri meo virtútem.

Avertíſti fáciem tuam à me, * & factus ſum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo ; * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcéndo in corruptiónem ?

Nunquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, & miſértus eſt meî ; * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertíſti planctum meum in gaúdium mihi ; * conſcidíſti ſaccum meum, & circundedíſti me lætitiâ,

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Ant. Dixérunt ad ínvicem: Non ſcindámus túnicam, ſed ſortiámur de illa cujus ſit; ut Scriptúra implerétur. *Joan.* 19. 24.

℣. Diviſérunt ſibi veſtiménta mea, ℟. Et ſuper veſtem meam miſérunt ſortem. *Pſ.* 21. 19.

De Lamentatióne Jeremíæ prophétæ.

Lectio j. *c. 3. 1. ad 9.*

EGo vir videns paupertátem meam in virga indignatiónis ejus. Me minávit, & addúxit in ténebras, & non in lucem. Tantùm in me vertit, & convértit manum ſuam totâ die. Vetúſtam fecit pellem meam, & carnem meam; contrívit oſſa mea. Ædificávit in gyro meo; & circúndedit me felle, & labóre. In tenebróſis collocávit me quaſi mórtuos ſempitérnos. Circumædificávit advérsùm me, ut non egrédiar; aggravávit cómpedem meum. Sed & cùm clamávero, & rogávero, exclúſit oratiónem meam. Conclúſit vias meas lapídibus quadris; ſémitas meas ſubvértit.

℟. Ecce velum templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, * Monuménta apérta ſunt, & multa córpora ſanctórum ſurrexérunt. *Matt.* 27. 51, 52. ℣. Edúxit eos de ténebris, & mortis; & víncula eór rúpit. *Pſ.* 106. 14. * menta.

Lectio ij. *c. 3. 22.*

MIſericórdiæ D quia non ſumu ſúmpti: quia non def miſeratiónes ejus. No culò, multa eſt fides t mea Dóminus, dixit mea: proptérea ex eum. Bonus eſt Dómi rántibus in eum, ánin rénti illum. Bonum ſtolári cum ſiléntio Dei. Bonum eſt vir portáverit jugum ab céntia ſua. Sedébit ſo & tacébit: quia levá ſe. Ponet in púlvere c ſi fortè ſit ſpes. Dabi tiénti ſe maxíllam, ſat opprόbriis.

℟. Centúrio, & qui erant, cuſtodiéntes J viſo terræ motu, & h fiébant, * Timuérunt dicéntes: Verè Fílius D iſte. *Matt.* 27. 54. ℣. dentes admiráti ſunt, báti ſunt, commóti ſu mor apprehéndit eos. 6. 7. * Timuérunt.

Incipit Orátio Jere prophétæ.

Lectio iij. *Thren.* 5. 1.

REcordáre Dómin accíderit nobis: ir & réſpice oppróbriu ſtrum. Hereditas noſtr eſt ad aliénos, dom

Pupilli facti ſu-
›atre , matres
viduæ. Aquam
iâ bibimus : li-
:tio comparávi-
›us noſtris mi-
is non dabátur
to dédimus ma-
is, ut ſaturaré-
tres noſtri pec-
on ſunt : & nos
órum portávi-
mináti ſunt no-
qui redímeret
m. In animá-
rebámus panem
e gládii in de-
noſtra , quaſi
iſta eſt à fácie
amis.
turba eórum,
rant ad ſpectá-
& vidébant quæ
utiéntes péctora
ntur. *Luc.* 23.
nt ſuper eum,
t in morte pri-
die illa magnus
in Jeruſalem.
11.* Percutién-
℟. Omnis.
C T U R N O.
Locútus eſt.
mus 60.
eus deprecatió-
m, * inténde

erræ ad te cla-
anxiarétur cor
petra exaltáſti

; *quia factus*

es ſpes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſécula, * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudíſti oratiónem meam, * dedíſti hereditátem timéntibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adjícies, * annos ejus uſque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conſpéctu Dei : * miſericórdiam & veritátem ejus quis requíret ?

Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi, * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. Locútus eſt Móyſes ad Iſraël : Quando homo appénſus fúerit in patíbulo, non permanébit cadáver ejus in ligno, ſed in eádem die ſepeliétur. *Deut. c.* 1. *v.* 1. *& c.* 21. *v.* 22. 23.

Ant. 8. G. Judæi.

Pſalmus 63.

EXaúdi Deus oratiónem meam cùm déprecor : * à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexíſti me à convéntu malignántium, * à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas ; * intendérunt arcum rem amáram, ut ſagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò ſagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti ſunt iniquitátes; * defecérunt ſcrutántes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum; * & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum; * & infirmátæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos, * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo: * & laudabúntur omnes recti corde.

Ant. Judæi, ut non remanérent in cruce córpora ſábbato, rogavérunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura, & tolleréntur. *Joan.* 19. 31.

Ant. 7. c. Venérunt mílites.

Pſalmus 75.

NOtus in Judæa Deus; * in Iſraël magnum nomen ejus:

Et factus eſt in pace locus ejus, * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: *
ſunt omnes inſipiéntes

Dormiérunt ſomnum
& nihil invenérunt om
divitiárum in mánibus

Ab increpatióne tua
Jacob, * dormitavéru
aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, &
ſíſtet tibi; * ex tunc ira

De cœlo audítum
judícium; * terra trém
quiévit.

Cùm exúrgeret in ju
Deus, * ut ſalvos fácer
nes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio
nis confitébitur tibi; *
quiæ cogitatiónis diem
agent tibi.

Vovéte, & rédditeD
Deo veſtro, * omnes
circúitu ejus affértis m

Terríbili, & ei qui
ſpíritum príncipum,
bili apud reges terræ.

Ant. Venérunt míl
primi quidem fregérun
& altérius qui crucifi
cum Jeſu. *Joan.* 19. 32

℣. Aſpícient ad me
confixérunt: ℟. Et pl
eum planctu, quaſi ſup
génitum. *Zach.* 12. 10.

Ex Enarratióne ſancti
ſtíni epíſcopi in Pſal
ſexagéſimum tértiu
Enarr. in Pſ. 63. §.

Lectio iv.

ACcédet homo ad
tum, & exaltábitur
Illi dixérunt: Quis v

efecérunt ſcrutántes
nes , consília mala.
homo ad ipſa consí-
ſſus eſt ſe tenéri ut
Non enim teneretúr
ıo , aut viderétur niſi
aut cæderétur niſi
aut crucifigerétur aut
ur niſi homo. Accéſſit
no ad illas omnes paſ-
ıuæ in illo nihil valé-
iſi eſſet homo. Sed ſi
eſſet homo , non libe-
ıomo. [Accéſſit homo
altum ,] id eſt , cor
ı : objíciens aſpéctibus
; hóminem , ſervans
eum ; celans formam
qua æquális eſt Patri ,
ns formam ſervi , quâ
ſt Patre.
Jeſum cùm veníſſent ,
unt eum jam mór-
* Unus mílitum lán-
s ejus apéruit , & con-
:ívit ſanguis & aqua.
9. 33. 34. ℣. Erit fons
ómui David , & habi-
Jerúſalem in ablutió-
:catóris. *Zach.* 13. 1.*

℟. §. 15.
perduxérunt illas
utatiónes ſuas , quas
ántes defecérunt ; ut
ıórtuo Dómino & ſe-
cuſtódes pónerent ad
m ? Dixérunt enim
Sedúctor ille ; hoc
ıátur nómine Dómi-
*ıs Chriſtus , ad ſolá-
órum ſuórum quando*

dicúntur ſeductóres : ergo illi Piláto : Sedúctor ille, ínquiunt, dixit adhuc vivens : [Poſt tres dies reſúrgam ; jube ítaque cuſtodíri ſepúlcrum uſque in diem tértium, ne fortè véniant diſcípuli ejus, & furéntur eum, & dicant plebi : Surréxit à mórtuis ; & erit novíſſimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis cuſtódiam , ite , cuſtodíte ſicut ſcitis. Illi autem abeúntes muniérunt ſepúlcrum , ſignántes lápidem cum cuſtódibus.]

℟. Non fregérunt ejus crura , ut Scriptúra implerétur : * Os non comminuétis ex eo. *Joan.* 19. 33. 36. ℣. In una domo comedétur agnus , nec os illíus confringétis. *Exod.* 12. 46.* Os non comminuétis.

Lectio vj.

POſuérunt cuſtódes mílites ad ſepúlcrum. Concúſsâ terrâ Dóminus reſurréxit : mirácula facta ſunt tália circa ſepúlcrum , ut & ipſi mílites qui cuſtódes advénerant , teſtes fierent , ſi vellent vera nuntiáre : ſed avarítia illa quæ captivávit diſcípulum cómitem Chriſti , captivávit & mílitem cuſtódem ſepúlcri. Damus , ínquiunt , vobis pecúniam , & dícite , quia vobis dormiéntibus venérunt diſcípuli ejus , & abſtulérunt eum. Verè [defecérunt ſcrutántes ſcrutatiónes.] Quid eſt , quod dixiſti , ô infélix aſtútia ? Tantúmne déſeris lucem conſilii

pietátis, & in profúnda verſútiæ demérgeris, ut hoc dicas: [Dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt diſcípuli ejus, & abſtulérunt eum?] Dormiéntes teſtes ádhibes: verè tu ipſe obdormíſti, qui ſcrutándo tália, defecíſti.

℞. Chriſtus pro peccátis noſtris mórtuus eſt, ut nos offérret Deo, mortificátus carne, vivificátus autem ſpíritu, in quo * Et his qui in cárcere erant, ſpirítibus véniens prædicávit. 1. *Petr.* 3. 18. 19. ℣. Contrívit portas æreas, & vectes férreos confrégit. *Pſ.* 106. 16. * Et his. *Repetitur* ℞. Chriſtus.

In III. Nocturno.

Ant. 8. G. Joſeph ab Arimathæa.

Pſalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me; * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam; quóniam ſanctus ſum; * ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſperántem in te.

Miſerére meî Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die; * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudíſti me.

Non eſt ſímilis tui in diis Dómine; * & non eſt ſecúndum ópera tua.

Omnes gentes quaſcúmque feciſti vénient, & adorábunt coram te Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus ſolus.

Ant. Joſeph ab Arimathæa, expéctans regnum Dei, audácter introívit ad Pilátum, & pétiit corpus Jeſu. *Marc.* 15. 43.

Ant. 1. f. Venit & Nicodémus.

Diviſio Pſalmi 85.

DEduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; * & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo.

Et tu Dómine Deus miſerátor & miſéricors, * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.

: in me, & miſerére
da impérium tuum
o, & ſalvum fac fi-
:illæ tuæ.
iecum ſignum in bo-
vídeant qui odérunt
:onfundántur : * quó-
Dómine adjuvíſti me,
látus es me.
/enit & Nicodémus,
iixtúram myrrhæ, &
quaſi libras centum :
runt illud línteis cum
ıus. *Joan.* 19. 39. 40.
'. a. Joſeph.
Pſalmus 93.
s ultiónum Dómi-
:, * Deus ultiónum
zit.
ıre qui júdicas ter-
redde retributiónem

:quo peccatóres Dó-
úſquequo peccatóres
ntur?
úntur & loquéntur
em, * loquéntur
|ui operántur injuſtí-

lum tuum Dómine
érunt, * & heredi-
ıam vexavérunt:
ım & ádvenam inter-
, * & pupíllos occi-

cérunt : Non vidébit
s, * nec intélliget
cob.
lígite inſipiéntes in
* & ſtulti aliquándo

lantávit aurem, non

aúdiet? * aut qui finxit óculum, non conſíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ ſunt.

Beátus homo quem tu erudíeris Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem ſuam, * & hereditátem ſuam non derelínquet,

Quoadúſque juſtítia convertátur in judícium; * & qui juxta illam, omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſúrget mihi advérsùs malignántes? * aut quis ſtabit mecum advérsùs operántes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitáſſet in inférno ánima mea.

Si dicébam : Motus eſt pes meus; * miſericórdia tua Dómine adjuvábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam juſti, * & ſanguinem innocéntem condemnábunt.

quod excíderat in petra ; & advólvit ſaxum magnum ad óſtium monuménti. *Matt.* 27. 60.

℣. Non derelínques ánimam meam in inférno; ℟. Nec dabis ſanctum tuum vidére corruptiónem. *Pſ.* 15. 10.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

Lectio vij. *c.* 9. 11. *ad* 14.

CHriſtus aſsíſtens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id eſt, non hujus creatiónis; neque per ſánguinem hircórum, aut vitulórum; ſed per próprium ſánguinem introívit ſemel in Sancta, ætérnâ redemptióne inventâ. Si enim ſanguis hircórum & tauró-

intercedénte, in rede
nem eárum prævaricati
quæ erant ſub priori
ménto, repromiſſióne
piant, qui vocáti ſunt
hereditátis. Ubi enim
méntum eſt, mors nec
intercédat teſtatóris.
méntum enim in mórtu
firmátum eſt: alióqui
dum valet, dum vivit
ſtátus eſt. Unde nec p
quidem ſine ſánguine
tum eſt.

℟. Sicut fuit Jonas
tre ceti tribus diébus
bus nóctibus, * Sic eri
hóminis in corde terræ
12. 40. ℣. Erat Jonas
tre piſcis tribus diébus
bus nóctibus, *Jonæ* 2.
erit.

...m & ómnia vaſa miniſtérii ...nguine ſimíliter aſpérſit. Et ...mnia penè in ſánguine ſecún... ...ùm legem mundántur: & ...ine ſánguinis effuſióne non fit emíſſio.

℟. In die illa radix Jeſſe, ...ui ſtat in ſignum populórum, ...pſum gentes deprecabúntur, Et erit ſepúlcrum ejus glo...ióſum. *Iſai.* 11. 10. ℣. Chri...tus mórtuus eſt pro peccátis ...oſtris ſecúndùm Scriptúras, ...t ſepúltus eſt. 1. *Cor.* 15. 3. 4. Et erit. *Repetitur* ℟. In die ...lla.

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. 3. *a.* Miſit me Dóminus.

Pſalmus 87.

DOmine Deus ſalútis meæ, * in die clamávi & ...octe coram te.

Intret in conſpéctu tuo orá...io mea, * inclína aurem tuam ...d precem meam:

Quia repléta eſt malis áni...na mea, * & vita mea inférno ...ppropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſ...endéntibus in lacum, * factus ...um ſicut homo ſine adjutó...io, inter mórtuos liber,

Sicut vulneráti dormiéntes ...n ſepúlcris, quorum non es ...emor ámpliùs; * & ipſi de ...anu tua repúlſi ſunt.

Poſuérunt me in lacu infe...ióri, * in tenebróſis, & in ...mbra *mortis.*

Super me confirmátus eſt furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxíſti ſuper me.

Longè fecíſti notos meos à me, * poſuérunt me abominatiónem ſibi.

Tráditus ſum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Ant. Miſit me Dóminus, ut prædicárem captívis indulgéntiam, & clauſis apertiónem. *Iſai.* 61. 1.

Ant. 2. D. Penetrábo.

Diviſio Pſalmi 87.

CLamávi ad te Dómine totâ die; * expándi ad te manus meas.

Nunquid mórtuis fácies mirabília, * aut médici ſuſcitábunt, & confitebúntur tibi?

Nunquid narrábit áliquis in ſepúlcro miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Nunquid cognoſcéntur in ténebris mirabília tua, * & juſtítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi, * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à juventúte mea; * exaltátus autem humiliátus ſum, & conturbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me:

Circundedérunt me ſicut

aqua totâ die, * circundedérunt me ſimul.

Elongáſti à me amícum, & próximum, * & notos meos à miſéria.

Ant. Penetrábo inferióres partes terræ, & inſpíciam omnes dormiéntes; & illuminábo omnes ſperántes in Dómino. *Eccli.* 24. 45.

Ant. 8. c. Conſúrgam.

Pſalmus 142.

DOmine exaúdi oratiónem meam, aúribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua, * exaúdi me in tua juſtítia;

Et non intres in judícium cum ſervo tuo, * quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens;

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam;

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus, in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis, * & in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te; * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaúdi me Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos;

Et perdes omnes qui tribulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Conſúrgam cùm ſédero in ténebris; & aſpíciet inimíca mea, & operiétur confuſióne. *Mich.* 7. 8. 10.

Ant. 3. c. Terræ vectes.

Canticum Jonæ. c. 2. 3. *ad* 10.

CLamávi de tribulatióne mea ad Dóminum, * & exaudívit me.

De ventre ínferi clamávi, * & exaudíſti vocem meam.

Et projecíſti me in profúndum in corde maris, * & flumen circúndedit me.

Omnes gúrgites tui, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

Et ego dixi: Abjéctus ſum à conſpéctu oculórum tuórum: * verúntamen rurſus vidébo templum ſanctum tuum.

:runt me aquæ *
nam :
llávit me, * pé-
caput meum.
a móntium deſ-
: vectes conclu-
ætérnum :
ɔis de corruptió-
:am, * Dómine

ıſtiarétur in me
Dómini recor-

d te orátio mea *
ınctum tuum.
ıdiunt vanitátes
ericórdiam ſuam

in voce laudis
i : * quæcúnque
n pro ſalúte Dó-

e vectes conclu-
& ſublevábis de
itam meam, Dó-
eus. *Jonæ* 2. 7.
r. c. Ero.
us 150.
Dóminum in ſan-
* laudáte eum
ɔ virtútis ejus.
ım in virtútibus
e eum ſecúndùm
magnitúdinis

n in ſono tubæ ;*
in pſaltério &

ım in tympano
.audáte eum in
ano.
m in cymbalis

beneſonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Ero mors tua, ô mors ; morſus tuus ero, inférne. *Oſee* 13. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Mulíeres vidérunt monuméntum, & quemádmodum póſitum erat corpus Jeſu : & reverténtes paravérunt arómata. *Luc.* 23. 55. 56.

Reliqua ut ſuprà, 256. *exceptis quæ ſequuntur. Dicto ter* Kyrie eléïſon, *dicitur* ℣. Qui factus es ſicut homo ſine adjutório, inter mórtuos liber. *Pſ.* 87. 5.

Poſt Chriſte eléïſon, ℣. Qui in ſánguine teſtaménti tui emisíſti vinctos tuos de lacu. *Zach.* 9. 11.

Dicto iterum, Kyrie eléïſon, ℣. Fac nos complantári ſimilitúdini mortis tuæ, ſimul & reſurrectiónis. *Rom.* 6. 5.

Ad Horas, *omnia ut heri.*

AD VESPERAS.

Factâ Communione in Miſſa, Veſpera abſolutè incipiuntur ab Antiphona 6. toni. F. *quæ duplicatur*, Allelúia, allelúia.

Pſalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli ;

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Ant. Allelúia, allelúia.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G.* *Dupl.* Véſperè Sábbati, quæ lucéſcit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María, vidére ſepúlcrum; allelúia. *Matt.* 28. 1.

Sacerdos ad altare dicit,

Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut divíno múnere ſatiáti, & ſacris myſtériis innovémur & móribus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia.

Reliqua, ut in Miſſali.

[*Extra Chorum, Veſperæ dicuntur ut ſuprà, cum* Allelúia *ante Pſalmum*, Laudáte. *Poſt Orationem, loco* Ite, miſſa eſt, *dicitur* ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.]

AD COMPL

Convérte no

Deus in adj

Glória Patri.

Allelúia.

Pſalmi 2. *g. ſ*

Cùm invocáren hábitat, Ecce cite. *In cujuſqu* Patri. *Quibus ſi*

Allelúia. Ad morábitur fletu: tutínum lætítia.

℣. Dóminus

℟. Et cum ſ

Orémus.

GAúdeat, D fidélis: & récolit ſalvatió ejus promoveát Per Dóminum.

Non dicitur tas, *Et ſic per*

℣. Dóminus

℟. Et cum ſ

℣. Benedicá

℟. Deo grát

DIE SANCTO
ASCHÆ.

ANNUALE.

)FFICIUM
)CTURNUM.
ne lábia mea apéries,
ſalterio, cum Allelúia.
torium, Allelúia, Sur-
óminus verè; * Ve-
ıdorémus ; Allelúia.
. 34.
us, Veníte, 2.
licitur Hymnus, nec fit
1 ſine Antiphonarum:
vatur etiam ad Horas
n Octavam.
i ex 1. Nocturno Do-
in Pſalterio, 2.
ona 6. toni. F. *Dupl.*
Jm transíſſet Sábba-
um, María Magda-
éne, & María Jacóbi,
ıe emérunt arómata;
ntes úngerent Jeſum;
. *Marc.* 16 1.
. D. Una Sábbati val-
ılò venérunt ad mo-
ım, portántes quæ
ınt arómata; Allelúia.
1.
3. G. *dupl.* Vidérunt
ım lápidem; Angelus
eſcéndit de cœlo, &
lápidem, & ſedébat
ım; Allelúia. *Marc.*
latt. 38. 2.

℣. Dóminus regnávit decórem indútus eſt; ℟. Indútus eſt Dóminus fortitúdinem; Allelúia. *Pſ.* 92. 1.

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Jube Dómine bene dícere.

Bened. Confiteámur, &c. 140.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 6. 3. *ad* 6.

AN ignorátis quia quicúnque baptizáti ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipsíus baptizáti ſumus? Conſepúlti enim ſumus cum illo per baptíſmum in mortem; ut quómodo Chriſtus ſurréxit à mórtuis per glóriam Patris, ita & nos in novitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti ſumus ſimilitúdini mortis ejus; ſimul & reſurrectiónis érimus. Hoc ſciéntes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruátur corpus peccáti, & ultrà non ſerviámus peccáto. Tu autem Dómine.

℟. Erat aſpéctus Angeli ſicut fulgur; & veſtim[illegible] ejus ſicut nix; * Præ[illegible]

autem exterriti ſunt cuſtódes, & facti ſunt velut mórtui; Allelúia, allelúia. *Matt.* 28. 3. 4.
℣. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus. *Pſ.* 67. 2. * Præ timóre.

Bened. Jam non nobis, &c. 140.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 12.

Qui enim mórtuus eſt, juſtificátus eſt à peccáto. Si autem mórtui ſumus cum Chriſto, crédimus quia ſimul étiam vivémus cum Chriſto; ſciéntes quòd Chriſtus reſúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultrà non dominábitur. Quòd enim mórtuus eſt peccáto, mórtuus eſt ſemel: quòd autem vivit, vivit Deo. Ita & vos exiſtimáte vos mórtuos quidem eſſe peccáto; vivéntes autem Deo, in Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Non ergo regnet peccátum in veſtro mortáli córpore, ut obediátis concupiſcéntiis ejus. Tu autem.

℟. Angelus dixit muliéribus: Nolíte timére vos; Jeſum quærítis: non eſt hìc, ſurréxit. * Citò eúntes dícite diſcípulis ejus quia ſurréxit: ecce præcédit vos in Galilæam; Allelúia, allelúia. *Matt.* 28. 5. 6. 7. ℣. Mementóte diéi hujus in qua egréſſi eſtis de Ægypto, & de domo ſervitútis: hódie egredímini. *Exod.* 13. 3. 4. * Citò eúntes.

Bened. Fúlgeat nobis, &c. 140.

Lectio ſancti Evangé
dùm Marcu

Lectio iij. *c.* 16.

In illo tempore
Magdaléne, & M
bi, & Solóme eméru
ta, ut veniéntes ún
ſum. Et réliqua.

Homília ſancti G
papæ.

Homil. 21. *in Evan*
Baſil. S. Mariæ Maj
die Paſcha, circ.

Audíſtis, fratres
quòd ſanctæ mu
Dóminum fúerant
cum aromátibus
méntum venérunt;
vivéntem diléxeran
mórtuo, ſtúdio h
obſequuntur. Sed
áliquid in ſancta Ecc
gerendum. Sic quip
eſt ut audiámus
ſunt, quátenus co
tiam quæ nobis ſi
rum imitatióne fac
nos ergo in eum qu
tuus, credéntes, ſi
tútum reférti, cum
bonórum óperum
quærímus, ad mor
proféctò illíus cum
bus venímus. Illæ
líeres Angelos vi
cum aromátibus
quia vidélicet illæ
pérnos cives aſpíci
cum virtútum odóri
minum per ſanct
proficiſcúntur.

℟. Deus ſuſcita

i mórtuis, * Et expólians rincipátus & poteſtátes traxit confidénter, palàm triúmphans illos in ſemetipſo; Allelúia, allelúia. *Coloſſ.* 2. 15. ℣. Jam advénerat vigília matutína; & ecce reſpiciens Dóminus ſuper caſtra Ægyptiórum, interfécit exércitum eórum; liberavitque in die illa Iſraël. *Exod.* 14. 24. ℟. * Et expólians. Glória. *Repetitur* ℟. Deus.

Te Deum, *ſine jubilo : & ſic per Octavam.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepiſti me; ℟. Nec delectáſti inimícos meos ſuper me; Allelúia. *Pſ.* 29. 2.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 3. *toni. a.*

VErbum miſit Deus annúntians pacem per Jeſum: hunc Deus ſuſcitávit tertiâ die; Allelúia. *Act.* 10. 36. 40.

Ant. 8. G. Surgens Jeſus manè, primâ Sábbati appáruit primò Maríæ Magdaléne; Allelúia. *Marc.* 16. 9.

Ant. 3. a. Occúrrit muliéribus, dicens: Avéte. Illæ autem acceſſérunt, & tenuérunt pedes ejus, & adoravérunt eum; Allelúia. *Matt.* 28. 9.

Ant. 7. *d.* Dedit eum.

Canticum. Apoc. 5. 9. *ad* 14.

CAntábant cánticum novum, * *dicéntes: Dignus* es, Dómine, accípere librum, & aperíre ſignácula ejus:

Quóniam occíſus es, & redemíſti nos Deo in ſánguine tuo * ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natióne:

Et fecíſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdótes: * & regnábimus ſuper terram.

Et vidi, & audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, * & animálium, & ſeniórum:

Et erat númerus eórum míllia míllium, dicéntium voce magnâ: * Dignus eſt Agnus, qui occíſus eſt, accípere virtútem, & divinitátem,

Et ſapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem, * & glóriam, & benedictiónem.

Et omnem creatúram, quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo: * Omnes audívi dicéntes: Sedénti in throno, & Agno, benedíctio,

Et honor, & glória, & potéſtas * in ſécula ſeculórum.

Et quátuor animália dicébant: Amen. * Et vigínti quátuor ſenióres cecidérunt in fácies ſuas;

Et adoravérunt * vivéntem in ſécula ſeculórum.

Et dicitur per totam Octavam.

Ant. Dedit eum Deus maniféſtum fieri, non omni pópulo, ſed téſtibus præordinátis à Deo; Allelúia. *Act.* 10. 40. 41.

Ant. 6. C. Habébitis hunc diem in monuméntum: & celebrábitis eam ſolémnem Dómino, cultu ſempitérno. Dies erit ſancta atque ſolémnis; Allelúia. *Exod.* 12. 14. 16.

Capitulum. 1. *Petr.* 1. 21.

PEr Chriſtum fidéles eſtis in Deo qui ſuſcitávit eum à mórtuis, & dedit ei glóriam, ut fides veſtra & ſpes eſſet in Deo.

℣. Chriſtus reſurréxit à mórtuis, ℟. Primítiæ dormiéntium; Allelúia. 1. *Cor.* 15. 20.

Ad Bened. *Ant.* 5. F. *Dupl.* Expurgáte vetus ferméntum, ut ſitis nova conſpérſio: étenim Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus: epulémur in ázymis ſinceritátis & veritátis; Allelúia. 1. *Cor.* 5. 7. 8.

Oratio.

DEus, qui hodiérnâ die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devíctâ morte reſeráſti; vota noſtra quæ præveniéndo aſpíras, étiam adjuvándo proſéquere; Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

AD HORAS, *Pſalmi cantantur de* 2. *tono in* g.

AD PRIMAM, *poſt* Deus in *adjutórium*, *&* Glória Patri, *dicuntur Pſalmi de Dominica*, Confitémini, Beáti láti, *&* Retríbue, *fine dicitur*,

Allelúia. Hæc eſt fecit Dóminus; e & lætémur in ea. *Pſ*

℣. Dóminus vob

℟. Et cum ſpírit

Oratio.

PRæſta, quæſum potens Deus, u tiam Domínicæ r nis agnóvimus, ipſi rem ſpíritûs à mo reſurgámus; Per eú minum noſtrum.

Non dicitur Ora mine ſancte, Pate tens. *Et ſic per O*

C A N O

Ex Concílio Ma ſecúndo.

An. 585. *can*

PAſcha noſtrum i mus Sacérdos pro noſtris delíctis habens obnoxietáte immolátus eſt, deb nes feſtivíſſimè cól dulæ obſervatiónis in ómnibus venerá

℣. Pretióſa, *&* S ría, *ut in Pſalterio*,

AD TERTIAM, *&* NONAM, *poſt* adjutórium, *&* C tri, *dicuntur Pſalm nica; quibus finiti* Allelúia. Hæc eſt d *Primam, cum Orati* qui hodiérnâ die, *Laudibus.*

PERAS.
in quibus non
, *omiſſis Statio-*
quinque Anti-
e Pſalmi ut in-
: dies, Allelúia
Víctimæ, *unica*
Magníficat ,
, *& unica Ora-*
hodiérnâ die.
que ſequentibus
is loco Antipho-
ſet, *& Oratio-*
hodiérnâ die,
ona & Oratio-
t Feria aſſigna-
tur ab his qui
int.]
1. *toni.* D.
: mors in victó-
t mors victória
s ſtímulus tuus?
. 15. 54. 55.
ixit Dóminus,

Salvátor noſter
deſtrúxit qui-
illuminávit au-
corruptiónem;
2. 1. 10.
nfitébor, 22.
rtuus eſt Chri-
i vivunt, jam
, ſed ei qui pro
ſt, & reſurré-
. *Cor.* 5. 15.
eátus vir, 23.
dies quam fecit
ltémus, & læ-
ſ. 117. 24.
ne neumate.
Dóminus verè,

& appáruit Simóni. *Luc* 24. 34.

Allelúia, *loco neumatis dicitur*

Proſa.

VICTIMÆ Paſcháli laudes ímmolent Chriſtiáni:

AGNUS redémit oves; Chriſtus ínnocens Patri reconciliávit peccatóres.

MORS & vita duéllo conflixére mirándo: dux vitæ mórtuus, regnat vivus.

DIC nobis María, quid vidíſti in via?

SEPULCRUM Chriſti vivéntis & glóriam vidi reſurgéntis;

ANGELICOS teſtes, ſudárium, & veſtes:

SURREXIT Chriſtus ſpes mea; præcédet ſuos in Galilæam.

SCIMUS Chriſtum ſurrexíſſe à mórtuis verè: tu nobis victor Rex miſerére.

Ad 1. Magníf. *Ant.* 4. d. *dupl.* Cùm ſerò eſſet die illo, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcípuli congregáti; venit Jeſus, & ſtetit in médio, & dixit eis: Pax vobis; Allelúia. *Joan.* 20. 19.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, *ſuprà in Laudibus. Dicto* Benedicámus Dómino, ℟. Deo grátias, *fit Proceſſio ad Baptiſterium. Eundo cantatur*

℟. Hi, qui amícti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? Hi ſunt, qui lavérunt ſtolas ſuas, & dealbavérunt eas in ſánguine Agni; Allelúia. *Apoc.* 7. 13. 14.

Et ſtatim ſub Antiph. 8. G. Cónſepúlti Chriſto, *cantatur Pſalmus*, Laudáte púeri, 23.

Ant. Conſepúlti Chriſto in baptíſmo, reſurrexíſtis per fidem operatiónis Dei, qui ſuſcitávit illum à mórtuis; Allelúia. *Coloſſ.* 2. 12.

Ad 2. Magníficat, *Ant.* 1. *D.* Conſepúlti ſumus cum Chriſto per baptíſmum in mortem; ut quómodo ſurréxit à mórtuis, ita & nos in novitáte vitæ ambulémus; Allelúia. *Rom.* 6. 4.

Oratio.

DEus, qui omnes in Chriſto renátos, genus regále ſacerdotaléque fecíſti, da fámulis tuis & velle & poſſe quæ præcipis; ut pópulo ad æternitátem vocáto, una ſit fides méntium & píetas actiónum; Per eúmdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Et continuò, ſub Antiph. 5. *F.* Vivit Chriſtus Deo, *cantatur Pſalmus*, In éxitu, 23. *poſt cujus primum* ℣. *proceditur è Baptiſterio ad Sacellum B. Mariæ, vel aliud ſecundùm conſuetudinem locorum.*

Ant. Vivit Chriſtus Deo: ita & vos exiſtimáte vos mórtuos eſſe peccáto, vivéntes autem Deo in Chriſto; Allelúia. *Rom.* 6. 10. 11.

Ad 3. Magníficat, *Ant.* 7. G. Qui mórtui ſumus peccáto, quómodo adhuc vivé illo? An ignorátis qu cúnque baptizáti ſu Chriſto, in morte ipſ tizáti ſumus; Allelúia. 2. 3.

Oratio.

DEus, qui renátis & Spíritu-ſancto ſtis regni pandis intr pérfice in ſanctificátis quam dediſti; ut quí nibus ſunt purgáti p nullis privéntur promi Dóminum noſtrum Chriſtum fílium tuum

℣. Dóminus vobíſ
℟. Et cum ſpíritu
℣. Benedicámus I
℟. Deo grátias.

Poſtea in regreſſu, Stationem ante Cruc cantatur ſequens

℟. Chriſtus reſu mórtuis, jam non m * Mors illi ultrà non d bitur; quòd enim mó peccáto, mórtuus eſt quòd autem vivit, viv Allelúia, allelúia. *Ro* 10. ℣. Præcipitábit mo ſempitérnum: & opp pópuli ſui aúferet de t terra. *Iſai.* 25. 8. * M ultrà.

Ad ingreſſum Ch tatur

Antiphona, Suſcitáv Jeſum à mórtuis, ámpl non reverſúrum in co nem; Allelúia, allelú lúia. *Act.* 13. 34.

PLETORIUM.
nos, &c.
adjutórium.
itri. Sicut erat.
Antiph, de 2. tono
nvocárem, Qui
ce nunc benedí-
Pſalterio. Quibus
*,
Hæc eſt dies quam
ius; exultémus,
n ea. *Pſ.* 117. 23.
nus vobíſcum;
m ſpíritu tuo.
Oratio.
ui nobis ad cele-
im Paſchále ſacra-
eriores ánimos
oce nos & metúe-
ráſceris, & amáre
is; Per Dómi-
n.
ur Oratio, Véri-
r Octavam.
nus vobíſcum;
m ſpíritu tuo.
licámus Dómino.
grátias.

EBUS
OCTAVAM
'aſchæ.
t in die, exceptis
ur.

IM NOCTURNUM.
ium, Surréxit Dó-
,* Veníte, adoré-
ia. *Luc.* 24. 34.
Veníte, 2.
mi unaquâque Fe-
ſub ſola Ant. 8. c.
s ſuſcitávit, ſolú-
s inférni, juxta

quod impoſſíbile erat tenéri illum ab eo; Allelúia. *Act.* 2. 24.

℣. Dómine, eduxíſti ab inférno ánimam meam: ℟. Salváſti me à deſcendéntibus in lacum; Allelúia. *Pſ.* 29. 4.

Lectiones & ℟.℟.℟. ut infrà in qualibet Feria.

Te Deum, *ſine jubilo.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me; ℟. Nec delectáſti inimícos meos ſuper me; Allelúia. *Pſ.* 29. 2.

Pſalmi de Dominica, & Canticum de die Paſcha, ſub ſola Antiphona 7. toni. d.

Si conſurrexíſtis cum Chriſto; quæ ſurſum ſunt ſápite, non quæ ſuper terram; Allelúia. *Coloſſ.* 3. 1. 2.

Capitulum & ℣. 288. *in die Paſcha.*

Antiphona ad Benedíctus; *& Oratio ſunt propria cuilibet Feria, infrà.*

AD HORAS, *Pſalmi de Dominica.*

Ad Primam, non dicitur Symbolum Quicúnque.

℣. Pretióſa, *&* Sancta María, *ut in Pſalterio*, 132.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Oratio propria cuilibet Feria, ut in Laudibus.

AD VESPERAS.

Allelúia *cum Verſu, Antiphona ad* 1. Magníficat, *& Oratio, ſunt etiam propria cuilibet Feria.*

FERIA SECUNDA.

Ad Officium Nocturnum.

Pſalmi ex I. Nocturno Dominica, in Pſalterio, 2.

Incípiunt Actus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 3.

PRimum quidem ſermónem feci de ómnibus, ô Theóphile, quæ cœpit Jeſus fácere, & docére, uſque in diem, quâ præcípiens Apóſtolis per Spíritum-ſanctum, quos elégit, aſſúmptus eſt. Quibus & præbuit ſeípſum vivum poſt paſſiónem ſuam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis, & loquens de regno Dei.

℟. Qui habitábant Jerúſalem, Jeſum ignorántes, petiérunt à Piláto ut interfícerent eum: Deus verò * Suſcitávit eum à mórtuis tértiâ die; Allelúia, allelúia. *Act.* 13. 27. 28. 30. ℣. Nunquid qui dormit non adjíciet ut reſúrgat? *Pſ.* 40. 9. * Suſcitávit eum.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 7.

ET convéſcens, præcépit eis ab Jeroſólymis ne diſcéderent, ſed expectárent promiſſiónem Patris, quam audíſtis, inquit, per os meum: quia Joánnes quidem baptizávit aquâ, vos autem baptizabímini Spíritu-ſancto non poſt multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes: Dómine, ſi in témpore hoc reſtítues regnum Iſraël? Dixit autem eis: Non eſt veſtrûm noſſe témpora vel moménta, quæ Pater póſuit in ſua poteſtáte.

℟. Si Chriſtus crucifíxus eſt ex infirmitáte; ſed vivit ex virtúte Dei. Et nos infírmi ſumus in illo; ſed * Vivémus ex virtúte Dei; Allelúia, allelúia. 2. *Cor.* 13. 4. ℣. Suſcitábit nos, & vivémus in conſpéctu ejus. *Oſee* 6. 3. * Vivémus.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 24. 13. *ad* 35.

IN illo témpore; Duo ex diſcípulis Jeſu ibant ipſa die in caſtéllum quod erat in ſpátio ſtadiórum ſexagínta ab Jerúſalem, nómine Emmaüs. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 235. *in diebus Paſchalibus*, §. 2. 3. *Aliàs Serm.* 140. *de Tempore.*

IN via cum illis tanquam comes ambulábat, & ipſe dux erat. Utique vidébant, ſed non agnoſcébant. [Tenebántur enim óculi eórum,] ſicut audívimus, [ne eum agnóſcerent.] Non tenebántur, ne vidérent; ſed [tenebántur, ne eum agnóſcerent.] Eia, fratres, ubi vóluit Dóminus agnóſci! In fractióne panis. Secúri ſumus, panem frángimus, & Dóminum agnóſcimus. Nóluit agnóſci, niſi ibi, propter nos, qui non eum viſúri erámus in carne, & tamen manducatúri erámus ejus carnem. Quiſquis

…po fidélis es, quiſquis non …ániter Chriſtiánus vocáris, …uiſquis Eccléſiam non ſine …auſa ingréderis, quiſquis ver…um Dei cum timóre & ſpe …udis, conſolétur te fráctio …anis. Abſéntia Dómini, non …ſt abſéntia: habéto fidem, & …ecum eſt quem non vides.

℟. O ſtulti, & tardi corde …d credéndum in ómnibus …uæ locúti ſunt Prophétæ! Nonne hæc opórtuit pati …hriſtum, & ita intráre in …lóriam ſuam; † Allelúia, alle…iia. *Luc.* 24. 25. 26. ℣. Dómi…us vóluit contérere eum in …firmitáte. *Iſai.* 53. 10.* Non…e. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo …, *suprà*, 291.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* …ncípiens Jeſus à Móyſe, & …mnibus Prophétis, interpre…bátur illis in ómnibus Scri…úris, quæ de ipſo erant; …lleluia. *Luc.* 24. 27.

Oratio.

Deus, qui ſolemnitáte Paſcháli mundo remédia …ntuliſti, pópulum tuum, …æſumus, cœléſti dono pro…quere; ut & perféctam liber…tem cónſequi mereátur, & … vitam proficiat ſempitér…m; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 13. *cap.* 7.

I non *decet ad ſacras ullas functiónes quémpiam ac*cédere, niſi ſanctè; certè quò magìs ſánctitas & divínitas cœléſtis hujus ſacraménti Eucharíſtiæ viro Chriſtiáno compérta eſt, eò diligéntiùs cavére ille debet, ne abſque magna reveréntia & ſanctitáte ad id percipiéndum accédat.

AD VESPERAS.

℣. Hæc eſt dies, 289.

Allelúia. *Deinde*, ℣. Accépit Jeſus panem, & benedíxit, ac fregit, & porrigébat illis: & apérti ſunt óculi eórum, & cognovérunt eum. *Luc.* 24. 30. 31.

Allelúia. *Proſa*, Víctimæ, 289.

Ad 1. Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Regréſſi ſunt in Jerúſalem; & invenérunt congregátos Undecim, & eos qui cum illis erant; & narrábant quómodo cognovérunt Jeſum in fractióne panis; Allelúia. *Luc.* 24. 33. 35.

Oratio, Deus, qui ſolemnitáte Paſcháli, *ut ſuprà.*

Poſt Benedicámus Dómino, *fit Proceſſio ut heri*, 289.

COMPLETORIUM, *ut in die Paſchæ*, 291.

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi ex II. Nocturno Dominicæ, ut in Pſalterio, 4.

De Actibus Apóſtolorum.

Lectio j. *c.* 2. 22. *ad* 28.

Viri Iſraëlítæ, audíte verba hæc: Jeſum Nazarénum, virum approbátum à Deo in vobis, virtútibus, & prodígiis, & ſignis,

quæ fecit Deus per illum in médio veſtri, ſicut & vos ſcitis: hunc definíto conſilio, & præſciéntiâ Dei tráditum, per manus iniquórum affigéntes interemiſtis: quem Deus ſuſcitávit, ſolútis dolóribus inférni, juxta quod impoſſíbile erat tenéri illum ab eo. David enim dicit in eum: Providébam Dóminum in conſpéctu meo ſemper, quóniam à dextris eſt mihi ne commóvear. Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea, ínſuper & caro mea requiéſcet in ſpe: quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem. Notas mihi fecíſti vias vitæ; & replébis me jucunditáte cum fácie tua.

℟. Chriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris, & ſepúltus eſt: reſurréxit tértia die ſecúndùm Scriptúras, & * Viſus eſt Cephæ, & poſt hoc Undecim; Allelúia, allelúia. 1. *Cor.* 15. 3. 4. 5. ℣. Præóccupat qui ſe concupíſcunt, ut illis ſe prior oſténdat. *Sap.* 6. 14. * Viſus eſt.

Lectio ij. *v.* 29. *ad* 35.

VIri fratres, líceat audénter dícere ad vos de patriárcha David, quóniam defúnctus eſt, & ſepúltus: & ſepúlcrum ejus eſt apud nos uſque in hodiérnum diem. Prophéta ígitur cùm eſſet, & ſciret quia jurejurándo juráſſet illi Deus de fructu lu[mbi ejus] ſedére ſuper ſedem e[jus]: videns locútus eſt de [reſurre]ctióne Chriſti, quia n[eque] relíctus eſt in inférno[, neque] caro ejus vidit corru[ptiónem]. Hunc Jeſum reſſuſcitá[vit Deus,] cujus omnes nos teſte[s ſumus]. Déxterâ ígitur Dei e[xaltátus,] & promiſſióne Spíri[tus ſancti] accéptâ à Patre, effú[dit hunc] quem vos vidétis, & [audítis]. Non enim David a[ſcendit in] cœlum; dixit autem i[pſe: Di]xit Dóminus Dómi[no meo:] Sede à dextris mei[s, donec] ponam inimícos tu[os ſcabél]lum pedum tuórum.

℟. Crédimus, ſcié[ntes quó]niam qui ſuſcitávit J[eſum,] * Nos cum Jeſu ſuſci[tábit; Al]lelúia, allelúia. 2. *Co[r.]* 14. ℣. Vivificábit [nos poſt] duos dies; in die t[értia ſuſ]citábit nos. *Oſee* 6. [* Nos] cum Jeſu.

Léctio ſancti Evangé[lii ſecún]dùm Lucam

Lectio iij. *c.* 24. 3[6.]

IN illo témpore; [ſtetit Je]ſus in médio diſc[ipulórum] ſuórum, & dicit eis[: Pax vo]bis: ego ſum, nolí[te timére.] Et réliqua.

Homília ſancti G[regórii] papæ.

Homil. 26. *in Evang[...]*
Baſil. S. Joan. L[at.]
Oct. Paſcha[...]

PRima lectiónis [hujus E]vangélicæ quæ[ſtio ani]mum pulſat, quó[...]

reſurrectiónem corpus Domínicum verum fuit, quod clauſis jánuis ad diſcípulos íngredi pótuit. Sed ſciéndum nobis eſt, quòd divína operátio, ſi ratióne comprehénditur, non eſt admirábilis: nec fides habet méritum, cui humána rátio præbet experiméntum. Sed hæc ipſa noſtri Redemptóris ópera, quæ ex ſemetípſis comprehéndi nequáquam poſſunt, ex ália ejus operatióne penſánda ſunt; ut rebus mirabílibus fidem præbeant facta mirabilióra. Illud enim corpus Dómini intrávit ad diſcípulos jánuis clauſis, quod vidélicet ad humános óculos per nativitátem ſuam clauſo éxiit útero Vírginis. Quid ergo mirum, ſi clauſis jánuis poſt reſurrectiónem ſuam in ætérnum jam victúrus intrávit, qui moritúrus véniens, non apérto útero Vírginis exívit?

℟. Stetit Jeſus in médio diſcipulórum ſuórum, & dicit eis: * Pax vobis: ego ſum, nolíte timére; † Allelúia, allelúia. *Luc.* 24. 36. ℣. Ego ſum frater veſter, nolíte pavére; pro ſalúte enim veſtra miſit me Deus. *Gen.* 45. 4. 5. * Pax vobis. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te, 291.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Dixit Jeſus: Habétis hìc áliquid quod *manducétur? Obtulérunt ei partem píſcis aſſi*, & favum mellis. Et cùm manducáſſet, relíquias dedit eis; Allelúia. *Luc.* 24. 41. 42. 43.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam novo ſemper fœtu multíplicas; concéde fámulis tuis, ut ſacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 13. *cap.* 7.

QUi mandúcat & bibit indígnè, judícium ſibi mandúcat & bibit, non dijúdicans corpus Dómini. Quare communicáre volénti revocándum eſt in memóriam ejus, præcéptum: Probet ſeípſum homo.

AD VESPERAS.

℣. Hæc eſt dies, 289.

Allelúia. *Deinde*, ℣. Apéruit Jeſus diſcípulis ſenſum, ut intellígerent Scriptúras. *Luc.* 24. 45.

Allelúia. *Proſa*, Víctimæ, 289.

Ad 1. Magníficat, *Ant.* 3. g. Sic ſcriptum eſt, & ſic oportébat Chriſtum pati, & reſúrgere à mórtuis tértiâ die, & prædicári in nómine ejus pœniténtiam & remiſſiónem peccatórum in omnes gentes; Allelúia. *Luc.* 24. 46. 47.

Oratio, Deus, qui Ecclésiam tuam, *ſuprà.*

Poſt Benedicámus Dómino, *Proceſſio ut in die Paſchæ*, 289.

Ant. Allèlúia, allelúia.

Ad Magníf. *Ant.*8.G.* *Dupl.* Véſperè Sábbati, quæ lucéſcit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María, vidére ſepúlcrum; allelúia. *Matt.* 28. 1.

Sacerdos ad altare dicit, Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut divíno múnere ſatiáti, & ſacris myſtériis innovémur & móribus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia.

Reliqua, ut in Miſſali.

[*Extra Chorum, Veſperæ dicuntur ut ſuprà, cum* Allelúia *ante Pſalmum*, Laudáte. *Poſt Orationem, loco* Ite, miſſa eſt, *dicitur* ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.]

AD COMPLETO

Convérte nos, &

Deus in adjutóri

Glória Patri. Si

Allelúia.

Pſalmi 2. g. *ſine A*

Cùm invocárem, i

hábitat, Ecce nunc

cite. *In cujuſque fi*

Patri. *Quibus finitis*

Allelúia. Ad véſp

morábitur fletus, &

tutínum lætítia. *Pſ.*

℣. Dóminus vobí

℟. Et cum ſpíriti

Orémus.

GAúdeat, Dómir

fidélis: & cùm

récolit ſalvatiónis

ejus promoveátur au

Per Dóminum.

Non dicitur Orat

tas, *Et ſic per Octa*

℣. Dóminus vob

℟. Et cum ſpíritu

℣. Benedicámus

℟. Deo grátias.

N DIE SANCTO PASCHÆ.

ANNUALE.

D OFFICIUM NOCTURNUM.

Dómine lábia mea apéries, c. *de Pſalterio*, *cum* Allelúia.

Invitatorium, Allelúia, Surxit Dóminus verè; * Vete, adorémus; Allelúia. *uc.* 24. 34.

Pſalmus, Veníte, 2.

Non dicitur Hymnus, *nec ſit bilus in ſine Antiphonarum: uod ſervatur etiam ad Horas r totam Octavam.*

Pſalmi ex I. Nocturno Doinica, *in Pſalterio*, 2.

Antiphona 6. *toni.* F. *Dupl.*

CUm tranſiſſet Sábbatum, María Magdaléne, & María Jacóbi, Salóme emérunt arómata; t veniéntes úngerent Jeſum; llelúia. *Marc.* 16. 1.

Ant. 1. D. Una Sábbati valedilúculò venérunt ad moruméntum, portántes quæ aráverant arómata; Allelúia. *uc.* 24. 1.

Ant. 8. G. *dupl.* Vidérunt evolútum lápidem; Angelus nim deſcéndit de cœlo, & evólvit lápidem, & ſedébat uper eum; Allelúia. *Marc.* 6. 4. *Matt.* 38. 2.

℣. Dóminus regnávit decórem indútus eſt; ℟. Indútus eſt Dóminus fortitúdinem; Allelúia. *Pſ.* 92. 1.

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Jube Dómine bene dícere.

Bened. Confiteámur, &c. 140.

De Epíſtola beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Lectio j. *c.* 6. 3. *ad* 6.

AN ignorátis quia quicúnque baptizáti ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipsius baptizáti ſumus? Conſepúlti enim ſumus cum illo per baptíſmum in mortem; ut quómodo Chriſtus ſurréxit à mórtuis per glóriam Patris, ita & nos in novitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti ſumus ſimilitúdini mortis ejus; ſimul & reſurrectiónis érimus. Hoc ſciéntes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruátur corpus peccáti, & ultrà non ſerviámus peccáto. Tu autem Dómine.

℟. Erat aſpéctus Angeli ſicut fulgur; & veſtiméntum ejus ſicut nix; * Præ timóre

eſt Jeſus diſcípulis, cùm reſurrexíſſet à mórtuis; Allelúia. *Joan.* 21. 13. 14.

Oratio, Deus, qui nos reſurrectiónis, *ſuprà.*

Poſt Benedicámus Dómino, *Proceſſio, ut in die Paſchæ*, 289.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi ex I. Nocturno Dominicæ, ut in Pſalterio, 2.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 4.

PEtrus & Joánnes aſcendébant in templum ad horam oratiónis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero matris ſuæ, bajulabátur: quem ponébant quotídie ad portam templi, quæ dícitur Specióſa, ut péteret eleemóſynam ab introeúntibus in templum. Is cùm vidíſſet Petrum & Joánnem incipiéntes introíre in templum, rogábat ut eleemóſynam accíperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joánne, dixit: Réſpice in nos.

℟. Qui habitábant, 292.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 9.

AT ille intendébat in eos, ſperans ſe áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit: Argéntum & aurum non eſt mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do: In nómine Jeſu Chriſti Nazaréni ſurge, & ámbula. Et apprehénſâ manu ejus déxterâ, allevávit eum, & prótinus conſolidátæ ſunt baſes ejus, & plantæ. Et exi-

liens ſtetit, & ambul intrávit cum illis in ámbulans, & exílien dans Deum. Et vid pópulus eum ambul laudántem Deum.

℟. Si Chriſtus, :

Léctio ſancti Evangé dùm Joánnen

Lectio iij. *c.* 20. 1

IN illo témpore; bat ad monumént plorans. Et réliqua.

Homília ſancti G papæ.

Homil. 25. *in Evan Baſil. S. Joan. Feriâ* 5. *Paſc*

MUlier, quid plor quæris?] Int dolóris cauſa, ut aug ſidérium; quátenus mináret quem quæ amóre ejus ardéntiùs [Illa exíſtimans quia nus eſſet, dicit ei : ſi tu ſuſtuliſti eum, d ubi poſuíſti eum, & tollam ...] Quid eſt eo quem hortulán dit, cui necdum díx quærébat, ait : [D tu ſuſtulíſti eum?] q jam dixíſſet ex cuju rio plángeret, eum d non díxerat. Sed v hoc ágere ſolet in á quem ipſe ſemper nullum álium ignorá Rectè & hæc múli quærit non dicit; & cit : [Si tu ſuſtul

-quia álteri non putat incógni-
-tum, quem ſic ipſa contínuo
-plangit deſidério.

℟. María ſtabat ad monu-
-méntum foris, plorans. Dicit
ei Jeſus: Múlier, quid ploras?
-quem quæris? Illa exíſtimans
-quia hortulánus eſſet, dicit ei:
-Dómine, ſi tu ſuſtuliſti eum,
*Dícito mihi ubi poſuíſti eum,
-& ego eum tollam; † Allelúia,
-allelúia. *Joan.* 20. 11. 15.
℣. Indica mihi, quem díligit
ánima mea. *Cant.* 1. 6. * Dícito mihi. Glória. † Allelúia.

Te Deum,

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te, 291.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *F.* Dicit Maríæ Jeſus: María. Convérſa illa, dicit ei: Rabbóni, quod dícitur, Magíſter; Allelúia. *Joan.* 20. 16.

Oratio.

Deus, qui diverſitátem géntium in confeſſióne tui nóminis adunáſti; da ut renátis fonte baptíſmatis una ſit fides méntium, & píetas actiónum; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Cabilonénſi ſecúndo.

An. 813. *can.* 46.

In perceptióne córporis & ſánguinis Dómini magna diſcrétio adhibénda eſt. Caméndum eſt enim, ne ſi nímium in longum differátur, ad pernícíem ánimæ pertíneat, *dicénte Dómino: Niſi manducavéritis carnem filii* hóminis, & bibéritis ejus ſánguinem, non habébitis vitam in vobis. Si verò indiſcrétè accipiátur, timéndum eſt illud quod ait Apóſtolus: Qui enim mandúcat & bibit indignè, judícium ſibi mandúcat & bibit.

AD VESPERAS.

℣. Hæc eſt dies, 289.

Allelúia. *Deinde*, ℣. Dicit Maríæ Jeſus: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcéndo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. *Joan.* 20. 17.

Allelúia. *Non dicitur Proſa.*

Ad 1. Magníficat, *Ant.* 8. G.* Venit María Magdaléne annúntians diſcípulis, quia vidi Dóminum; Allelúia. *Joan.* 20. 18.

Oratio, Deus, qui diverſitátem, *ſuprà.*

Poſt Benedicámus Dómino, *Proceſſio, ut in die Paſchæ*, 289.

FERIA SEXTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi ex II. Nocturno Dominicæ, 4.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 3. 10. *ad* 12.

Cognoſcébant autem illum, quòd ipſe erat, qui ad eleemóſynam ſedébat ad Speciósam portam templi: & impléti ſunt ſtupóre & éxtaſi in eo quod contígerat illi. Cùm tenéret autem Petrum & Joánnem, cucúrrit omnis pópulus ad eos ad pórticum, quæ appellátur Salomónis, ſtupéntes. Videns au-

tem Petrus, reſpóndit ad pópulum : Viri Iſraëlítæ, quid mirámini in hoc, aut nos quid intuémini, quaſi noſtrâ virtúte aut poteſtáte fecérimus hunc ambuláre.

℟. Chriſtus, 294.

Lectio ij. *v.* 13. *ad* 16.

DEus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus patrum noſtrórum glorificávit filium ſuum Jeſum, quem vos quidem tradidíſtis, & negáſtis ante fáciem Piláti, judicánte illo dimítti. Vos autem Sanctum & Juſtum negáſtis, & petíſtis virum homicídam donári vobis : autórem verò vitæ interfecíſtis, quem Deus ſuſcitávit à mórtuis, cujus nos teſtes ſumus. Et in fide nóminis ejus, hunc quem vos vidíſtis, & noſtis, confirmávit nomen ejus : & fides quæ per eum eſt, dedit íntegram ſanitátem iſtam in conſpéctu ómnium veſtrûm.

℟. Crédimus, 294.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c.* 28. 16. *ad fin.*

IN illo témpore; Undecim diſcípuli abiérunt in Galilæam, in montem ubi conſtitúerat illis Jèſus. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi presbyteri.

Lib. 4. *Comment. in cap.* 28. *Matt.*

POſt reſurrectiónem, Jeſus in monte Galilææ conſpícitur, ibique adorátur : licèt quidam dúbitent, & dubitátio eórum noſtram áugeat fidem. Tunc maniféſtiùs oſténditur Thomæ; & latus lánceâ vulnerátum, & manus fixas demónſtrat clavis. Et accédens Jeſus locútus eſt eis, dicens: [Data eſt mihi omnis potéſtas in cœlo & in terra.] Illi potéſtas data eſt, qui paulò antè crucifixus, qui ſepúltus in túmulo, qui mórtuus jacúerat, qui póſtea reſurréxit. In cœlo autem & in terra potéſtas data eſt; ut qui antè regnábat in cœlo, per fidem credéntium regnet & in terris.

℟. Vidéntes Jeſum diſcípuli adoravérunt. Et accédens Jeſus locútus eſt eis, dicens: * Data eſt mihi omnis potéſtas in cœlo, & in terra; † Allelúia, allelúia. *Matt.* 28. 17. 18. ℣. Ego conſtitútus ſum Rex à Dómino ſuper Sion. *Pſ.* 2. 6. * Data eſt. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te, 291.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. g. Eúntes docéte omnes gentes, ſerváre ómnia quæcúmque mandávi vobis; Allelúia. *Matt.* 28. 19. 20.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui Paſchále ſacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contuliſti; da méntibus noſtris, ut quod profeſſióne celebrámus, imitémur effectu; Per Dóminum.

: *A N O N.*
oncílio Toletáno
ſecúndo.
ı. 675. cap. 4.
perſónis diſcordán-
n id ſpeciáliter defi-
ɔræcípimus, ut ánte-
ıs reconciliátio vera
, nullus eórum accé-
ltáre Dómini aúdeat,
am communiónis ſan-
piat.
V E S P E R A S.
ec eſt dies, 289.
ia. *Deinde*, ℣. Eúntes
um univérſum, præ-
rangélium omni crea-
ırc. 16. 15.
ı. *Non dicitur Proſa.*
Magníficat, *Ant.* 2. D.*
ɔíſcum ſum uſque ad
ıatiónem ſéculi; Al-
latt. 28. 20.
, Omnípotens, *ſuprà.*
enedicámus Dómino,
ut in die Paſchæ, 289.
ı B B A T O
Albis deponendis.
CIUM NOCTURNUM.
: *ex III. Nocturno Do-*
6.
tibus Apoſtolórum.
, *c. 3. 17. ad 21.*
nunc, fratres, ſcio
uia per ignorántiam
ciſtis, ſicut & Prínci-
i. Deus autem, quæ
ávit per os ómnium
írum, pati Chriſtum
c implévit. Pœnité-
ır, & convertímini,
ıtur peccáta veſtra: ut cùm vénerint témpora refrigérii à conſpéctu Dómini, & míſerit eum, qui prædicátus eſt vobis, Jeſum Chriſtum; quem opórtet quidem cœlum ſuſcípere uſque in témpora reſtitutiónis ómnium, quæ locútus eſt Deus per os ſanctórum ſuórum à ſéculo Prophetárum.

℟. Jeſum à Názareth, 296.

Lectio ij. *v. 22. ad fin.*

MOyſes quidem dixit: Quóniam Prophétam ſuſcitábit vobis Dóminus Deus veſter, de frátribus veſtris, tanquam me, ipſum audiétis juxta ómnia quæcúnque locútus fúerit vobis. Erit autem: omnis ánima, quæ non audíerit Prophétam illum, exterminábitur de plebe. Et omnes Prophétæ à Sámuël, & deínceps, qui locúti ſunt, annuntiavérunt dies iſtos. Vos eſtis fílii Prophetárum, & teſtaménti quod diſpóſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham: Et in ſémine tuo benedicéntur omnes famíliæ terræ. Vobis primùm Deus ſúſcitans Fílium ſuum, miſit eum benedicéntem vobis, ut convértat ſe unuſquíſque à nequítia ſua.

℟. Sive vívimus, 296.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c. 20. 1. ad 9.*

IN illo témpore; Unâ Sábbati María Magdalène venit manè, cùm adhuc ténebræ

eſſent, ad monuméntum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 22. in Evang. hab. in Baſil. S. Joan. Later. Sabb. poſt Paſcha, circa init.

LEctio ſancti Evangélii quam modò, fratres, audíſtis, valde in ſuperfície hiſtórica eſt apérta; ſed ejus nobis ſunt myſtéria ſub brevitáte requirénda. [María Magdaléne, cùm adhuc ténebræ eſſent, venit ad monuméntum.] Juxta hiſtóriam, notátur hora; juxta intelléctum verò myſticum, requiréntis ſignátur intelligéntia. María étenim auctórem ómnium, quem in carne víderat mórtuum, quærébat in monuménto: & quia hunc mínimè invénit, furátum crédidit. Adhuc ergo erant ténebræ, cùm venit ad monuméntum. Cucúrrit cítiùs, diſcipuliſque nuntiávit. Sed illi præ céteris cucurrérunt, qui præ céteris amavérunt; vidélicet Petrus & Joánnes.

℟. Unâ Sábbati María Magdaléne * Venit manè, cùm adhuc ténebræ eſſent, ad monuméntum; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 20. 1. ℣. Fortis eſt ut mors diléctio, dura ſicut inférnus æmulátio. *Cant.* 8. 6. * Venit. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te, 291.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. ſ. Nondum ſciébant Scriptúram, quia oportébat Jeſum à mórtuis reſúrgere; Allelúia. *Joan.* 20. 9.

Oratio.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui feſta Paſchália venerándo égimus; per hæc contíngere ad gaúdia ætérna mereámur; Per.

CANON.

Ex Concílio Bracarénſi ſecúndo.

An. 563. *cap.* 13.

PLácuit, ut intrà ſanctuárium altáris íngredi ad communicándum non liceat láïcis, viris vel muliéribus, niſi tantùm clericis; ſicut & antiquis Canónibus ſtatútum eſt.

DOMINICA PRIMA *poſt Paſcha*, *ſeu* IN ALBIS DEPOSITIS.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Sabbato.

Antiphona 8. *toni.* G.

VOs cùm mórtui eſſétis in delíctis, convivificávit cum Chriſto Deus, donans vobis ómnia delícta; Allelúia. *Coloſſ.* 2. 13.

Ant. 2. D. Mortificáti eſtis legi per corpus Chriſti; ut ſitis altérius, qui ex mórtuis reſurréxit, ut fructificémus Deo; Allelúia. *Rom.* 7. 4.

Ant. 5. a. Vos nunc ſalvos facit baptíſma per reſurrectiónem Jeſu Chriſti; Allelúia. 1. Petr. 3. 21.

Ant. 3. g. Omnes filii Dei

lem , quæ eſt in
ū; Allel. *Gal.* 3. 26.
r. c. Quicúmque in
ptizáti eſtis , Chri-
tis ; Allelúia. *Gal.*

n, *Hymnus* , *&* ℣.
eriis Temporis Paſ-

ificat , *Ant.* 1. *f.**
s diſcípulis : Pax
t miſit me Pater ,
to vos ; Allelúia.
21.
ræſta , quæſumus ,
udes.
TORIUM , *ut Tem-*
li in Pſalterio. Pre-
uplicibus-majoribus
Oratione de Pſalt.
FFICIUM
TURNUM.
rium , ut in die Paſ-

, Promiſſus , *infrà* ,

ex I. Nocturno Do-

ona 7. *toni.* a.
ſi eſtis ad Deum
Deo vivo & vero ,
e Fílium ejus de
m ſuſcitávit ex mór-
n ; Allelúia. 1. *Theſſ.*

C. In timóre con-
ſciéntes quòd non
ibus auro , vel ar-
mpti eſtis ; ſed pre-
ine quaſi agni im-
Chriſti ; *Allelúia.*
17. 18. 19.

Ant. 5. a. Non eſtis veſtri ; empti enim eſtis prétio magno : glorificáte , & portáte Deum in córpore veſtro ; Allelúia. 1. *Cor.* 6. 19. 20.

℣. Créſcite in grátia , & in cognitióne Dómini noſtri , ℟. Et Salvatóris Jeſu Chriſti ; Allelúia. 2. *Petr.* 3. 19.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 4. 1. *ad* 7.

LOquéntibus Petro & Joánne ad pópulum , ſupervenérunt Sacerdótes , & Magiſtrátus templi , & Sadducæi , doléntes quòd docérent pópulum , & annuntiárent in Jeſu reſurrectiónem ex mórtuis; & injecérunt in eos manus , & poſuérunt eos in cuſtódiam in cráſtinum ; erat enim jam véſpera. Multi autem eórum qui audíerant verbum, crediderunt : & factus eſt númerus virórum quinque míllia. Factum eſt autem in cráſtinum , ut congregaréntur Príncipes eórum , & Senióres , & Scribæ in Jerúſalem , & Annas princeps Sacerdótum , & Caïphas , & Joánnes , & Alexánder , & quotquot erant de génere ſacerdotáli. Et ſtatuéntes eos in médio , interrogábant : In qua virtúte , aut in quo nómine feciſtis hoc vos ?

℟. Vos pópulus acquiſitiónis ; qui aliquándo non pópulus , nunc autem pópulus Dei : * Qui non conſecúti miſericórdiam , nunc autem miſericórdiam conſecúti ; Allelúia.

allelúia. 1.*Petr.*2.9.10. ℣. Dóminus elégit vos, qui diléxit vos, & redémit de domo ſervitútis. *Deut.* 7. 7. 8.* Qui non conſecúti.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 12.

TUnc replétus Spíritu-ſancto Petrus, dixit ad eos: Príncipes pópuli, & Senióres, audíte: Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt, notum ſit ómnibus vobis, & omni plebi Iſraël; quia in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti Nazaréni, quem vos crucifixíſtis, quem Deus ſuſcitávit à mórtuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobátus eſt à vobis ædificántibus, qui factus eſt in caput ánguli: & non eſt in álio áliquo ſalus. Nec enim áliud nomen eſt ſub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos ſalvos fíeri.

℟. Deponéntes omnem malítiam, * Sicut modò géniti infántes ſine dolo lac concupíſcite, ut in eo creſcátis in ſalútem; Allelúia, allelúia. 1.*Petr.* 2.1.2. ℣. Teſtes vos eſtis, quia ipſi elegéritis vobis Dóminum ut ſerviátis ei: nunc ergo inclináte corda veſtra ad Dóminum. *Joſue* 24.22.23.* Sicut.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 20. 19. *ad fin.*

IN illo témpore; Cùm ſerò eſſet die illo, unâ Sabbatórum, & fores eſſent clauſæ; ubi erant diſcípuli congregáti propter metum Judæórum, venit Jeſus, & ſtetit in médio, & dixit eis: Pax vobis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 26. *in Evang. hab. in Baſil. S. Joan. Later. in Oct. Paſchæ, poſt init.*

DIxit eis: [Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.] Id eſt, ſicut miſit me Pater Deus Deum, & ego mitto vos homo hómines. Pater Fílium miſit, qui hunc pro redemptióne géneris humáni incarnári conſtítuit. Quem vidélicet in mundum veníre ad paſſiónem vóluit; ſed tamen amávit Fílium, quem ad paſſiónem miſit. Eléctos verò Apóſtolos Dóminus non ad mundi gaúdia, ſed ſicut ipſe miſſus eſt, ad paſſiónes in mundum mittit. Quia ergo & Fílius amátur à Patre, & tamen ad paſſiónem míttitur; ita & diſcípuli à Dómino amántur, qui tamen ad paſſiónem mittúntur in mundum. Itaque rectè dícitur: [Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos;] id eſt, eâ vos caritáte díligo, cùm inter ſcándala perſecutórum mitto, quâ me caritáte Pater díligit, quem veníre ad tolerándas paſſiónes fecit.

℟. Poſt dies octo, íterum erant diſcípuli Jeſu intus, & Thomas cum eis. * Venit Jeſus

is clauſis, & ſtetit in mé-
& dixit: Pax vobis; † Al-
a, allelúia. *Joan.* 20. 26.
onus eſt Dóminus ſperán-
; in eum, ánimæ quærén-
um. *Thren.* 3. 25. * Venit
:. Glória. † Allelúia.
e Deum.

LAUDES MATUTINAS.

. *Sacerdotalis*, Exaltábo
291.
*almi & Canticum de Do-
ca in Pſalterio*, 9.
Intiphona de die Paſcha,

*pitulum, Hymnus, & ℣.
Feriis, infrà*, 308.
l Benedíctus, *Ant.* 1. D.*
it Jeſus Thomæ: Infer dí-
m tuum huc, & vide ma-
meas, & affer manum
, & mitte in latus meum;
li eſſe incrédulus, ſed fi-
. Reſpóndit Thomas: Dó-
s meus, & Deus meus;
ia. *Joan.* 20. 27. 28.

Oratio.

ſta, quæſumus, omní-
ens Deus, ut qui Paſ-
eſta perégimus; hæc,
nte, móribus & vitâ
s; Per Dóminum
Jeſum Chriſtum.

HORAS, *Pſalmi de
, Antiphona, Capi-
. brevia, ut in Feriis
Paſchalis, infrà*, 309.
ratio, Præſta, *ſuprà
s.*

MAM, *dicitur Sym-
icúnque. In ℟. bre-
ſurrexíſti à mór-
na.*

tuis. *Preces cum unica Oratione, ut in aliis Dominicis.*

CANON.

Ex Concílio Saliſburgénſi. *An.* 1420. *cap.* 27. *de celebratione Miſſarum.*

NUllus Sacerdótum noviórum, illâ die quâ primam Miſſam celebráre vóluit, in exórdio publicatiónis ſanctiſſimi ſui Offícii oblatúrus Deo primítias grátiæ ac ſalútis ſibi collátæ, áliquos ad convívium invitáre, aut invitátos habére, aut procuráre per ſe vel per álium ullo modo præſúmat; ſed ad ſolum Deum, cujus milítiæ eſt aſcríptus, dírigat áciem ſui cordis.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. D. Abſórpta eſt mors in victória. Ubi eſt mors victória tua? ubi eſt mors ſtímulus tuus? Allelúia. 1. *Cor.* 15. 54. 55.

Ant. 3. E. Salvátor noſter Jeſus Chriſtus deſtrúxit quidem mortem, illuminávit autem vitam & incorruptiónem; Allelúia. 2. *Tim.* 1. 10.

Ant. 7. a. Mórtuus eſt Chriſtus: ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mórtuus eſt, & reſurréxit; Allelúia. 2. *Cor.* 5. 15.

Ant. 8. G. Conſepúlti Chriſto in baptíſmo, reſurrexíſtis per fidem operatiónis Dei, qui ſuſcitávit illum à mórtuis; Allelúia. *Coloſſ.* 2. 12.

V

Ant. 5. F. Vivit Chriſtus Deo: ita & vos exiſtimáte vos mórtuos eſſe peccáto, vivéntes autem Deo in Chriſto; Allelúia. *Rom.* 6. 10. 11.

Capitulum, Hymnus, & ℣. ut infrà in Feriis, 311.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Hæc autem ſcripta ſunt ut credátis, quia Jeſus eſt Chriſtus filius Dei; & ut credéntes, vitam habeátis in nómine ejus; Allelúia. *Joan.* 20. 31.

Oratio, Præſta, quæſumus, *ſuprà.*

Fit Statio in Navi cantando ℟. Chriſtus reſúrgens, 290. *& alia ut in Pſalterio*, 25.

Completorium, *ut heri.*

IN FERIIS

Temporis Paſchalis, uſque ad Aſcenſionem Domini.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Qui crucifixus eſt, ſurréxit: * Veníte, adorémus; Allelúia. *Matt.* 28. 5. 6.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Nic. Torn.*

Promiſſus ut venit dies,
Qui lúmini te rédderet,
O Chriſte! tunc eſt in tua
Abſórpta mors victória.

Fruſtra ſepúlcro mílites
Inſánus áddidit furor;
Fruſtrà ſpecûs gens ímpia,
Signáta clauſit óſtia.

Quod vanus obténdit metus,
Nemo cadáver ábſtulit:
Virtúte ſurréxit ſuâ
Qui ſponte mortem pértulit.

Clausa, ſigíllis íntegris;
Vivus ſpelúncâ pródiit,
Quem matris alvo vírginis
Effúdit illæſus pudor.

* Da, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Hymni hujus metri, propriam non habentes Doxologiam, terminantur per has duas Strophas, * Da, Chriſte, *& Sit laus, uſque ad Aſcenſionem.*

Pſalmi tres infrà notati pro unaquaque Feria, ſub ſola Ant. 2. D. Quem occidérunt ſuſpendéntes in ligno, hunc Deus ſuſcitávit tértiâ die; Allelúia. *Act.* 10. 39. 40.

℣. Salvávit ſibi déxtera ejus,
℟. Et bráchium ſanctum ejus; Allelúia. *Pſ.* 97. 1.

Benedictiones, ut poſt Pſalterium pro Tempore Paſchali.

Lectiones, infrà in qualibet Feria.

℟.℟.℟. *ſingulis Hebdomadis dicuntur ut hìc aſſignantur pro qualibet Feria, niſi aliter notetur.*

Feriâ II. & V.

℟. 1. Cùm conſummáſſent ómnia quæ de Jeſu ſcripta erant, deponéntes eum de ligno, poſuérunt in monu-

eus verò ſuſcitá-
órtuis ; Allelúia,
13. 29. 30. ℣. De
de judício ſublá-
iſſus eſt de terra
ſai. 53. 8. * Deus

ad patres noſtros
facta eſt, * Hanc
lévit, reſúſcitans
úia, allelúia. *Act.*
. Dóminus Deus
plévit miſericór-
quam promíſit
. *Judith* 13. 18.
;.
s pacis, qui edú-
iis Paſtórem ma-
in ſánguine te-
érni Dóminum
tet vos in omni
ciátis ejus volun-
lleluia, allelúia.
). 21. ℣. Memi-
ènti ſui, & det
nibus, ut faciá-
luntátem corde
ánimo volénti.
:. 3. * Aptet vos.
elúia.

III. & VI.

ſtolis quos elégit
buit ſeípſum vi-
s quadragínta ap-
& loquens de re-
lleluia, allelúia.
. ℣. Deus noſter
diſciplínæ Iſraël
in terris viſus
homínibus con-
Baruch 3. 36. 37.

℟. 2. Virtúte magnâ * Reddébant Apóſtoli teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti Dómini noſtri; Allelúia, allelúia. *Act.* 4. 33. ℣. Annuntiábunt cœli juſtítiam Dómini pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus. *Pſ.* 21. 32. * Reddébant.

℟. 3. Replétus Spíritu-ſancto Petrus, dixit: Príncipes pópuli audíte : Quem Deus ſuſcitávit à mórtuis, * Hic eſt lapis qui reprobátus eſt à vobis ædificántibus ; & non eſt in álio áliquo ſalus ; † Allelúia, allelúia. *Act.* 4. 8. 10. 11. 12. ℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli. *Pſ.* 117. 22. * Hic eſt. Glória. † Allelúia.

Feriâ IV.

℟. 1. Certíſſimè ſciat omnis domus Iſraël, quia * Et Dóminum & Chriſtum fecit Deus, hunc Jeſum quem vos crucifixiſtis; Allelúia, allelúia. *Act.* 2. 36. ℣. Filii hóminum, ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus Sanctum ſuum. *Pſ.* 4. 3. 4. * Et Dóminum.

℟. 2. Quem vos interemíſtis ſuſpendéntes in ligno, * Hunc príncipem & ſalvatórem Deus exaltávit déxterâ ſuâ ad dandam pœniténtiam, & remiſſiónem peccatórum ; Allelúia, allelúia. *Act.* 5. 30. 31. ℣. In ſciéntia ſua juſtificábit ipſe juſtus multos. *Iſai.* 53. 11. * Hunc príncipem.

℟. 3. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David. * Dignus eſt Agnus qui occíſus eſt accípere virtútem, & divinitátem, & glóriam; † Allelúia, allelúia. *Apoc.* 5. 5. 12. ℣. Ipſe eſt Deus vivens in ſécula; ipſe liberátor, atque ſalvátor. *Dan.* 6. 26. 27.* Dignus eſt. Glória. † Allelúia.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me; ℟. Nec delectáſti inimícos meos ſuper me; Allelúia. *Pſ.* 29. 2.

Pſalmi de Feria, ſub ſola Ant. 8. G. Jeſum Deus ſuſcitávit à mórtuis: nec áliud nomen eſt ſub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos ſalvos fieri; Allelúia. *Act.* 4. 10. 12.

Capitulum. 1. *Petr.* 1. 3. 4.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecúndùm miſericórdiam ſuam magnam regenerávit nos in ſpem vivam, per reſurrectiónem Jeſu Chriſti ex mórtuis, in hereditátem incorruptíbilem.

Hymnus. *Nic. Torn.*

AURORA lucis dum novæ
Spargit polum fulgóribus;
Victóris Agni júbilans
Orbis triúmphos pérſonet.

RIDEBAT hunc turpi trabe
Veſána pendéntem cohors;
Deſcéndat, inquit, & Deum
Illi patrem fatébimur.

AT ipſe Patris óbſequens
Ad uſque mortem légibus,
Mundum ſacérdos, víctima,
Toto piábat ſánguine.

NON ille deſcéndit cruce,
Plus fecit; en ſe mórtuus
Vitæ triúmphans réddidit:
Natum Deo jam crédite.

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dóminus regnávit, exſúltet terra, ℟. Læténtur ínſulæ multæ; Allelúia. *Pſ.* 96. 1.

Ad Benedíctus, *Antiphonæ ſingulis Hebdomadis dicentur, ut hìc notantur pro qualibet Feria. Oratio Dominica præcedentis.*

Feriâ II. Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Stipéndia peccáti, mors: grátia autem Dei, vita ætérna, in Chriſto Jeſu Dómino noſtro; Allelúia. *Rom.* 6. 23.

Feriâ III. Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Prædeſtinávit nos Deus in adoptiónem filiórum per Jeſum Chriſtum, in quo habémus redemptiónem per ſánguinem ejus; Allelúia. *Epheſ* 1. 5. 7.

Feriâ IV. Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Mórtui eſtis, &

. eſt abſcóndita cum
n Deo ; Allelúia.
3.
V. Ad Benedíctus,
.* Per Chriſtum fidé-
1 Deo qui ſuſcitávit
.órtuis ; Allelúia. 1.
1.
VI. Ad Benedíctus,
. * Memor eſto Dó-
:ſum Chriſtum reſur-
mórtuis ex ſémine
.llelúia. 2. *Tim.* 2. 8.
Commemoratio, ſi qua
ut habetur ſuo loco.
e Commemorationes
& de omnibus San-
nfrà : quæ quotidie
Laudes & Veſperas,
de Feria.
De Cruce.
ona, Recordámini
ocútus eſt, dicens :
rtet Fílium hómi-
n manus hóminum
m, & crucifígi, &
reſúrgere ; Allelúia.
5. 7.
:inuit crucem, con-
ntémptâ, ℟. Atque
1 Dei ſedet ; Alle-
. 12. 2.
Oratio.
os, quæſumus, Dó-
pietáte cuſtódi ; ut
niti tui paſſióne ſunt
, ejus reſurrectióne
Per eúndem Chri-
ninum noſtrum.
V E S P E R I S.
mplácuit Deo Patri
dilectiónis ſuæ re-

conciliáre ómnia in ipſum, pacíficans per ſánguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt ; Allelúia. *Coloſſ.* 1. 19. 20.

℣. Apud Dóminum miſericórdia, ℟. Et copióſa apud eum redémptio. *Pſ.* 129. 7.

Oratio, Sólitâ nos, *ſuprà.*

De omnibus Sanctis.

Antiphona, Beáti qui hábitant in domo tua Dómine, in ſécula ſeculórum laudábunt te ; Allelúia. *Pſ.* 83. 5.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt ; Allelúia. *Pſ.* 88. 16. 17.

Oratio.

DEfénde, Dómine, famíliam tuam, & toto corde tibi devótam ab hóſtium tuére formídine ; nec bona tua difficúlter invéniat, pro quibus Sancti tui, & ipſæ étiam angélicæ tibi ſúpplicant Poteſtátes ; Per Dóminum.

IN VESPERIS.

Ant. Sancti Dei Altíſſimi obtinébunt regnum uſque in ſéculum, & ſéculum ſeculórum ; Allelúia. *Dan.* 7. 18.

℣. Deus illuminábit illos, & regnábunt ℟. In ſécula ſeculórum ; Allel. *Apoc.* 22. 5.

Oratio, Defénde, *ſuprà.*

AD HORAS, *in fine Hymnorum, Doxologia*, Da, Chriſti, *&* Sit laus, &c.

Pſalmi de Feria.

AD PRIMAM, *Ant.* 7. *d.* Deus nos conreſuſcitávit in

Chriſto; ut oſténderet abundántes divítias grátiæ ſuæ in bonitáte ſuper nos; Allelúia. *Epheſ.* 2. 6. 7.

Capitulum, Regi ſeculórum, *in Pſalterio*, 128.

Ad Tertiam, *Ant.* 3. a. Quem Deus ſuſcitávit à mórtuis, per hunc remiſſio peccatórum annuntiátur. In hoc omnis qui credit, juſtificátur; Allelúia. *Act.* 13. 37. 38. 39.

Capitulum. Rom. 4. 24. 25.

DEus ſuſcitávit Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum à mórtuis, qui tráditus eſt propter delícta noſtra, & reſurréxit propter juſtificatiónem noſtram.

℟. *breve*, Deus ſuſcitávit ex mórtuis Jeſum;* Allelúia, allelúia. ℟. Deus. ℣. Qui erípuit nos ab ira ventúra.*Allelúia. Glória. ℟. Deus. 1. *Theſſ.* 1. 10.

℣. Peccáta noſtra ipſe pértulit in córpore ſuo ſuper lignum; ℟. Ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus; Allelúia. 1. *Petr.* 2. 24.

Oratio, *ut in Laudibus.*

Ad Sextam, *Ant.* 3. c. Solúti ſumus à lege mortis, ita ut ſerviámus in novitáte ſpíritûs; Allelúia. *Rom.* 7. 6.

Capitulum. 2. *Cor.* 5. 14. 15.

SI unus pro ómnibus mórtuus eſt, ergo omnes mórtui ſunt: & pro ómnibus mórtuus eſt Chriſtus; ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mórtuus eſt, & reſurréxit.

℟. *breve*, Corpus mórtuum eſt propter peccátum;* Allelúia, allel. ℟. Corpus. ℣. Spíritus verò vivit propter juſtificatiónem. * Allelúia. Glória. ℟. Corpus. *Rom.* 8. 10.

℣. Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ℟. Ut deſtruátur corpus peccáti, & ultrà non ſerviámus peccáto; Allelúia. *Rom.* 6. 6.

Oratio, *ut in Laudibus.*

Ad Nonam, *Ant.* 1. 2. Si complantáti facti ſumus ſimilitúdini mortis Chriſti, ſimul & reſurrectiónis érimus; Allelúia. *Rom.* 6. 5.

Capitulum. Rom. 6. 8. 9.

SI mórtui ſumus cum Chriſto, crédimus quia ſimul étiam vivémus cum Chriſto, ſciéntes quòd Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, jam non móritur.

℟. *breve*, Si commórtui ſumus, & convivémus;* Allelúia, allelúia. ℟. Si commórtui. ℣. Si ſuſtinébimus, & conregnábimus.* Allelúia. Glória. ℟. Si commórtui. 2. *Tim.* 2. 11. 12.

℣. Vivémus cum Chriſto, ℟. Ex virtúte Dei; Allelúia. 2. *Cor.* 13. 4.

Oratio, *ut in Laudibus.*

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. *a.* Chriſtus reſurréxit à mórtuis, primítiæ dormiéntium; quóniam per

ɪrs, & per hómi-
ſtio mortuórum ;
Cor. 15. 20. 21.
1. *Cor.* 15. 22 23.
.dam omnes mo-
ita & in Chriſto
icabúntur : unuſ-
m in ſuo órdine,
ıriſtus ; deínde ii
ıriſti.

Nic. Torn.

s Ægypti jugo,
e tutus hóſtibus,
árum novus
.ël Dei.
edemptóris cruor
crímina,
n Núminis,
m mortálibus.
ſolo recónditum
m non poteſt ;
n, jam gérminat :
púllulat ſeges !
truúntur fúnere,
ıtur córpora :.
éndi viam
ínferis Deus.
A cum Chriſto

commórtua,
et ſpléndidis
ſra dótibus.
.riſte, tecum nos

ıl da ſúrgere:
contémnere,
cœléſtia.
Patri, laus Fílio,
iumphátâ nece,
:um dux vocat;
i laus, Spíritus.

℣. Deus & Dóminum ſuſcitávit ; & nos ſuſcitábit ℟. Per virtútem ſuam ; Allelúia. 1. *Cor.* 6. 14.

Ad Magníficat, *Antiphona ſingulis Hebdomadis dicentur ut hic notantur pro qualibet Feria. Oratio Dominica præcedentis.*

Feriâ II. Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Lex ſpíritûs vitæ in Chriſto Jeſu liberávit me à lege peccáti & mortis; Allelúia. *Rom.* 8. 2.

Feriâ III. Ad Magníficat, *Ant.* 7. *a.* Sumus coherédes Chriſti, ſi tamen compátimur, ut & conglorificémur ; Allelúia. *Rom.* 8. 16. 17.

Feriâ IV. Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Non regnet peccátum in veſtro mortáli córpore ; ſed exhibéte vos Deo tanquam ex mórtuis vivéntes ; Allelúia. *Rom.* 6. 12. 13.

Feriâ V. Ad Magníficat, *Ant.* 3. *g.* Crédimus ſecúndùm operatiónem poténtiæ virtútis Dei, quam operátus eſt in Chriſto, ſúſcitans illum à mórtuis; Allelúia. *Epheſ.* 1. 19. 20.

Deinde Commemoratio, ſi qua occurrat, ut habetur ſuo loco.

Denique Commemorationes de Cruce, & de omnibus Sanctis, ut ſuprà : quæ quotidie fiunt ad Veſperas, quando fit de Feria.

AD COMPLETORIUM, *omnia ut in Pſalterio, pro Tempore Paſchali, cum Precibus.*

V iiij

FERIA SECUNDA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro I. Noctur-no Feria II. in Pſalterio, 25.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 4. 13. *ad* 17.

VIdéntes autem Petri conſtántiam, & Joánnis, compérto quòd hómines eſſent ſine lítteris, & idiótæ, admirabántur, & cognoſcébant eos, quóniam cum Jeſu fúerant: hóminem quoque vidéntes ſtantem cum eis, qui curátus fúerat, nihil póterant contradícere. Juſſérunt autem eos foràs extra concílium ſecédere: & conferébant ad ínvicem, dicéntes: Quid faciémus homínibus iſtis? quóniam quidem notum ſignum factum eſt per eos, ómnibus habitántibus Jerúſalem: maniféſtum eſt, & non póſſumus negáre. Sed ne ámpliùs divulgétur in pópulum, comminémur eis, ne ultrà loquántur in nómine hoc ulli hóminum.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 22.

ET vocántes eos, denuntiavérunt ne omníno loqueréntur, neque docérent in nómine Jeſu. Petrus verò & Joánnes reſpondéntes, dixérunt ad eos: Si juſtum eſt in conſpéctu Dei, vos pótiùs audíre quàm Deum, judicáte: non enim póſſumus quæ vídimus & audívimus non loqui. At illi comminántes dimiſérunt eos: non inveniéntes quómodo punírent eos, propter pópulum, quia omnes clarificábant id quod factum fúerat in eo quod accíderat. Annórum enim erat ámpliùs quadragínta homo, in quo factum fúerat ſignum iſtud ſanitátis.

℟. Quæ ad patres, 307.

Lectio iij. *v.* 23. *ad* 31.

DImíſſi autem venérunt ad ſuos; & annuntiavérunt eis quanta ad eos Príncipes Sacerdótum, & Senióres dixíſſent. Qui cùm audíſſent, unanímiter levavérunt vocem ad Deum, & dixérunt: Dómine, tu es qui fecíſti cœlum, & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt: qui Spíritu-ſáncto per os patris noſtri David, púeri tui, dixíſti: Quare fremuérunt gentes, & pópuli meditáti ſunt inánia? Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum advérsùs Dóminum, & advérsùs Chriſtum ejus. Convenérunt enim verè in civitáte iſta advérsùs ſanctum púerum tuum Jeſum, quem unxíſti, Heródes & Póntius Pilátus cum géntibus, & pópulis Iſraël, fácere quæ manus tua, & consílium tuum decrevérunt fieri. Et nunc Dómine réſpice in minas eórum, & da ſervis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum, in eo quòd manum tuam exténdas

:s, & ſigna, & pro-
i per nomen ſancti
ũ. Et cùm oráſſent,
locus in quo erant
i ; & repléti ſunt
›íritu-ſancto, & lo-
: verbum Dei cum

ıs pacis, 307.
A N O N.
:ílio Londoniénſi.
1200. *cap.* 1.
ximus ut à quóli-
cerdóte celebránte,
.nonis rotúndè di-
& diſtínctè, nec ex
ıe retrácta, nec ex
te nimis protrácta.
A TERTIA.
:IUM NOCTURNUM.
ıotati pro I. Noctur-
'I. in Pſalterio, 42.
bus Apoſtolórum.
c. 4. 32. *ad fin.*
Ultitúdinis autem
credéntium erat cor
unum, & ánima una:
uam eórum, quæ
, áliquid ſuum eſſe
ſed erant illis óm-
únia. Et virtúte ma-
:bant Apóſtoli te-
ı reſurrectiónis Jeſu
›ómini noſtri : &
gna erat in ómni-
Neque enim quiſ-
ns erat inter illos.
enim poſſeſſóres
ut domórum erant,
afferébant prétia
æ .vendébant , &
ante pedes Apo-

ſtolórum. Dividebátur autem ſíngulis prout cuíque opus erat. Joſeph autem, qui cognominátus eſt Bárnabas ab Apóſtolis (quod eſt interpretátum Fílius conſolatiónis) levítes, Cyprius génere, cùm habéret agrum, véndidit eum, & áttulit prétium, & póſuit ante pedes Apoſtolórum.

℟. Apóſtolis, 307.

Lectio ij. *c.* 5. 1. *ad* 6.

VIr autem quidam nómine Anánias, cum Saphíra uxóre ſua, véndidit agrum, & fraudávit de prétio agri, cónſciâ uxóre ſuâ : & áfferens partem quandam, ad pedes Apoſtolórum póſuit. Dixit autem Petrus : Anánia, cur tentávit ſátanas cor tuum, mentíri te Spirítui-ſancto, & fraudáre de prétio agri? Nonne manens tibi manébat, & venúndatum in tua erat poteſtáte? Quare poſuíſti in corde tuo hanc rem? Non es mentítus homínibus, ſed Deo. Aúdiens autem Anánias hæc verba, cécidit & expirávit; & factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audiérunt. Surgéntes autem júvenes amovérunt eum, & efferéntes ſepeliérunt.

℟. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 11.

FActum eſt autem quaſi horárum trium ſpátium, & uxor ipsíus, néſciens quod factum fúerat, introívit. Dixit autem ei Petrus : Dic mihi

múlier, ſi tanti agrum vendidíſtis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid útique convénit vobis tentáre Spíritum Dómini? Ecce pedes eórum, qui ſepeliérunt virum tuum ad óſtium, & éfferent te. Conféſtim cécidit ante pedes ejus, & expirávit. Intrántes autem júvenes invenérunt illam mórtuam, & extulérunt, & ſepeliérunt ad virum ſuum: & factus eſt timor magnus in univérſa Eccléſia, & in omnes qui audiérunt hæc.

℟. Replétus, 307.

CANON.

Ex Synodo Auguſténſi.

An. 1548. *Statut.* 18.

UT nimia feſtinátio in Miſſæ lectióne aut celebratióne religióſas aures oculóſque offéndit; ita incondíta prolíxitas faſtídium pótiùs génerat quàm devotiónem.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feria IV. in Pſalterio, 58.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 5. 12. *ad* 16.

PEr manus Apoſtolórum fiébant ſigna & prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterórum autem nemo audébat ſe conjúngere illis: ſed magnificábat eos pópulus. Magìs autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum, ita ut in platéas ejícerent infirmos, & pónerent in léctulis ac grabátis, ut, veniénte Petro, ſaltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum, & liberaréntur ab infirmitátibus ſuis. Concurrébat autem & multitúdo vicinárum civitátum Jerúſalem, afferéntes ægros, & vexátos à ſpirítibus immúndis: qui curabántur omnes.

℟. Certíſſimè ſciat, 307.

Lectio ij. *v.* 17. *ad* 23.

EXúrgens autem Princeps Sacerdótum, & omnes qui cum illo erant, (quæ eſt hæreſis Sadducæórum) repléti ſunt zelo: & injecérunt manus in Apóſtolos, & poſuérunt eos in cuſtódia públicâ. Angelus autem Dómini per noctem apériens jánuas cárceris, & edúcens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquímini in templo plebi ómnia verba vitæ hujus. Qui cùm audíſſent, intravérunt dilúculò in templum, & docébant. Advéniens autem Princeps Sacerdótum, & qui cum eo erant, convocavérunt concílium, & omnes Senióres filiórum Iſraël; & miſérunt ad cárcerem ut adduceréntur. Cùm autem veniſſent miníſtri, & apérto cárcere non inveníſſent illos, reverſi nuntiavérunt, dicéntes: Cárcerem quidem invénimus clauſum cum omni diligéntia, & cuſtódes ſtantes ante jánuas:

iutem, néminem
imus.
1 vos, 307.
v. 24. ad 32.
tem audiérunt hos
ónes Magiſtrátus
Príncipes Sacer-
nbigébant de illis
ret. Advéniens au-
m nuntiávit eis:
viri, quos poſuíſtis
n, ſunt in templo
locéntes pópulum.
: Magiſtrátus cum
& addúxit illos ſine
nt enim pópulum
ntur. Et cùm ad-
los, ſtatuérunt in
& interrogávit eos
icerdótum, dicens:
o præcépimus vo-
cerétis in nómine
ce repléſtis Jerúſa-
nâ veſtrâ; & vultis
per nos ſánguinem
ſtíus. Reſpondens
rus, & Apóſtoli,
Obedíre opórtet
s quàm homínibus.
um noſtrórum ſuſ-
um, quem vos in-
ſuſpendéntes in li-
: príncipem, & ſal-
Deus exaltávit déx-
d dandam pœnitén-
li, & remiſſiónem
n. Et nos ſumus
um verbórum, &
nctus quem dedit
nibus obediéntibus

ricit, 308.

CANON.

Ex Statútis Aurelianénſis Eccléſiæ.

Anno 1587.

SAcérdos ipſa Cánonis verba apértè, diſtínctè, ac ſincéræ devotiónis fervóre próferat. Ea verò máximè quæ à Theólogis eſſentiália dicúntur, id eſt, in quibus Sacraménti virtus consíſtit; totúmque Miſſæ offícium legat in libro, quantumcúnque ſit in hoc inſtrúctus, ne falléntе memóriâ erret.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feria V. in Pſalterio, 74.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. c. 5. 33. ad 37.

HÆc cùm audíſſent, diſſecabántur, & cogitábant interfícere illos. Surgens autem quidam in concilio Phariſæus, nómine Gamáliël, legis doctor, honorábilis univérſæ plebi, juſſit foràs ad breve hómines fieri, dixítque ad illos: Viri Iſraëlítæ, atténdite vobis ſuper homínibus iſtis quid actúri ſitis. Ante hos enim dies éxtitit Théodas, dicens ſe eſſe áliquem; cui conſénſit númerus virórum círciter quadringentórum; qui occíſus eſt: & omnes, qui credébant ei, diſſipáti ſunt, & redácti ad níhilum. Poſt hunc éxtitit Judas Galilæus in diébus profeſſiónis, & avértit pópulum poſt

ſe, & ipſe périit: & omnes, quotquot conſenſérunt ei, diſpérſi ſunt.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij *v.* 38. *ad fin.*

ET nunc ítaque dico vobis, diſcédite ab homínibus iſtis, & sínite illos: quóniam ſi eſt ex homínibus consílium hoc, aut opus, diſſolvétur: ſi verò ex Deo eſt, non potéritis diſſólvere illud; ne fortè & Deo repugnáre inveniámini. Conſenſérunt autem illi. Et convocántes Apóſtolos, cæſis denuntiavérunt ne omníno loqueréntur in nómine Jeſu, & dimiſérunt eos. Et illi quidem ibant gaudéntes à conſpéctu concílii, quóniam digni hábiti ſunt pro nómine Jeſu contumélíam pati. Omni autem die non ceſſábant in templo, & circa domos docéntes, & evangelizántes Chriſtum Jeſum.

℟. Quæ ad patres, 307.

Lectio iij. *c.* 8. 3. *ad* 9.

SAulus devaſtábat Eccléſiam per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in cuſtódiam. Igitur qui diſpérſi erant pertransíbant, evangelizántes verbum Dei. Philíppus autem deſcéndens in civitátem Samaríæ, prædicábat illis Chriſtum. Intendébant autem turbæ his quæ à Philíppo dicebántur, unanímiter audiéntes, & vidéntes *ſigna* quæ faciébat. Multi enim eórum, qui habébant ſpíritus immúndos, clamántes voce magnâ, exíbant. Multi autem paralytici, & claudi curáti ſunt. Factum eſt ergo gáudium magnum in illa civitáte.

℟. Deus pacis, 307.

CANON.

Ex Concílio Bituricénſi.
An. 1584. *tit.* 23. *de Miſſa*, *can.* 14. & 17.

SAcerdótes non célebrent opérto cápite, niſi infírmitas úrgeat. Celebratúri, ſuper altáre nihil repónant, neque píleum, neque veſtiméntum, neque librum, præter Miſſále.

FERIA SEXTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feria VI. in Pſalterio, 91.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 8. 9. *ad* 13.

VIr quidam nómine Simon, qui antè fúerat in civitáte magus, ſedúcens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe áliquem magnum: cui auſcultábant omnes à mínimo uſque ad máximum, dicéntes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocátur magna. Attendébant autem eum; propter quod multo témpore mágiis ſuis dementáſſet eos. Cùm verò credidíſſent Philíppo evangelizánti de regno Dei, in nómine Jeſu Chriſti baptizabántur viri ac mulíeres. Tunc Simon & ipſe crédidit: & cùm baptizátus eſſet, adhærébat

Videns étiam ſigna
s máximas fieri, ſtu-
iirabátur.
óſtolis, 307.
v. 14. *ad* 19.
iutem audíſſent Apó-
, qui erant Jeroſóly-
òd recepíſſet Sama-
m Dei, miſérunt ad
im & Joánnem: qui
ſſent, oravérunt pro
accíperent Spíritum-
; nondum enim in
n illórum vénerat,
záti tantùm erant in
Dómini Jeſu. Tunc
ant manus ſuper illos,
ébant Spíritum-ſan-
ìm vidíſſet autem Si-
ia per impoſitiónem
ipoſtolórum darétur
ánctus, óbtulit eis
i, dicens: Date &
: poteſtátem, ut cui-
mpoſúero manus, ac-
iritum-ſanctum.
túte magnâ, 307.
v. 19. *ad* 24.
autem dixit ad eum:
nia tua tecum ſit in
em, quóniam do-
i exiſtimáſti pecúniâ
Non eſt tibi pars,
rs in ſermóne iſto;
tuum non eſt rectum
eo. Pœniténtiam íta-
ab hac nequítia tua,
)eum, ſi fortè remit-
hæc cogitátio cordis
:lle enim amaritúdi-
bligatióne iniquitátis
:ſſe. Reſpóndens au-
tem Simon, dixit: Precámini
vos pro me ad Dóminum,
ut nihil véniat ſuper me ho-
rum quæ dixíſtis.

℟. Replétus, 307.

C A N O N.

Ex Synodo Trecénſi.

An. 1459. *lib.* 14. *fol.* 56.

IN número Collectárum & Præfatiónum in miſſa di-
cendárum, & modo ſe habén-
di ad altáre, & tálibus hujúſ-
modi, cóngruit ut ſuæ Ec-
cléſiæ Cathedráli Préſbyter ſe
confórmet.

AD VESPERAS, *ſit à Capi-
tulo de Officio B. Mariæ in Sab-
bato*, xlv. *niſi occurrat Feſtum
Semiduplex*, *&* *ſuprà.*

[*Et ſic in tribus Sabbatis ſe-
quentibus.*]

SABBATO.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

*Pſalmi notati pro I. Nocturno
Sabbati, in Pſalterio*, 108.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 10. 1. *ad* 6.

VIr quidam erat in Cæ-
ſaréa, nómine Corné-
lius, centúrio cohór-
tis quæ dícitur Itálica, reli-
gióſus, ac timens Deum cum
omni domo ſua, fáciens elee-
móſynas multas plebi, & dé-
precans Deum ſemper. Is vi-
dit in viſu maniféſtè, quaſi
horâ diéi nonâ, Angelum Dei
introeúntem ad ſe, & dicén-
tem ſibi: Cornéli. At ille ín-
tuens eum, timóre corréptus,
dixit: Quid eſt, Dómine?
Dixit autem illi: Oratión[illegible]

tuæ, & eleemóſynæ tuæ aſcendérunt in memóriam in conſpéctu Dei. Et nunc mitte viros in Joppen, & accérſi Simónem quendam, qui cognominátur Petrus: hic hoſpitátur apud Simónem quendam coriárium, cujus eſt domus juxta mare: hic dicet tibi quid te opórteat fácere.

Lectio ij. *v.* 25. *ad* 29.

FActum eſt, cùm introíſſet Petrus, óbvius venit ei Cornélius, & prócidens ad pedes ejus adorávit. Petrus verò elevávit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Et loquens cum illo intrávit, & invénit multos qui convénerant. Dixítque ad illos: Vos ſcitis quómodo abominátum ſit viro Judæo conjúngi, aut accédere ad alienígenam: ſed mihi oſténdit Deus, néminem commúnem aut immúndum dícere hóminem. Propter quod ſine dubitatióne veni accerſítus.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *tit.* 5.

MIſſæ nec ante auróram, nec poſt merídiem, niſi ex cauſa jure permíſſa, celebréntur.

AD VESPERAS.

Ant. ſola, Chriſtus, 310.

Pſalmi de Sabbato.

Capitulum. *Rom.* 10. 9.

SI confiteáris in ore tuo Dóminum Jeſum, & in corde tuo credíderis quòd [illegible] lum ſuſcitávit à mórt[illegible] vus eris.

Hymnus, Solútus [illegible] & Dóminum, 311.

Ad Magníficat, *A*[illegible] Ego veni ut oves vi[illegible] beant, & abundán[illegible] beant; Allelúia. *Joan*[illegible]

Oratio, Deus, qui [illegible] tui, *infrà ad Laudes.*

DOMINIC[illegible]

poſt Paſcha.

AD OFFICIUM NOCT[illegible]

Invitatorium, [illegible] vitæ, quem Deus [illegible] à mórtuis, * Veníte [illegible] mus; Allelúia. *Act.* [illegible]

Pſalmus, Veníte, [illegible]

Hymnus, Promíſſu[illegible]

Pſalmi ex II. Noct[illegible] *minica, in Pſalterio* [illegible] *ſola Ant.* 8. c. Jeſu[illegible] ſuſcitávit, ſolútis [illegible] inférni, juxta quod [illegible] bíle erat tenéri illum[illegible] Allelúia. *Act.* 2. 24.

℣. Dómine, edux[illegible] férno ánimam meam [illegible] váſti me à deſcendé[illegible] lacum; Allelúia. *Pſ.*

Benedictiones, ut p[illegible] *terium, pro Tempore*

De Actibus Apoſt[illegible]

Lectio j. *c.* 13.

ERant in Eccl[illegible] erat Antiochí[illegible] phétæ, & Do[illegible] quibus Bárnabas, [illegible] qui vocabátur Nige[illegible] cius Cyrenénſis, & [illegible] qui erat Heródis

, & Saulus. Mini-
item illis Dómino,
ous, dixit illis Spí-
: Segregáte mihi
árnabam, in opu
ſúmpſi eos. Tunc
& orántes, impo-
eis manus, dimíſé-
t ipſi quidem miſſi
ncto abiérunt Se-
inde navigavérunt
Et cùm veníſſent
, prædicábant ver-
ſynagógis Judæó-
ant autem & Joán-
iſtério.

bant cánticum no-
tes: Dignus es Dó-
ere librum, & ape-
la ejus; quóniam
& * Redemíſti nos
guine tuo ex omni
latióne; Allelúia,
oc. 5. 9. ℣. Notam
pópulis virtútem
lemíſti in bráchio
m tuum. *Pſ.* 76.
edemíſti nos.

v. 6. *ad* 12.

erambuláſſent uni-
ínſulam uſque Pa-
venérunt quendam
agum pſeudopro-
dæum, cui nomen
ſu, qui erat cum
Sérgio Paulo viro
Hic, accerſítis Bár-
lo, deſiderábat au-
m Dei. Reſiſté-
illis Elymas magus
nterpretátur nomen
ens avértere Pro-
cónſulem à fide. Saulus autem, qui & Paulus, replétus Spíritu-ſancto, íntuens in eum, dixit: O plene omni dolo, & omni fallácia, fili diáboli, inimíce omnis juſtítiæ, non déſinis ſubvértere vias Dómini rectas. Et nunc ecce manus Dómini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem uſque ad tempus. Et conféſtim cécidit in eum calígo, & ténebræ, & circúiens quærébat qui ei manum daret. Tunc Procónſul cùm vidíſſet factum, crédidit, admírans ſuper doctrína Dómini.

℟. Audívi vocem magnam in cœlo dicéntem: * Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti ejus; Allelúia, allelúia. *Apoc.* 12. 10. ℣. Poteſtas ejus, potéſtas ætérna, quæ non auferétur; & regnum ejus quod non corrumpétur. *Dan.* 7. 14. * Nunc facta eſt.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 10. 11. *ad* 16.

IN illo témpore; dixit Jeſus quibúſdam ex Phariſæis: Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óvibus ſuis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 14. *in Evang. hab. in Baſil. S. Petri, Dom.* 2. *poſt Paſcha, circa init.*

BOnus paſtor ánimam ſuam ponit pro óvibus ſuis. Fecit quod mónuit, oſténdit

quod juſſit. Bonus paſtor pro óvibus ſuis ánimam ſuam póſuit, ut in ſacraménto noſtro corpus ſuum, & ſánguinem vérteret, & oves quas redémerat, carnis ſuæ aliménto ſatiáret. Osténſa nobis eſt de contémptu mortis via, quam ſequámur; appóſita eſt forma cui imprimámur. Primum nobis eſt, exterióra noſtra miſericórditer óvibus ejus impéndere: poſtrémum verò, ſi necéſſe ſit, étiam vitam noſtram pro eíſdem óvibus miniſtráre.

℟. Dixit Phariſæis Jeſus: Ego ſum paſtor bonus; & * Cognóſco oves meas, & cognóſcunt me meæ; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 10. 14. ℣. Hæc dicit Dóminus: Ecce ego ipſe requíram oves meas, & viſitábo eas, & edúcam eas de pópulis, & paſcam eas. *Ezech.* 34. 11. 13. * Cognóſco. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me; ℟. Nec delectáſti inimícos meos ſuper me; Allelúia. *Pſ.* 29. 2.

Ant. ſola 7. d. Si conſurrexíſtis cum Chriſto; quæ ſurſum ſunt ſápite, non quæ ſuper terram; Allelúia. *Coloſſ.* 3. 1. 2.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. 1. *Petr.* 2

CHriſtus paſſus eſt bis, vobis re exémplum, ut ſequá ſtígia ejus; qui peccá fecit, nec invéntus in ore ejus.

Hymnus, Auróra

℣. Dóminus regnávi

Ad Benedíctus, A Ego ſum paſtor bonu paſtor ánimam ſuam óvibus ſuis; Allelúi 10. 11.

Oratio.

DEus, qui in Fil militáte jacént dum erexíſti, fidél perpétuam concéde l ut quos perpétuæ m puíſti cáſibus, gaúd pérfrui ſempitérnis; dem Dóminum.

AD HORAS, P *Dominica. Reliqua ut Temporis Paſchalis c tione de Laudibus.*

AD PRIMAM, A nos, 309.

Dicitur Symbolum, que.

Capitulum, Regi rum, *in Pſalterio*, 1:

CANON

Ex Concílio Aga

An. 506. *can.*

SI quis, étiam ext chias in quibus l eſt ordinariúſque co Oratórium in agro h lúerit; réliquis feſtiv ut ibi miſſas téne

em famíliæ, juſtâ
ıe permíttimus; Paſ-
, Natále Dómini,
ı, Aſcenſiónem Dó-
ntecóſten, & Natá-
i Joánnis-Baptíſtæ,
máximi dies in feſti-
habéntur, non niſi
bus aut in paróchiis

ESPERAS.
bona & Pſalmi de
, ut in Pſalterio, 22.
m. Hebr. 13. 20. 21.
pacis, qui edúxit de
tuis paſtórem ma-
ium, in ſánguine
i ætérni, Dóminum
eſum Chriſtum, ap-
ı omni bono, ut fa-
voluntátem; fáciens
quod pláceat coram
ſum Chriſtum, cui
in ſécula ſeculórum.

s, Solútus, ℣. Deus
ium, 311.
ıgníficat, *Ant.* 6. *C.*
s hábeo, quæ non
hoc ovíli: & illas
ne addúcere, & vo-
ım aúdient; & fiet
íle, & unus paſtor;
Joan. 10. 16.
tationem in Navi,
lus reſúrgens, 290.
t in Pſalterio, 25.
A SECUNDA.
CIUM NOCTURNUM.
i notati pro II. No-
ria II. ut in Pſalte-

rua.

De Actibus Apoſtolórum.
Lectio j. *c.* 15. 5. *ad* 12.

SUrrexérunt quidam de hæreſi Phariſæórum, qui credidérunt, dicéntes: Quia opórtet circuncídi eos, præcípere quoque ſerváre legem Móyſi. Convenerúntque Apóſtoli, & Senióres vidére de verbo hoc. Cùm autem magna conquiſítio fíeret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quóniam ab antíquis diébus Deus in nobis elégit per os meum audíre gentes verbum Evangélii, & crédere. Et qui novit corda Deus, teſtimónium perhíbuit, dans illis Spíritum-ſanctum ſicut & nobis. Et nihil diſcrévit inter nos & illos, fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum ſuper cervíces diſcipulórum, quod neque patres noſtri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jeſu Chriſti crédimus ſalvári, quemádmodum & illi. Tácuit autem omnis multitúdo: & audiébant Bárnabam & Paulum, narrántes quanta Deus feciſſet ſigna & prodígia in géntibus per eos.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.
Lectio ij. *v.* 13. *ad* 21.

ET, poſtquam tacuérunt, reſpóndit Jacóbus, dicens: Viri fratres, audíte me: Simon narrávit quemádmodum primùm Deus viſitávit

ſúmere ex géntibus pópulum nómini ſuo: & huic concórdant verba Prophetárum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc revértar, & reædificábo tabernáculum David, quod décidit: & díruta ejus reædificábo, & érigam illud; ut requírant céteri hóminum Dóminum, & omnes gentes, ſuper quas invocátum eſt nomen meum, dicit Dóminus fáciens hæc. Notum à ſéculo eſt Dómino opus ſuum. Propter quod ego júdico non inquietári eos, qui ex géntibus convertúntur ad Deum; ſed ſcríbere ad eos, ut abſtíneant ſe à contaminatiónibus ſimulacrórum, & fornicatióne, & ſuffocátis, & ſánguine. Móyſes enim à tempóribus antíquis habet in ſíngulis civitátibus, qui eum prædicent in ſynagógis, ubi per omne ſábbatum légitur.

℟. Quæ ad patres, 307.

Lectio iij. *v.* 22. *ad* 29.

TUnc plácuit Apóſtolis, & Senióribus cum omni Eccléſia, elígere viros ex eis, & míttere Antiochíam cum Paulo & Bárnaba Judam, qui cognominabátur Bárſabas, & Silam, viros primos in frátribus; ſcribéntes per manus eórum: Apóſtoli, & Senióres fratres, his qui ſunt Antiochíæ, & Syriæ, & Cilíciæ, frátribus ex géntibus, ſalútem. Quóniam audívimus quia quidam ex nobis exeúntes, turbavérunt vos verbis, evertêntes ánimas veſtras, quib mandávimus: plácuit colléctis in unum, elig ros, & míttere ad vo caríſſimis noſtris Bár Paulo homínibus qui t runt ánimas ſuas pro Dómini noſtri Jeſu Miſimus ergo Judam & qui & ipſi vobis verb rent éadem. Viſum e Spirítui-ſancto, & nob hil ultrà impónere vob ris quàm hæc neceſſá abſtineátis vos ab im ſimulacrórum, & ſán & ſuffocáto, & fornic à quibus cuſtodiéntes bene agétis. Valéte.

℟. Deus pacis, 30

CANON.

Ex Concílio Toletáno

An. 400. *cap.* 5

PReſbyter, vel Diác vel Subdiáconus, v libet Eccléſiæ deputátu ricus, ſi intrà civitátem vel in loco in quo Eccle aut caſtéllo, aut vico, a la, & ad Eccléſiam ad cium quotidiánum non ſerit, Cléricus non hab

FERIA TERTI

AD OFFICIUM NOCTUR

Pſalmi notati pro II. No Feria III. in Pſalterio, 4

De Actibus Apoſtoló

Lectio j. *c.* 17. 16. *ad*

PAulus cùm At Silam & Timót expectáret, incita ſpíritus ejus in ipſo

am civitátem.
r in ſynagóga
t coléntibus,
mnes dies ad
Quidam au-
Stóici Phi-
int cum eo,
bant : Quid
is hic dícere?
órum dæmo-
annuntiátor
, & reſurre-
ábat eis. Et
m ad Areópa-
licéntes: Póſ-
eſt hæc nova,
r, doctrína?
am infers aú-
ólumus ergo
lint hæc eſſe.
tem omnes,
tes, ad nihil
ſi aut dícere,
d novi.)
307.
. 22. ad 28.
Paulus in mé-
i, ait: Viri
r ómnia quaſi
vos vídeo.
, & videns
, invéni &
iptum erat:
od ergo igno-
c ego annún-
s, qui fecit
nia quæ in eo
terræ cùm ſit
in manufáctis
nec mánibus
índigens áli-
et ómnibus

vitam, & inſpiratiónem, & ómnia: fecítque ex uno omne genus hóminum inhabitáre ſuper univérſam faciem terræ, definiens ſtatúta témpora, & términos habitatiónis eórum, quærere Deum, ſi fortè attréctent eum, aut invéniant; quamvis non longè ſit ab unoquóque noſtrûm. In ipſo enim vívimus, & movémur, & ſumus: ſicut & quidam veſtrórum poëtárum dixérunt: Ipſius enim & genus ſumus.

℟. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *v. 29. ad fin.*

GEnus ergo cùm ſimus Dei, non debémus æſtimáre auro, aut argénto, aut lápidi, ſculptúræ artis, & cogitatiónis hóminis, Divínum eſſe símile. Et témpora quidem hujus ignorántiæ deſpíciens Deus, nunc annúntiat homínibus ut omnes ubíque pœniténtiam agant, eò quòd ſtátuit diem, in quo judicatúrus eſt orbem in æquitáte, in viro in quo ſtátuit, fidem præbens ómnibus, ſuſcitans eum à mórtuis. Cùm audiſſent autem reſurrectiónem mortuórum, quidam quidem irridébant, quidam verò dixérunt: Audiémus te de hoc íterum. Sic Paulus exívit de médio eórum. Quidam verò viri adhæréntes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita & múlier nómine Dámaris, & álii cum eis.

℟. Replétus, 307.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénſi ſexto.

An. 1582. *num.* 15. *tit. Quæ ad Miſſam pertinent.*

CLéricus qui in Miſſæ ſacrifício miníſtrat, dum eam functiónem obit, ne preces horárias, neve áliud quidquam de libro alióve officio récitet; ſed toto íntimæ pietátis ſtúdio ad miniſtérium atténtus ſit, quod tunc piè religioſéque éxequi debet.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feriæ IV. in Pſalterio, 59.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 20. 16. *ad* 24.

PRopoſúerat Paulus tranſnavigáre Epheſum, ne qua mora illi fieret in Aſia. Feſtinábat enim, ſi poſſíbile ſibi eſſet, ut diem Pentecóſtes fáceret Jeroſólymis. A Miléto autem mittens Epheſum, vocávit majóres natu Eccléſiæ. Qui cùm veníſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis à prima die, quâ ingréſſus ſum in Aſiam, quáliter vobíſcum per omne tempus fúerim, ſérviens Dómino cum omni humilitáte, & lácrymis, & tentatiónibus, quæ mihi accidérunt ex insídiis Judæórum: quómodo nihil ſubtráxerim utílium, quóminus annuntiárem vobis, & docérem vos públicè, & per domos, teſtíficans Judæis at-

que gentílibus in Deu
niténtiam, & fidem
minum noſtrum Jeſum
ſtum. Et nunc ecce a
ego ſpíritu, vado in J
lem; quæ in ea ventú
mihi, ignórans; niſi quo
ritus-ſanctus per omnes
tátes mihi proteſtátur, di
quóniam víncula & tribu
nes Jeroſólymis me m
Sed nihil horum véreor
fácio ánimam meam pre
rem quàm me, dúmmod
ſúmmem curſum meum
miniſtérium verbi, quo
cépi à Dómino Jeſu, teſt
Evangélium grátiæ Dei.

℟. Certíſſimè ſciat,

Lectio ij. *v.* 25. *a*

ET nunc ecce ego
quia ámpliùs non v
tis fáciem meam vos o
per quos transívi prædica
gnum Dei. Quaprópter
téſtor vos hodiérnâ die,
mundus ſum à ſánguine
nium; non enim ſubte
quóminus annuntiárem
consílium Dei vobis. A
dite vobis, & univérſo g
in quo vos Spíritus-ſ
póſuit Epíſcopos, réger
cléſiam Dei, quam acq
ſánguine ſuo. Ego ſcio
niam intrábunt poſt diſc
nem meam lupi rapác
vos, non parcéntes greg
ex vobiſípſis exúrgent vi
quéntes pervérſa, ut
cant diſcípulos poſt ſe.
pter quod vigiláte;

quóniam per trién-
e & die non ceſſávi
mis monens unum-
veſtrûm.
m vos, 307.
v. 32. ad fin.
c commèndo vos
& verbo grátiæ ip-
potens eſt ædificáre,
reditátem in ſancti-
nibus. Argéntum &
ut veſtem nullíus
, ſicut ipſi ſcitis,
d ea quæ mihi opus
is qui mecum ſunt,
runt manus iſtæ.
téndi vobis, quó-
laborántes opórtet
nfirmos, ac memi-
Dómini Jeſu, quó-
dixit : Beátius eſt
e, quàm accípere.
ec dixíſſet, póſitis
is orávit cum ómni-
lagnus autem fletus
ómnium : & pro-
ſuper collum Pau-
íntur eum, dolén-
iè in verbo quod
óniam ámpliùs fá-
non eſſent viſúri.
ant eum ad navem.
vicit, 308.
A N O N.
cílio Tridentíno
obſervandis & evi-
celebratione Miſſæ.
in ſuis diœcéſibus
iántur ... ſanctum
... péragi, ... *niſi*
itérſint, decénter
órporis hábitu de-

claráverint ſe mente étiam ac devóto cordis afféctu, non ſolùm córpore adéſſe.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feriæ V. in Pſalterio, 75.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 24. 1. *ad* 6.

POſt quinque dies deſcéndit Princeps Sacerdótum, Anánias, cum Senióribus quibúſdam, & Tertúllo quodam oratóre, qui adiérunt Præſidem advérsùs Paulum. Et citáto Paulo cœpit accuſáre Tertúllus, dicens : Cùm in multa pace agámus per te, & multa corrigántur per tuam providéntiam ; ſemper & ubíque ſuſcípimus, óptime Felix, cum omni gratiárum actióne. Ne diútiùs autem te prótraham, oro, bréviter aúdias nos pro tua cleméntia. Invénimus hunc hóminem peſtíferum, & concitántem ſeditiónes ómnibus Judæis in univérſo orbe, & autórem ſeditiónis ſectæ Nazarenórum : qui étiam templum violáre conátus eſt, quem & apprehénſum volúimus ſecúndùm legem noſtram judicáre.

℞. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 21.

REſpóndit autem Paulus, (annuénte ſibi Præſide dícere :) Ex multis annis [illegible] eſſe júdicem genti huic ſcie[illegible] bono ánimo pro me ſati[illegible]

báre poſſunt tibi de quibus nunc me accúſant. Confíteor autem hoc tibi, quòd ſecúndùm ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſérvio Patri & Deo meo, credens ómnibus quæ in lege & Prophétis ſcripta ſunt: ſpem hăbens in Deum, quam & hi ipſi expéctant, reſurrectiónem futúram juſtórum, & iniquórum. In hoc & ipſe ſtúdeo ſine offendículo conſciéntiam habére ad Deum, & ad hómines ſemper. Poſt annos autem plures, eleemóſynas factúrus in gentem meam veni, & oblatiónes, & vota; in quibus invenérunt me purificátum in templo, non cum turba, neque cum tumúltu. Quidam autem ex Aſia Judæi, quos oporté-

áliquot autem dies
Felix cum Druſílla u
quæ erat Judæa, voc
lum, & audívit ab
quæ eſt in Chriſtum
Diſputánte autem il
ſtítia, & caſtitáte, &
cio futúro, tremefác
reſpóndit: Quod nun
vade: témpore auten
túno accérſam te:
ſperans quòd pecúni
tur à Paulo, propter
frequénter accérſen
loquebátur cum eo.
autem expléto, acc
ceſſórem Felix Pórt
ſtum. Volens autem
præſtáre Judæis Felix
Paulum vinctum.

℟. Deus pacis, 3

CANON

IA SEXTA.
CIUM NOCTURNUM.
notati pro II. Nocturno in Pſalterio, 92.
ibus Apoſtolórum.
. *c.* 25. 6. *ad* 12.
us deſcendit Cæſa-
m, & álterâ die ſedit
tribunáli, & juſſit
ddúci. Qui cùm per-
ſet, circumſtetérunt
i ab Jeroſólyma deſ-
t Judæi, multas &
auſas objiciéntes,
póterant probáre,
atiónem reddénte:
neque in legem Ju-
, neque in templum,
Cæſarem quidquam
Feſtus autem volens
ræſtáre Judæis, reſ-
Paulo, dixit: Vis
nam aſcéndere, &
judicári apud me;
m Paulus: Ad tribú-
is ſto, ibi me opórtet
Judæis non nócui,
éliùs noſti. Si enim
t dignum morte áli-
, non recúſo mori: ſi
l eſt eórum, quæ hi
ne, nemo poteſt me
re. Cæſarem appéllo.
tus cum concílio lo-
eſpóndit: Cæſarem
? ad Cæſarem ibis.
óſtolis, 307.

Lectio ij.

ad 2. & 18. *ad* 26.
autem judicátum eſt
igáre eum in Itáliam,
aulum cum réliquis cuſtódiis Centurióni .... incipiéntes navigáre circa Aſiæ loca, ſuſtúlimus... Válidâ autem nobis tempeſtáte jactátis, ſequénti die jactum fecérunt; & tértiâ die ſuis mánibus arraménta navis projecérunt. Neque autem ſole, neque ſidéribus apparéntibus per plures dies, & tempeſtáte non exíguâ imminénte, jam abláta erat ſpes omnis ſalútis noſtræ. Et cùm multa jejunátio fuíſſet, tunc ſtans Paulus in médio eórum, dixit: Oportébat quidem, ô viri, audíto me, non tóllere à Creta, lucríque fácere injúriam hanc, & jactúram. Et nunc ſuádeo vobis bono ánimo eſſe; amíſſio enim nullíus ánimæ erit ex vobis, prætérquam navis. Aſtitit enim mihi hâc nocte Angelus Dei, cujus ſum ego, & cui deſérvio, dicens: Ne tímeas Paule, Cæſari te opórtet aſsíſtere: & ecce donávit tibi Deus omnes, qui návigant tecum. Propter quod bono ánimo eſtóte viri; credo enim Deo, quia ſic erit, quemádmodum dictum eſt mihi. In ínſulam autem quandam opórtet nos devenire.

℟. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *c.* 28. 1. *ad* 5.

CUm evaſiſſémus, tunc cognóvimus quia Mélita ínſula vocabátur. Bárbari verò præſtábant non módicam humanitátem nobis. Accensâ enim pyrâ, reficiébant nos

omnes propter imbrem qui imminébat, & frigus. Cùm congregáſſet autem Paulus ſarmentórum aliquántam multitúdinem, & impoſuíſſet ſuper ignem, vípera à calóre cùm proceſsíſſet, inváſit manum ejus. Ut verò vidérunt Bárbari pendéntem béſtiam de manu ejus, ad ínvicem dicébant: Utique homicída eſt homo hic, qui cùm eváſerit de mari, últio non ſinit eum vívere. Et ille quidem excútiens béſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.

℟. Replétus, 307.

CANON.

Ex Synodo Autiſſiodorénſi. *An.* 1552. *part.* 1. *cap.* 31.

UT à Parochiáli Miſſa audiénda nemo arceátur, viſum eſt nobis ſi quæ áliæ particuláres Miſſæ dicéndæ ſint, eæ ut non antè celebréntur, quàm poſt Miſſæ majóris communiónem.

SABBATO.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Sabbati, in Pſalterio, 109.

De Áctibus Apoſtolórum.

Lectio j. *c.* 28. 16. *ad* 20.

CUm veniſſémus Romam, permíſſum eſt Paulo manére síbimet cum cuſtodiénte ſe mílite. Poſt tértium autem diem convocávit primos Judæórum; cúmque conveníſſent, dicébat eis: Ego, viri fratres, nihil advérsùs plebem fáciens, aut morem patérnum, vinctus ab Jeroſólymis tráditus ſum in manus Romanórum: qui, cùm interrogatiónem de me habuíſſent, voluérunt me dimíttere, eò quòd nulla eſſet cauſa mortis in me. Contradicéntibus autem Judæis, coáctus ſum appelláre Cæſarem, non quaſi gentem meam habens áliquid accuſáre. Propter hanc ígitur cauſam rogávi vos vidére, & álloqui; propter ſpem enim Iſraël caténâ hâc circúndatus ſum.

Lectio ij. *v.* 23. *ad fin.*

CUm conſtituíſſent autem illi diem, venérunt ad eum in hoſpítium plúrimi, quibus exponébat teſtíficans regnum Dei, ſuadénſque eis de Jeſu ex lege Móyſi, & Prophétis, à manè uſque ad véſperam. Et quidam credébant his quæ dicebántur; quidam verò non credébant. Cúmque ínvicem non eſſent conſentiéntes, diſcedébant, dicénte Paulo unum verbum: Quia bene Spíritus-ſanctus locútus eſt per Iſaíam prophétam ad patres noſtros, dicens: Vade ad pópulum iſtum, & dic ad eos: Aure audiétis, & non intelligétis; & vidéntes vidébitis, & non perſpiciétis: incraſſátum eſt enim cor pópuli hujus, & aúribus gráviter audiérunt; & óculos ſuos compreſſérunt; ne fortè vídeant óculis, & aúribus aúdiant, & corde intélligant, &

ur, & ſanem eos.
ɔo ſit vobis, quó-
bus miſſum eſt hoc
ei, & ipſi aúdient.
c dixíſſet, exiérunt
ei, multam habén-
quæſtiónem. Man-
biénnio toto in ſuo
& ſuſcipiébat om-
ingrediebántur ad
icans regnum Dei,
quæ ſunt de Dómi-
hriſto, cum omni
e prohibitióne.

A N O N.

cílio Lateranénſi
quarto.
:215. *cap.* 17.
ii Miſſárum céle-
ɔlémnia vix quater
& , quod detérius
ſe contémnunt: &
lum hæc celebrán-
ıt, chori ſiléntium
inténdunt extériùs
ibus laicórum:
ıdítum ad indébi-
es effúndunt, aures
ɔn pórrigunt ad di-
ígitur & ſimília ſub
ɔnſiónis pénitùs in-

ESPERAS.

i de Sabbato.
ıriſtus, 310.
, Epheſ. 4. 23.24.
ímini ſpíritu men-
ɛſtræ, & indúite
ɔminem, qui ſe-
Deum creátus eſt
& *ſanctitáte veri-*

Hymnus, Solútus, ℣. Deus & Dóminum, 311.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Adhuc módicum: & mundus me jam non videt. Vos autem vidétis me; quia ego vivo, & vos vivétis; Allel. *Joan.* 14.19.

Oratio, Deus, qui erróntibus, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA III.
poſt Paſcha.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Hymnus, Ant. & ℣. ut Dominica præcedenti, 318.

Pſalmi ex III. Nocturno Dominicæ, 6.

Incipit liber Apocalypſis beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 7.

APocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus palàm fácere ſervis ſuis, quæ opórtet fieri citò: & ſignificávit, mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joánni, qui teſtimónium perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Jeſu Chriſti, quæcúnque vidit. Beátus, qui legit & audit verba prophetíæ hujus; & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt; tempus enim propè eſt. Joánnes ſeptem Eccléſiis, quæ ſunt in Aſia; Grátia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui ventúrus eſt; & à ſeptem Spirítibus, qui in conſpéctu throni ejus ſunt: & à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidélis, primogénitus mortuórum, & princeps regum terræ, qui

diléxit nos, & lavit nos à peccátis noſtris in ſánguine ſuo, & fecit nos regnum, & ſacerdótes Deo & Patri ſuo : ipſi glória, & impérium in ſǽcula ſeculórum : Amen. Ecce venit cum núbibus, & vidébit eum omnis óculus, & qui eum pupugérunt : & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ : Etiam : Amen.

℟. Cantábant, 319.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 11.

EGo ſum Alpha & Oméga, princípium & finis ; dicit Dóminus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui ventúrus eſt, omnípotens. Ego Joánnes frater veſter, & párticeps in tribulatióne, & regno, & patiéntia in Chriſto Jeſu, fui in ínſula, quæ appellátur Patmos, propter verbum Dei, & teſtimónium Jeſu. Fui in ſpíritu in Domínica die, & audívi poſt me vocem magnam, tanquam tubæ, dicéntis : Quod vides ſcribe in libro ; & mitte ſeptem Ecclésiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pérgamo, & Thyatíræ, & Sardis, & Philadélphiæ, & Laodíciæ.

℟. Audívi, 319.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 16. 16. *ad* 22.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis : Módicum, & jam non vidébitis me ; & íterum módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem. *Et réliqua.*

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 101. §. 6.

ILlis ait : [Módicum, & jam non vidébitis me,] qui eum corporáliter tunc vidébant, quia itúrus erat ad Patrem, & eum deínceps mortálem viſúri non erant, qualem cùm illis loquerétur vidébant. Quod verò áddidit : [Et íterum módicum, & vidébitis me,] univérſæ promíſit Ecclésiæ ; ſicut univérſæ promíſit, [Ecce ego vobíſcum ſum uſque in conſummatiónem ſǽculi.] Non tardat Dóminus promíſſum : módicum, & vidébimus eum, ubi jam nihil rogémus, nihil interrogémus ; quia nihil deſiderándum remanébit, nihil quærendum latébit. Hoc módicum longum nobis vidétur, quóniam adhuc ágitur ; cùm finítum fúerit, tunc ſentiémus quàm módicum fúerit.

℟. Mundus gaudébit ; vos autem contriſtabímini, ſed * Triſtítia veſtra vertétur in gaúdium ; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 16. 20. ℣. Ego conſolábor vos, & conſolabímini, & gaudébit cor veſtrum. *Iſai.* 66. 13. 14. * Triſtítia. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Exaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me ; ℟. Nec delectáſti

:os ſuper me; Al-
9. 2.
de Dominica.
7. d. Si conſurre-
Chriſto; quæ ſur-
ite, non quæ ſuper
elúia. Coloſſ. 3. 1. 2.
. 1. Petr. 3. 18.
s ſemel pro peccá-
tris mórtuus eſt,
njúſtis; ut nos of-
, mortificátus qui-
vivificátus autem

, Auróra lucis,
is regnávit, 308.
díctus, Ant. 6. F.
& jam non vidé-
íterum módicum,
me; quia vado ad
lelúia. Joan. 16. 16.
Oratio.
qui errántibus, ut
am poſſint redíre
ritátis tuæ lumen
a cunctis qui Chri-
ſlióne cenſéntur,
iere quæ huic ini-
nómini, & ea quæ
ſectári; Per.
AS, Pſalmi de Do-
liqua ut in Feriis
ſchalis, 309.
A N O N.
io Conſtantinopo-
quini-ſexto.
92. can. 19.
eos qui præſunt
iis, in ómnibus qui-
, ſed præcípuè Do-
nem clerum & pó-
re pietátis & rectæ

religiónis elóquia, ex divína Scriptúra colligéntes intelligéntias & judícia veritátis.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Oratio, Deus, qui errántibus, *ſuprà in Laudibus.*

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi de Dominica, ut in Pſalterio, 22.

Capitulum. *Act.* 17. 2. 3.

PAulus diſſerébat Judæis de Scriptúris, adapériens & insínuans quia Chriſtum opórtuit pati, & reſúrgere à mórtuis; & quia hic eſt Jeſus Chriſtus.

Hymnus, Solútus, ℣. Deus & Dóminum, 311.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. c. Iterum vidébo vos, & gaudébit cor veſtrum: & gaúdium veſtrum nemo tollet à vobis; Allelúia. *Joan.* 16. 22.

Ad Stationem in Navi, ℟. Chriſtus reſúrgens, 290. *& alia ut in Pſalterio*, 25.

FERIA SECUNDA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro III. Nocturno Feria II. in Pſalterio, 28.

De libro Apocalypſis beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 12. *ad fin.*

ET convérſus ſum ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum; & convérſus vidi ſeptem candelábra aúrea; & in médio ſeptem candelabrórum aureórum símilem Fílio hóminis, veſtítum podére, & præcínctum ad mamíllas zonâ aúrea.

Caput autem ejus, & capilli erant cándidi tanquam lana alba, & tanquam nix; & óculi ejus tanquam flamma ignis; & pedes ejus símiles aurichálco, ſicut in camíno ardénti; & vox illíus tanquam vox aquárum multárum: & habébat in déxtera ſua ſtellas ſeptem; & de ore ejus gládius utráque parte acútus exíbat; & fácies ejus ſicut ſol lucet in virtúte ſua. Et cùm vidiſſem eum, cécidi ad pedes ejus tanquam mórtuus; & póſuit déxteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timére, ego ſum primus, & noviſſimus; & vivus, & fui mórtuus; & ecce ſum vivens in ſécula ſeculórum, & hábeo claves mortis, & inférni. Scribe ergo quæ vidíſti, & quæ ſunt, & quæ opórtet fieri poſt hæc. Sacraméntum ſeptem ſtellárum, quas vidíſti in déxtera mea; & ſeptem candelábra aúrea; ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiárum; & candelábra ſeptem, ſeptem Eccléſiæ ſunt.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *c.* 2. 1. *ad* 7.

Angelo Epheſi Eccléſiæ ſcribe: Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in déxtera ſua, qui ámbulat in médio ſeptem candelabrórum aureórum: Scio ópera tua, & labórem, & patiéntiam tuam, & quia non potes ſuſtinére malos; & tentáſti eos qui ſe dicunt Apóſtolos eſſe, & non ſunt, & inveníſti eos mendáces: & patiéntiam habes; & ſuſtinuíſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed hábeo advérsùm te, quòd charitátem tuam primam reliquíſti. Memor eſto ítaque unde excíderis, & age pœniténtiam; & prima ópera fac. Sin autem, vénio tibi, & movébo candelábrum tuum de loco ſuo, niſi pœniténtiam égeris. Sed hoc habes, quia odíſti facta Nicolaïtárum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, aúdiat quid Spíritus dicat Eccléſiis: Vincénti dabo édere de ligno vitæ, quod eſt in paradíſo Dei mei.

℟. Quæ ad patres, 307.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 11.

Et Angelo Smyrnæ Eccléſiæ ſcribe: Hæc dicit primus, & noviſſimus; qui fuit mórtuus, & vivit: Scio tribulatiónem tuam, & paupertátem tuam; ſed dives es; & blaſphemáris ab his qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagóga ſátanæ. Nihil horum tímeas quæ paſſúrus es. Ecce miſſúrus eſt diábolus áliquos ex vobis in cárcerem, ut tentémini; & habébitis tribulatiónem diébus decem: eſto fidélis uſque ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ. Qui habet aurem, aúdiat quid Spíritus dicat Eccléſiis: Qui víceri, non lædétur à morte ſecúnda.

℟. Deus pacis, 307.

N O N.
› Arelaténſi ſexto.
13. can. 10.
ıus pro ædificatió-
ium Eccleſiárum,
áte totíus pópuli,
m in civitátibus,
n ómnibus Paró-
·yteri ad pópulum
iant, & ut bene
ant, & pópulo ſibi
rædicáre non né-

. TERTIA.
ɔM NOCTURNUM.
ati pro III. Nocturin Pſalterio, 45.
\pocalypſis beáti
ıis apóſtoli.
c. 2. 12. ad 17.
ıgelo Pérgami Ece ſcribe: Hæc dicit
habet romphæam
:te acútam: Scio
, ubi ſedes eſt ſá-
es nomen meum,
ſti fidem meam;
illis Antipas teſtis
:, qui occíſus eſt
ubi ſátanas hábi-
ıbeo advérsùs te
ı habes illic tenén-
ım Bálaam, qui
lac míttere ſcán-
n filiis Iſraël, éde-
ári: ita habes & tu
ſtrínam Nicolaïtá-
iter pœniténtiam
minus véniam tibi
ʒnábo cum illis in
mei. Qui habet
at quid Spíritus
dicat Eccléſiis: Vincénti dabo manna abſcónditum, & dabo illi cálculum cándidum; & in cálculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui áccipit.

℞. Apóſtolis, 307.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 23.

ET Angelo Thyatíræ Eccléſiæ ſcribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet óculos tanquam flammam ignis, & pedes ejus símiles aurichálco: Novi ópera tua, & fidem, & caritátem tuam, & miniſtérium, & patiéntiam tuam, & ópera tua noviſſima plura prióribus; ſed hábeo advérsùs te pauca, quia permíttis mulíerem Jézabel, quæ ſe dicit prophéten, docére, & ſedúcere ſervos meos, fornicári, & manducáre de idolóthytis. Et dedi illi tempus ut pœniténtiam ágeret; & non vult pœnitére à fornicatióne ſua. Ecce mittam eam in lectum; & qui mœchántur cum ea, in tribulatióne máxima erunt, niſi pœniténtiam ab opéribus ſuis égerint. Et filios ejus interfíciam in morte; & ſcient omnes Eccléſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes, & corda; & dabo unicuíque veſtrûm ſecúndùm ópera ſua.

℞. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *c.* 3. 1. *ad* 6.

ET Angelo Eccléſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit qui habet ſeptem Spíritus Dei, & ſeptem ſtellas: Scio ópera tua,

quia nomen habes quòd vivas, & mórtuus es. Eſto vígilans, & confirma cétera, quæ moritúra erant; non enim invénio ópera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe quáliter accéperis, & audieris, & ſerva, & pœniténtiam age. Si ergo non vigiláveris, véniam ad te tanquam fur, & néſcies quá horá véniam ad te. Sed habes pauca nómina in Sardis, qui non inquinavérunt veſtiménta ſua. Et ambulábunt mecum in albis, quia digni ſunt. Qui vícerit, ſic veſtiétur veſtiméntis albis; & non delébo nomen ejus de libro vitæ, & confitébor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Qui habet aurem, aúdiat quid Spíritus dicat Ecclésiis.

℟. Replétus Spíritu-ſancto, 307.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 20.

DOctrína ſine vita, arrogántem reddit; vita ſine doctrína, inútilem facit. Sacerdótis prædicátio opéribus confirmánda eſt; ita ut quod docet verbo, ínſtruat exémplo. Vera enim eſt illa doctrína, quam vivéndi ſéquitur forma.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro III. Nocturno Feria IV. in Pſalterio, 62.

De libro Apocalypſis
Joánnis apóſtoli

Lectio j. *c.* 3. 7. a

ET Angelo Philad
Eccléſiæ ſcribe: I
cit Sanctus & Ve
habet clavem David; q
rit, & nemo claudit; c
& nemo áperit: Scio
tua. Ecce dedi coram te
apértum, quod nemo
claúdere; quia módic
bes virtútem, & ſervá
bum meum, & non
nomen meum. Eccè c
ſynagóga ſátanæ, qui
ſe Judæos eſſe, & no
ſed mentiúntur; Ecce
illos ut véniant, & a
ante pedes tuos; & ſci
ego diléxi te. Quóniam
verbum patiéntiæ meæ
ſervábo te ab hora tent
quæ ventúra eſt in orb
vérſum tentáre habitá
terra. Ecce vénio citò
quod habes, ut nemo a
corónam tuam. Qui
fáciam illum colúmn
templo Dei mei; & fo
egrediétur ámpliùs;
bam ſuper eum nom
mei, & nomen civit
mei novæ Jerúſalem
deſcéndit de cœlo à De
& nomen meum novu
habet aurem, aúdiat q
ritus dicat Ecclésiis.

℟. Certíſſimè ſciat,

Lectio ij. *v.* 14.

ET Angelo Laod
Eccléſiæ ſcribe: H

men, teſtis fidélis, & ve-
is, qui eſt princípium crea-
ræ Dei. Scio ópera tua;
uia neque frígidus es; ne-
ue cálidus. Utinam frígidus
ſſes, aut cálidus: ſed quia
pidus es, & nec frígidus,
ec cálidus, incípiam te evó-
ere ex ore meo. Quia di-
s: quòd dives ſum, & lo-
plétátus, & nullíus égeo:
: neſcis quia tu es miſer,
t miſerábilis, & pauper,
t cæcus, & nudus. Suádeo
bi émere à me aurum igní-
um probátum, ut lócupl s
as, & veſtiméntis albis in-
uáris, & non appáreat con-
ſio nuditátis tuæ, & colly-
io inúnge óculos tuos ut ví-
eas. Ego quos amo, árguo
& caſtígo. Æmuláre ergo, &
œniténtiam age; ecce ſto ad
ſtium, & pulſo. Si quis au-
íerit vocem meam, & ape-
ierit mihi jánuam, intrábo
d illum, & cœnábo cum
lo, & ipſe mecum. Qui ví-
cerit, dabo ei ſedére mecum
n throno meo: ſicut & ego
vici, & ſedi cum Patre meo
n throno ejus. Qui habet au-
em, aúdiat quid Spíritus di-
cat Eccléſiis.

℟. Quem vos, 307.

Lectio iij. *c.* 4. 2. *ad* 8.

Fui in ſpíritu: & ecce ſe-
des póſita erat in cœlo,
& ſupra ſedem ſedens. Et qui
ſedébat, ſímilis erat *aſpéctui
lápidis jáſpidis & ſárdinis: &
is erat in circúitu ſedis*,
ſímilis viſióni ſmarágdinæ. Et
in circúitu ſedis ſedília vigínti
quátuor, & ſuper thronos
vigínti quátuor ſeniores ſe-
déntes, circumamícti veſti-
méntis albis, & in capítibus
eórum corónæ aúreæ. Et de
throno procedébant fúlgura,
& voces, & tonítrua: & ſep-
tem lámpades ardéntes ante
thronum, qui ſunt ſeptem
Spíritus Dei. Et in conſpéctu
ſedis tanquam mare vítreum
ſímile cryſtállo: & in mé-
dio ſedis, & in circúitu ſedis,
quátuor animália plena ócu-
lis antè & retrò. Et ánimal
primum ſímile leóni, & ſe-
cúndum ánimal ſímile vítulo,
& tértium ánimal habens fá-
ciem quaſi hóminis, & quar-
tum ánimal ſímile áquilæ vo-
lánti. Et quátuor animália,
ſíngula eórum habébant alas
ſenas, & in circúitu, & in-
tus plena ſunt óculis: & ré-
quiem non habébant die ac
nocte, dicéntia: Sanctus, San-
ctus, Sanctus, Dóminus Deus
omnípotens, qui erat, & qui
eſt, & qui ventúrus eſt.

℟. Ecce vicit, 308.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 26.

Ille cui diſpenſátio verbi
commíſſa eſt, etiámſi ſan-
ctè vivat, & tamen pérditè
vivéntes argúere aut erubéſ-
cat, aut métuat; cum ómni-
bus, qui eo tacénte periè-
rint, perit.

brum ſcriptum intùs & foris, ſignátum ſigíllis ſeptem. Et vidi Angelum fortem, prædicántem voce magnâ: Quis eſt dignus aperíre librum, & ſólvere ſignácula ejus? Et nemo póterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperíre librum, neque reſpícere illum. Et ego flebam multùm, quóniam nemo dignus invéntus eſt aperíre librum, nec vidére eum. Et unus de ſenióribus dixit mihi: Ne fléveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperíre librum, & ſólvere ſeptem ſignácula ejus.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *v. 6. ad* 10.

ET vidi; & ecce in médio

ſuìs es, & redemíſt
in ſánguine tuo e
bu, & lingua, &
natióne: & fecíſt
noſtro regnum, &
& regnábimus ſupe

℟. Quæ ad patr

Lectio iij. *c.* 1

ET vidi áliud
cœlo magnum
bile: Angelos ſept
tes plagas ſeptem
quóniam in illis c
eſt ira Dei. Et vi
mare vítreum, mi
& eos qui vícérun
& imáginem ejus
rum nóminis eju
ſuper mare vítreum
cítharas Dei, & can
ticum Móyſi ſervi
ticum Agni, dicén

O N.
Coloniénſi.
t. 6. *cap.* 8.
zándum miſſi
hi. Væ ergo
ngelizáverint.
órum ſapién-
tétur Scriptú-
Deo, qui dat
ter , & non
dábitur ei.

S E X T A.
NOCTURNUM.
ro III. Noctur-
Pſalterio, 93.
alypſis beáti
póſtoli.
. 18. 1. *ad* 5.
æc vidi álium
deſcendén-
ælo, habéntem
gnam : & terra
glória ejus. Et
rtitúdine, di-
cécidit Báby-
acta eſt habitá-
m, & cuſtódia
immúndi , &
vólucris im-
bilis ; quia de
tiónis ejus bi-
entes; & reges
fornicáti ſunt;
erræ de virtúte
s dívites facti
áliam vocem
tem : Exíte de
us ; ut ne par-
lictórum ejus,
non accipiátis.
enérunt peccá-
d cœlum ; &

recordátus eſt Dóminus iniquitátum ejus.

℟. Apóſtolis, 307.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 11.

Reddite illi ſicut & ipſa réddidit vobis : & duplicáte duplícia ſecúndùm ópera ejus; in póculo, quo míſcuit , miſcéte illi duplum. Quantùm glorificávit ſe, & in delíciis fuit, tantùm date illi torméntum & luctum; quia in corde ſuo dicit: Sédeo regína, & vídua non ſum ; & luctum non vidébo. Ideo in una die vénient plagæ ejus, mors , & luctus, & fames, & igne comburétur; quia fortis eſt Deus, qui judicábit illam. Et flebunt, & plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicáti ſunt, & in delíciis vixérunt , cùm víderint fumum incéndii ejus : longè ſtantes propter timórem tormentórum ejus, dicéntes: Væ, væ, cívitas illa magna Bábylon, cívitas illa fortis; quóniam unâ horâ venit judícium tuum. Et negotiatóres terræ flebunt, & & lugébunt ſuper illam.

℟. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *c.* 19. 11. *ad* 16.

Et vidi cœlum apértum, & ecce equus albus, & qui ſedébat ſuper eum, vocabátur Fidélis, & Verax, & cum juſtítia júdicat, & pugnat. Oculi autem ejus ſicut flamma ignis; & in cápite ejus diadémata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo novit niſi

ipſe. Et veſtítus erat veſte aſpérsâ ſánguine : & vocátur nomen ejus, Verbum Dei. Et exércitus qui ſunt in cœlo, ſequebántur eum in equis albis, veſtíti byſſino albo & mundo. Et de ore ejus procédit gládius ex utráque parte acútus, ut in ipſo percútiat gentes ; & ipſe reget eas in virga férrea ; & ipſe calcat tórcular vini furóris iræ Dei omnipoténtis. Et habet in veſtiménto, & in fémore ſuo ſcriptum : Rex regum, & Dóminus dominántium.

℟. Replétus, 307.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 5. cap. 2. de reform.

QUicúnque Parochiáles.... Ecclésias óbtinent, ... diébus ſaltem Domínicis, & feſtis ſolémnibus plebes ſibi commíſſas.... paſcant ſalutáribus verbis, docéndo quæ ſcire ómnibus neceſſárium eſt ad ſalútem ; annuntiandóque eis cum brevitáte & facilitáte ſermónis, vítia quæ eos declináre, & virtútes quas ſectári opórteat.

S A B B A T O.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati prò III. Nocturno Sabbati, in Pſalterio, 111.

De libro Apocalypſis beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 21. 5. *ad* 8.

ET dixit qui ſedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia. Et dixit mihi : Scribe, Quia hæc verba

fideliſſima ſunt, & ve
xit mihi : Factum eſt. I
Alpha & Oméga, i
finis. Ego ſitiénti dabo
aquæ vitæ gratìs. Qui
poſſidébit hæc, &
Deus, & ille erit m
Tímidis autem, & in
& execrátis, & hom
fornicatóribus, & v
& idolólatris, &
mendácibus, pars ill
in ſtagno ardénti ign
phure : quod eſt
cúnda.

Lectio ij. *v.* 22. 1

EGo vénio citò,
mea mecum eſt
unicuíque ſecúndù
ſua. Ego ſum Alpha
ga ; primus & no
princípium & finis.
lavant ſtolas ſuas in
Agni, ut ſit potéſtas
ligno vitæ, & per
trent in civitátem.
nes, & venéfici, &
& homicídæ, &
viéntes, & omnis
& facit mendácium.
miſi Angelum meu
cári vobis hæc in
Ego ſum radix, &
vid, ſtella ſplendida
tína. Et ſpíritus, &
cunt : Veni. Et q
dicat : Veni. Et qui
niat : & qui vult
aquam vitæ gratìs.
enim omni audiénti
phetíæ libri hujus.
poſuerit ad hæc

r illum plagas ſcrip-
, iſto ; & ſi quis di-
e verbis libri pro-
jus, aúferet Deus
is de libro vitæ, &
ſancta ; & de his
a ſunt in libro iſto.
teſtimónium pérhi-
i : Etiam vénio citò:
i Dómine Jeſu. Grá-
noſtri Jeſu Chriſti
ous vobis : Amen.

A N O N.

cílio Tridentíno.

ap. 1. de reform.

ſtoli eſt à Paſtóribus
a præcéptio, ut ſub-
uant, óbſecrent,
in omni bonitáte &
cùm ſæpe plus erga
os agat benevolén-
auſtéritas ; plus ex-
uàm comminátio ;
s quàm potéſtas.

E S P E R A S.

ni de Sabbato.

hriſtus, 310.

n. Act. 2. 30. 31.

ta próvidens locú-
t de reſurrectióne
nia neque derelíctus
erno, neque caro
corruptiónem.
, Solútus, ℣. Deus
um, 311.
gníficat, *Ant.* 1. D.*
o ad eum qui miſit
emo ex vobis intér-
, Quò vadis? Alle-
. 16. 5.
Deus, qui fidélium,
tates.

DOMINICA IV.

poſt Paſcha.

Ad Officium Nocturnum.

Invitatorium, Hymnus, Ant. & ℣. ſuprà in Dominica II. poſt Paſcha, 318.

Pſalmi ex I. Nocturno Dominicæ, 2.

Incipit Epíſtola Cathólica beáti Jacóbi apóſtoli.

Lectio j. *c. 1. 1. ad 7.*

JAcóbus, Dei & Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſervus, duódecim tribubus, quæ ſunt in diſperſióne, ſalútem. Omne gaúdium exiſtimáte fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis, ſciéntes quòd probátio fidei veſtræ patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet : ut ſitis perfécti & íntegri, in nullò deficiéntes. Si quis autem veſtrûm índiget ſapiéntiâ, póſtulet à Deo, qui dat ómnibus affluénter, & non impróperat ; & dábitur ei. Póſtulet autem in fide nihil hæſitans; qui enim hæſitat, símilis eſt flúctui maris, qui à vento movétur & circumfértur. Non ergo æſtimet homo ille quòd accípiat áliquid à Dómino.

℟. Cantábant, 319.

Lectio ij. *v. 8. ad 16.*

VIr duplex ánimo, incónſtans eſt in ómnibus viis ſuis. Gloriétur autem frater húmilis in exaltatióne ſua. Dives autem in humilitáte ſua, quóniam ſicut flos fœni tranſíbit. Exórtus eſt enim ſol

cum ardóre, & areſécit fœnum, & flos ejus décidit, & decor vultûs ejus depériit; ita & dives in itinéribus ſuis marcéſcet. Beátus vir, qui ſuffert tentatiónem; quóniam cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromíſit Deus diligéntibus ſe. Nemo, cùm tentátur, dicat quóniam à Deo tentátur; Deus enim intentátor malórum eſt, ipſe autem néminem tentat. Unuſquíſque verò tentátur à concupiſcéntia ſua abſtráctus, & illéctus; deínde concupiſcéntia cùm concéperit, parit peccátum; peccátum verò cùm conſummátum fúerit, génerat mortem. Nolíte ítaque erráre, fratres mei dilectíſſimi.

℟. Audívi, 319.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 16. 5. *ad* 15.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vado ad eum qui miſit me; & nemo ex vobis intérrogat me, Quò vadis? Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

In hunc locum, circa init.

SCiébat Dóminus ipſe quid hæc ſua verba in diſcipulórum córdibus ágerent, quia vidélicet triſtítiam magìs de abſcéſſu quo eos deſéreret, quàm de aſcénſu quo Patrem péteret, lætítiam generárent. Unde benígnè conſolándo ſubjúnxit: [Sed ego veritátem dico vobis, expe ut ego vadam.] Expe ut forma ſervi veſtri hátur aſpéctibus, amor divinitátis ár ſtris figátur in ménti pedit ut notam vobis cœlo ínferam, quáten ri per hoc deſidério pirétis, ſicque ſuſpén pérna córdibus veſtri cipiénda jam Spíri dona capáces fiátis.

℟. Cùm vénerit Pa *Arguet mundum de & de juſtítia, & de †Allelúia, allelúia. *J* ℣. Judicábit Dóminu & árguet pópulos mu 2.4. *Arguet. Glória.† Te Deum.

AD LAUD

MATUTINA

℣. *Sacerdotalis*, te Dómine, quónia píſti me; ℟. Nec inimícos meos ſuper lelúia. *Pſ.* 29. 2.

Pſalmi de Domin

Ant. ſola 7. *d.* Si c xíſtis cum Chriſto; ſum ſunt ſápite, non per terram; Allelúia. 1. 2.

Capitulum. *Act.* 17.

STátuit Deus diem judicatúrus eſt o æquitáte; in viro in tuit, fidem præbens ó ſúſcitans eum à mórtu

Hymnus, Auróra

℣. Dóminus regnáv

díctus, *Ant.* 8. G.*
ɔbis ut ego vadam ;
n abíero , Paraclé-
niet ad vos : ſi au-
ı , mittam eum ad
úia. *Joan.* 16. 7.
)ratio.
ui fidélium mentes
éfficis voluntátis ,
tuis id amáre quod
d deſideráre quod
ut inter mundánas
ibi noſtra fixa ſint
vera ſunt gaúdia;
ium.
ı R A S , *Pſalmi de*
Reliqua ut in Feriis
ſchalis , 309. *Ora-*
i Laudibus.
I N O N.
io Aquiſgranénſi.
lib. 1. *cap.* 134.
s... ſint críminum
utóres , & hómi-
tóres. Oderint ví-
t hómines : óde-
ſtínctu diáboli in-
díligant quod Dei
átum eſt.
E S P E R A S.
t & Pſalmi de Do-
n Pſalterio , 22.
. *Rom.* 8. 11.
ejus qui ſuſcitávit
mórtuis , hábitat
i ſuſcitávit Jeſum
mórtuis , vivificá-
lia córpora veſtra ,
abitántem Spíri-
vobis.
Solútus, ℣. *Deus*
, 311.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Adhuc multa hábeo vobis dícere : ſed non potéſtis portáre modò. Cùm autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem ; Allelúia. *Joan.* 16. 12. 13.

Ad Stationem in Navi, ℟. Chriſtus reſúrgens , 290. *& alia ut in Pſalterio* , 25.

FERIA SECUNDA.

Ad Officium Nocturnum.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feriæ II. in Pſalterio, 25.

De Epíſtola Cathólica beáti Jacóbi apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 17. *ad* 21.

Omne datum óptimum, & omne donum perféctum deſúrſum eſt, deſcéndens à Patre lúminum, apud quem non eſt tranſmutátio , nec viciſſitúdinis obumbrátio. Voluntáriè enim génuit nos verbo veritátis ; ut ſimus inítium áliquod creatúræ ejus. Scitis fratres mei dilectíſſimi, ſit autem omnis homo velox ad audiéndum , tardus autem ad loquéndum, & tardus ad iram ; ira enim viri juſtítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam , & abundántiam malítiæ, in manſuetúdine ſuſcípite ínſitum verbum , quod poteſt ſalváre ánimas veſtras.

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *v.* 22. *ad fin.*

Eſtóte autem factóres verbi, & non audító[illegible] tùm , falléntes vo[illegible]

Quia, ſi quis audítor eſt verbi, & non factor, hic comparábitur viro conſideránti vultum nativitátis ſuæ in ſpéculo; conſiderávit enim ſe, & ábiit; & ſtatim oblítus eſt qualis fúerit. Qui autem perſpéxerit in legem perféctam libertátis, & permánſerit in ea, non audítor obliviófus factus, ſed factor óperis: hic beátus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religióſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſedúcens cor ſuum, hujus vana eſt relígio. Relígio munda & immaculáta apud Deum & Patrem, hæc eſt: Viſitáre pupíllos & víduas in tribulatióne eórum, & immaculátum ſe cuſtodíre ab hoc ſǽculo.

℟. Quæ ad patres, 307.

Lectio iij. *c.* 2. 1. *ad* 7.

FRatres mei, nolíte in perſonárum acceptióne habére fidem Dómini noſtri Jeſu Chriſti glóriæ. Etenim ſi introíerit in convéntum veſtrum vir áureum ánnulum habens, in veſte cándida; introíerit autem & pauper in ſórdido hábitu, & intendátis in eum qui indútus eſt veſte præclárâ, & dixéritis ei: Tu ſede hìc bene: paúperi autem dicátis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabéllo pedum meórum; nonne judicátis apud voſmetipſos, & facti eſtis júdices cogitatiónum iniquárum? Audíte fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elégit paúperes in hoc mundo, dívites in fide, & hered[es re]gni, quod repromíſit [Deus di]ligéntibus ſe? Vos aut[em ex]honoráſtis paúperem. [Nonne] dívites per poténtiam [oppri]munt vos, & ipſi trah[unt vos] ad judícia? Nonne i[pſi blaſ]phémant bonum nome[n quod] invocátum eſt ſuper v[os?]

℟. Deus pacis, 30[…]

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgr[…]

An. 816. *cap.* 2[…]

PRima prudéntiæ vi[…] eam quam docér[…] teat, exiſtimáre pe[…] rúdibus pópulis ſeu […] bus, plana atque com[…] non ſumma atque ár[…] dicánda ſunt, ne imm[…] doctrínæ opprimántu[r] quàm erudiántur.

FERIA TERT[IA]

AD OFFICIUM NOCT[URNUM]

Pſalmi notati pro l[…] no Feria III. in Pſalter[io]

De Epíſtola Cathólic[a] Jacóbi Apóſtol[i]

Lectio j. *c.* 2. 8.

SI legem perfici[tis regá]lem, ſecúndùm [Scriptú]ras: Díliges pr[óximum] tuum ſicut teípſum; [benefá]citis. Si autem perſón[as accí]pitis, peccátum ope[rámini,] redargúti à lege, qua[ſi tranſ]greſſóres. Quicúnque [autem] totam legem ſerváveri[t, offén]dat autem in uno, f[actus eſt] ómnium reus. Qui en[im dixit:] Non mœcháberis, [dixit &] Non occídes. Qu[…]

s, occídes autem,
nſgréſſor legis. Sic
& ſic fácite, ſicut
libertátis incipién-
. Judícium enim
órdia illi qui non
icórdiam; ſuper-
m miſericórdia ju-

:olis, 307.
v. 14. *ad* 19.
óderit, fratres mei,
n quis dicat ſe ha-
autem non hábeat?
óterit fides ſalváre
tem frater & ſoror
& indígeant victu
; dicat autem áli-
s illis: Ite in pace,
i, & ſaturámini;
tis autem eis quæ
unt córpori, quid
iic & fides, ſi non
ra, mórtua eſt in
ſed dicet quis: Tu
s, & ego ópera há-
e mihi fidem tuam
is, & ego oſténdam
ibus fidem meam.
quóniam unus eſt
e facis, & dæmo-
, & contremíſcunt.
te magnâ, 307.
v. 20. *ad fin.*
m ſcire ô homo
quóniam fides ſine
órtua eſt? Abraham
, nonne ex opéri-
itus eſt, ófferens
ſuum ſuper altáre?
iam fides coopera-
bus illius; & ex

opéribus fides conſummáta eſt? Et ſuppléta eſt Scriptúra, dicens: Crédidit Abraham Deo, & reputátum eſt illi ad juſtítiam, & amícus Dei appellátus eſt. Vidétis quóniam ex opéribus juſtificátur homo, & non ex fide tantùm? Símiliter & Rahab méretrix, nonne ex opéribus juſtificáta eſt, ſuſcípiens núntios, & áliâ viâ ejíciens? Sicut enim corpus ſine ſpíritu mórtuum eſt, ita & fides ſine opéribus mórtua eſt.

℟. Replétus, 307.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranénſi.

An. 816. *can.* 24.

DOctor qui loci ſui neceſſitáte exígitur ſumma dícere, hâc eádem neceſſitáte compéllitur ſumma monſtráre; illa namque vox libéntiùs auditórum cor pénetrat, quam docéntis vita comméndat: quia quod loquéndo ímperat, oſtendéndo ádjuvat ut fiat.

FERIA QUARTA.

Ad Officium Nocturnum.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feria IV. in Pſalterio, 58.

De Epíſtola Cathólica beáti Jacóbi Apóſtoli.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 5.

NOlíte plures magíſtri fieri fratres mei, ſciéntes quóniam majus judícium ſúmitis. In multis enim offéndimus omnes. Si quis in verbo non offéndit, hic perféctus eſt vir: poteſt étiam fræno circumdúcere to-

tum corpus. Si autem equis fræna in ora míttimus ad conſentiéndum nobis, & omne corpus illórum circumférimus. Ecce & naves, cùm magnæ ſint, & à ventis válidis minéntur, circumferúntur à módico gubernáculo ubi ímpetus dirigéntis volúerit. Ita & lingua módicum quidem membrum eſt, & magna exáltat.

℟. Certíſſimè ſciat, 307.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 12.

ECce quantus ignis quàm magnam ſilvam incéndit! Et lingua ignis eſt, univérſitas iniquitátis. Lingua conſtitúitur in membris noſtris, quæ máculat totum corpus, & inflámmat rotam nativitátis noſtræ, inflammáta à gehénna. Omnis enim natúra beſtiárum, & vólucrum, & ſerpéntium, & ceterórum domántur, & dómita ſunt à natúra humána: linguam autem nullus hóminum domáre poteſt: inquiétum malum, plena venéno mortífero. In ipſa benedícimus Deum & Patrem, & in ipſa maledícimus hómines, qui ad ſimilitúdinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procédit benedíctio, & maledíctio. Non opórtet fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eódem forámine emánat dulcem, & amáram aquam? Nunquid poteſt fratres mei, ficus uvas fácere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa dulcem poteſt fácere aquam.

℟. Quem vo[...]
307.

Lectio iij.

QUis ſápiens [...]
nátus inter [...]
dat ex bona [...]
operatiónem ſua[...]
túdine ſapiéntiæ. [...]
lum amárum ha[...]
tentiónes ſint in [...]
ſtris, nolíte glori[...]
ces eſſe advérsù[...]
non eſt enim iſta [...]
ſúrſum deſcénde[...]
na, animális, d[...]
enim zelus & c[...]
inconſtántia, & [...]
pravum. Quæ au[...]
eſt ſapiéntia, pri[...]
pudíca eſt, deí[...]
modéſta, ſuádi[...]
conſéntiens, ple[...]
diâ, & frúctibu[...]
júdicans, ſine [...]
Fructus autem ju[...]
ſeminátur, faciéi[...]

℟. Ecce vici[...]

C A N[...]

Ex Concílio [...]
An. 1536. *part*[...]

INter concioná[...]
matis, maledíc[...]
tiis omnino abſt[...]
Prædicétur purè [...]
verbum, juxta [...]
traditiónem, & [...]
Ecclésia Cathóli[...]
rum interpretati[...]

FERIA Q[...]

AD OFFICIUM [...]

Pſalmi notati [...]
Feria V. in Pſa[...]

ſtola Cathólica beáti
acóbi Apóſtoli.
j. *c. 4. 1. ad 4.*
Nde bella & lites in
vobis? Nonne hinc
ex concupiſcéntiis ve-
tæ mílitant in membris
Concupíſcitis, & non
; occíditis, & zelátis,
potéſtis adipíſci; liti-
k belligerátis, & non
; propter quod non
is. Pétitis, & non ac-
eò quòd malè petátis:
oncupiſcéntiis veſtris
is. Adúlteri, neſcítis
nicítia hujus mundi,
eſt Dei? Quicúnque
lúerit amícus eſſe ſé-
us, inimícus Dei con-

n conſummáſſent, 306.
ij. *v. 5. ad 10.*
putátis quia inániter
iptúra dicat: Ad inví-
ncupíſcit ſpíritus qui
in vobis? Majórem
dat grátiam. Propter
cit: Deus ſupérbis re-
umílibus autem dat
. Súbditi ergo eſtóte
ſíſtite autem diábolo,
: à vobis. Appropin-
eo, & appropinquábit
mundáte manus, pec-
; & purificáte corda,
ánimo. Míſeri eſtóte,
e, & ploráte. Riſus
luctum convertátur,
um in mœrórem. Hu-
i *in conſpéctu Dó-*
exaltábit vos.

℟. Quæ ad patres noſtros, 307.

Lectio iij. *v. 11. ad fin.*

NOlíte detráhere altérutrum, fratres. Qui détrahit fratri, aut qui júdicat fratrem ſuum, détrahit legi, & júdicat legem. Si autem júdicas legem, non es factor legis, ſed judex. Unus eſt legiſlátor, & judex, qui poteſt pérdere, & liberáre. Tu autem quis es, qui júdicas próximum? Ecce nunc qui dícitis: Hódie, aut cráſtino íbimus in illam civitátem, & faciémus ibi quidem annum, & mercábimur, & lucrum faciémus; qui ignorátis quid erit in cráſtino. Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad módicum parens, & deínceps exterminábitur: pro eo ut dicátis: Si Dóminus volúerit; & : Si vixérimus, faciémus hoc, aut illud. Nunc autem exultátis in ſupérbiis veſtris. Omnis exultátio talis, malígna eſt. Sciénti ígitur bonum fácere, & non faciénti, peccátum eſt illi.

℟. Deus pacis, 307.

C A N O N.

Ex Concílio Coloniénſi.
An. 1536. part. 6. cap. 15.

ERit Párochus in reprehendéndis crimínibus vehemens atque acer. Conſtitútus eſt enim, ut annúntiet pópulo ſcélera eórum; ſic tamen ut in ſuggéſto vítia tantùm reprehéndat, non perſónas nominátim perſtríngat.

FERIA SEXTA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro I. Nocturno Feria VI. in Pſalterio, 91.

De Epíſtola Cathólica beáti Jacóbi Apóſtoli.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 6.

AGite nunc dívites, ploráte ululántes in miſériis veſtris quæ advénient vobis. Divítiæ veſtræ putrefáctæ ſunt, & veſtiménta veſtra à tíneis coméſta ſunt. Aurum & argéntum veſtrum æruginávit, & ærúgo eórum in teſtimónium vobis erit, & manducábit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizáſtis vobis iram in noviſſimis diébus. Ecce merces operariórum qui meſſuérunt regiónes veſtras, quæ fraudáta eſt à vobis, clamat: & clamor eórum in aures Dómini ſábaoth introívit. Epuláti eſtis ſuper terram, & in luxúriis enutriſtis corda veſtra in die occiſiónis. Addixíſtis, & occidíſtis juſtum, & non réſtitit vobis.

℟. Apóſtolis, 307.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 8.

PAtiéntes ígitur eſtóte fratres, uſque ad advéntum Dómini. Ecce agrícola expéctat pretióſum fructum terræ, patiénter ferens, donec accípiat temporáneum, & ſerótinum. Patiéntes ígitur eſtóte & vos, & confirmáte corda veſtra, quóniam advéntus Dómini appropinquávit,

℟. Virtúte magnâ, 307.

Lectio iij. *v.*

NOlite ingemí
tres, in altéru
non judicémini. E
ante jánuam aſsiſti
plum accípite fratre
mali, labóris, &
Prophétas qui loc
nómine Dómini. E
ficámus eos q
Sufferéntiam Job a
finem Dómini vidí
niam miſéricors Dó
& miſerátor.

℟. Replétus, 3

CANO

Ex Concílio Col

An. 1536. *part.* 6

COncionatóres,
hiſtóriis ne nin
moréntur: quin p
Evangélio detur &
explicándis. Quòd
vidébitur hiſtória,
gant quidem; ſi v
léviter; eáque decé
imitánda videántur.
quoque ne impudén
tur, niſi quæ Script
ta, aut à non lévib
ribus ſumma cum h
trádita fúerint.

SABBA

AD OFFICIUM NO

Pſalmi notati pro
Sabbati, in Pſalter

De Epíſtola Cath
Jacóbi Apóſ

Lectio j. *c.* 5.

ANte ómni
mei, nol
neque p

er terram, neque áliud
nque juraméntum : ſit
èrmo veſter : Eſt, eſt :
ıon ; ut non ſub judício
is. Triſtátur áliquis ve-
oret. Æquo ánimo eſt ?
Infirmátur quis in vo-
lúcat preſbyteros Ec-
& orent ſuper eum,
es eum óleo in nómine
i : & orátio fídei ſalvá-
ırmum, & alleviábit
óminus : & ſi in peccá-
remitténtur ei.

ij. *v.* 16. *ad fin.*
ıfitémini ergo altéru-
ım peccáta veſtra, &
ro ínvicem ut ſalvémi-
ıltùm enim valet de-
o juſti aſſídua. Elías
erat símilis nobis paſſí-
& oratióne orávit ut
úeret ſuper terram, &
uit annos tres, & men-
. Et rurſum orávit ; &
dedit plúviam, & terra
ructum ſuum. Fratres
i quis ex vobis erráve-
:ritáte, & convérterit
ım ; ſcire debet quó-
:ui convérti fécerit pec-
n ab erróre viæ ſuæ,
t ánimam ejus à mor-
opériet multitúdinem
órum.

CANON.

oncílio Aquiſgranénſi.
816. *lib.* 1. *cap.* 94.
n confúndant ópera ſer-
ónem tuum, ne cùm
*léſia lóqueris, tácitus
reſpóndeat :* Cur ergo
hæc quæ dicis, ipſe non facis ?
Delicátus magíſter eſt, qui
pleno ventre de jejúniis diſ-
putat. Accuſáre avarítiam &
latro poteſt. Sacerdótis Chri-
ſti os, mens manúſque con-
córdent.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Sabbato.

Ant. Chriſtus, 310.

Capitulum. *Act.* 13. 30. 31.

VIſus eſt Jeſus per dies multos his qui ſimul aſcénderant cum eo de Galilæa in Jerúſalem ; qui uſque nunc ſunt teſtes ejus ad plebem.

Hymnus, Solútus, ℣. Deus & Dóminum, 311.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Amen, amen dico vobis : Si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis ; Allelúia. *Joan.* 16. 23.

Oratio, Deus, à quo, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA V.

poſt Paſcha.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Ant. & ℣. *ut in Dominicâ II. poſt Paſcha*, 318.

Hymnus, Promíſſus, 306.

Pſalmi ex II. Nocturno Dominicæ, in Pſalterio, 4.

Incipit Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

PEtrus apóſtolus Jeſu Chriſti, eléctis ádvenis diſperſiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Aſiæ, & Bithyniæ, ſecúndùm præſ-

ciéntiam Dei Patris, in ſanctificatiónem Spíritûs, in obediéntiam, & aſperſiónem ſánguinis Jeſu Chriſti; Grátia vobis & pax multiplicétur. Benedíctus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecúndùm miſericórdiam ſuam magnam regenerávit nos in ſpem vivam, per reſurrectiónem Jeſu Chriſti ex mórtuis, in hereditátem incorruptíbilem, & incontaminátam, & immarceſſíbilem, conſervátam in cœlis in vobis, qui in virtúte Dei cuſtodímini per fidem in ſalútem, parátam revelári in témpore noviſſimo.

℟. Cantábant, 319.

Lectio ij. *v. 6. ad* 12.

IN quo exultábitis, módicum nunc ſi opórtet contriſtári in váriis tentatiónibus; ut probátio veſtræ fidei multò pretióſior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, & glóriam, & honórem, in revelatióne Jeſu Chriſti; quem cùm non vidéritis, dilígitis: in quem nunc quoque non vidéntes créditis; credéntes autem exultábitis lætitiâ inenarrábili, & glorificátâ; reportántes finem fidei veſtræ, ſalútem animárum. De qua ſalúte exquiſiérunt, atque ſcrutáti ſunt Prophétæ, qui de futúra in vobis grátia prophetavérunt: ſcrutántes in quod vel quale tempus ſignificáret in eis Spíritus Chriſti; prænúntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiónes, & poſterióres glórias: quibus revelátum eſt, quia non ſibimetípſis, vobis autem miniſtrábant ea quæ nunc nuntiáta ſunt vobis per eos qui evangelizavérunt vobis, Spíritu-ſancto miſſo de cœlo, in quem deſíderant Angeli proſpícere.

℟. Audívi, 319.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c. 16. 23. ad* 30.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis: Si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Et réliqua.

Homília ſancti Petri Chryſólogi.

Serm. 39. de perſev. in orat. circa finem.

OMnis qui petit, áccipit; & qui quærit, invenit; & pulſánti aperiétur.] Sed dicis: Eſto quòd pétere poſſim, pulſáre quómodo pótero cœléſte ſecrétum? Quemádmodum? iterándo preces, & expectándo judícium largitóris, moras dantis patientíſſimè ſuſtinéndo; quia quicúnque, cùm ſemel pulſáverit, indignátur mox, ſi non fúerit audítus, iſte non eſt petítor ſupplex, ſed eſt imperióſus exáctor. Audi Prophétam dicéntem: [Expécta Dóminum, viríliter age, & confortétur cor tuum.] Et ſi iterum diſtúlerit, tu futúrum, tu Dóminum tuum patiénter expécta.

em quid quærere dé-
; noſſe? ſunt divítiæ
paúperis, & regnum
n intrà te eſt: [Intrà
regnum cœlórum,]
óminus.
ſque modò non petí-
quam in nómine meo:
, & accipiétis, ut gaú-
eſtrum ſit plenum;
ia, allelúia. *Joan.* 16.
oluntátem timéntium
: Dóminus, & depre-
m eórum exaúdiet. *Pſ.*
* Pétite. Glória. † Al-

)eum.

LAUDES
ATUTINAS.

cerdotalis, Exaltábo te
, quóniam ſuſcepíſti
. Nec delectáſti ini-
ieos ſuper me; Alle-
. 29. 2.
lmi de Dominica.
ſola 7. *d.* Si conſurre-
im Chriſto; quæ ſur-
t ſápite, non quæ ſuper
, Allelúia. *Coloſſ.* 3. 1. 2.
lum. 1. *Theſſ.* 1. 9. 10.
vérſi eſtis ad Deum
íre Deo vivo & vero,
ctáre Fílium ejus de
uem ſuſcitávit ex mór-

nus, Auróra lucis,
ninus regnávit, 308.
enedíctus, *Ant.* 1. f.
iora, cùm jam non in
iis loquar vobis, ſed
de Patre annuntiábo
lleluia. Joan. 16. 25.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt, largíre ſupplícibus tuis, ut cogitémus, te inſpiránte, quæ recta ſunt, &, te gubernánte, éadem faciámus; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Dominica. Reliqua ut in Feriis Temporis Paſchalis*, 309. *Oratio ſuprà in Laudibus.*

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 1. *tit.* 4. *de fidei initiis.*

Parochi ſíngulis Domínicis, & áliis feſtis diébus, qui Eccléſiæ præcépto agi ſóleant; púeris, ſínguli in ſuis paróchiis inítia fidei tradant: eóſque ad obediéntiam primùm Deo, deínde paréntibus præſtándam erúdiant.

AD VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi de Dominica, ut in Pſalterio, 22.

Capitulum. 1. *Cor.* 15. 5. 6. 7. 8.

Chriſtus viſus eſt Cephæ, & poſt hoc Undecim: deínde viſus eſt pluſquam quingéntis frátribus ſimul; ex quibus manent multi uſque adhuc, quidam autem dormiérunt: deínde viſus eſt Jacóbo, deínde Apóſtolis ómnibus; noviſſimè autem ómnium tanquam abortívo, viſus eſt & mihi.

Hymnus, Solútus, ℣. Deus & Dóminum, 311.

Ad Magnificat, [illegible] G.*
Ipſe Pater ama[illegible]

me amáſtis, & credidíſtis quia ego à Deo exívi; Allelúia. *Joan. 16. 27.*

Ad Stationem in Navi, ℟. Chriſtus reſúrgens, 290. *& alia ut in Pſalterio*, 25.

FERIA SECUNDA in Rogationibus.

¶ *Hâc & duabus Feriis ſequentibus ſi occurrat Feſtum Duplex vel Semiduplex, de eo fiet Officium cum Commemoratione Feriæ ad Officium Nocturnum, & Laudes. Tuncque* j. *Lectio erit de Scriptura occurrente, duabus in unam coactis;* ij. *Lectio erit de Sancto;* iij. *denique de Evangelio & Homilia Feriæ cum Reſponſorio ejuſdem Evangelico.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feriæ II. in Pſalterio, 26.

De Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 13. *ad* 17.

SUccíncti lumbos mentis veſtræ, fóbrii perféctè ſperáte in eam quæ offértur vobis grátiam, in revelatiónem Jeſu Chriſti: quaſi filii obediéntiæ, non configuráti prióribus ignorántiæ veſtræ deſidériis; ſed ſecúndùm eum, qui vocávit vos, Sanctum; & ipſi in omni converſatióne ſancti ſitis: quóniam ſcriptum eſt: Sancti éritis, quóniam ego ſanctus ſum. *Et ſi patrem invocátis eum, qui ſine acceptióne perſonárum júdicat ſecúndùm uniuſcujúſque opus, in timóre incolátûs veſtri témpore converſámini.*

℟. Cùm conſummáſſent, 306.

Lectio ij. *v.* 18. *ad fin.*

SCiéntes quòd non corruptibílibus auro vel argénto redémpti eſtis de vana veſtra converſatióne patérnæ traditiónis; ſed pretióſo ſánguine quaſi agni immaculáti Chriſti, & incontamináti; præcógniti quidem ante mundi conſtitutiónem, manifeſtáti autem novíſſimis tempóribus propter vos, qui per ipſum fidéles eſtis in Deo, qui ſuſcitávit eum à mórtuis, & dedit ei glóriam, ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo. Animas veſtras caſtificántes in obediéntia caritátis, in fraternitátis amóre, ſimplici ex corde ínvicem dilígite atténtiùs; renáti non ex ſémine corruptíbili, ſed incorruptíbili per verbum Dei vivi, & permanéntis in ætérnum. Quia omnis caro ut fœnum; & omnis glória ejus tanquam flos fœni: exáruit fœnum, & flos ejus décidit: Verbum autem Dómini manet in ætérnum. Hoc eſt autem verbum quod evangelizátum eſt in vos.

℟. Quæ ad patres, 307.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 11. 5. *ad* 13.

IN illo témpore; Ait Jeſus ad diſcípulos ſuos: Quis veſtrûm habébit amicum, &

illum médiâ nocte, &
lli: Amíce, cómmoda
res panes. Et réliqua.
ília venerábilis Bedæ
presbyteri.
erm. in Litan. minor.
uc. 11. *circa med.*
itis & non accípitis, eò
òd malè petátis, ut in
piſcéntis veſtris inſu-
Non prohibéntur cives
cœléſtis in terra pere-
tes, pro pace témpo-
ro ſalúte córporum, pro
te frugum, pro ſereni-
ırárum, pro céteris hu-
æ neceſſáriis Dóminum
; ſi tamen hæc non ní-
tántur, & ſi ob id ſolùm-
petántur, ut abundánte
in præſénti, libériùs
úra dona tendátur. Sed
int nonnúlli, qui tem-
m quiétem & proſpe
n à ſuo Creatóre requí-
non quidem ut eídem
óri devotióribus ánimis
nt, ſed ut abundántiùs
ſatiónibus & ebrietáti-
cent, & ſecúriùs ac
ùs concupiſcéntiis ſuis,
nis ſuæ ſérviant illéce-
mérito tales malè pé-
dicúntur. Verùm quia
hujúſmodi petitóres,
d malè petant, accípere
neréntur; ſtudeámus,
ſſimi, & bene pétere, &
ad obtinénda quæ péti-
xiſtere. Quod ita fit, ſi
uæ Deus juſſit, orándo
us, & quales ipſe nos
fieri dócuit, tales ad orándum
procédimus; & inténti in pré-
cibus, donec impetrémus, in-
ſíſtimus.

℟. Pétite, & dábitur vobis:
quærite, & inveniétis: * Pul-
ſáte, & aperiétur vobis; † Al-
lelúia, allelúia. *Luc.* 11. 9.
℣. Invocábitis & orábitis me,
& ego exaúdiam vos: quæré-
tis me, & inveniétis. *Jer.* 29.
12. 13. * Pulſáte. Glória.
† Allelúia.

*Reliqua ut in Feriis Tempo-
ris Paſchalis, præter ſequentia.*

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. *d.*
Quis ex vobis patrem petit pa-
nem, nunquid lápidem dabit
illi? Allelúia. *Luc.* 11. 11.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omní-
potens Deus, ut qui in
afflictióne noſtra de tua pietá-
te confídimus, contra advérſa
ómnia tuâ ſemper protectióne
muniámur; Per Dóminum.

*Hæc Oratio hodie dicitur,
etiam ad Tertiam, Sextam,
& Nonam.*

CANON

Ex Concílio Aurelianénſi
primo.

An. 511. *can.* 27.

ROgatiónes, id eſt, Litá-
nias, ante Aſcenſiónem
Dómini ab ómnibus Eccléſiis
plácuit celebrári; ita ut præ-
míſſum triduánum jejúnium,
in Domínicæ Aſcenſiónis feſti-
vitáte ſolvátur: per quod trí-
duum ſervi & ancíllæ ab omni
ópere relaxéntur, quò magis

plebs univérſa convéniat. Quo tríduo omnes abſtíneant, & Quadrageſimálibus cibis utántur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quantò magìs Pater veſter de cœlo dabit ſpíritum bonum peténtibus ſe; Allelúia. *Luc.* 11. 13.

Oratio, Deus, à quo, 349.

FERIA TERTIA
in Rogationibus.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feriæ III. in Pſalterio, 44.

De Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 8.

DEponéntes ígitur omnem malítiam, & omnem dolum, & ſimulatiónes, & invídias, & omnes detractiónes, ſicut modò géniti infántes, rationábile, ſine dolo lac concupíſcite; ut in eo creſcátis in ſalútem: ſi tamen guſtáſtis quóniam dulcis eſt Dóminus. Ad quem accedéntes, lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem eléctum, & honorificátum; & ipſi tanquam lápides vivi ſuperædificámini, domus ſpirituális, ſacerdótium ſanctum, offérre ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo per Jeſum Chriſtum. Prŏpter quod cóntinet Scriptúra: Ecce pono in Sion lápidem ſummum anguláremn, eléctum, pretióſum credíderit in eum, fundétur. Vobis ígit credéntibus; non cre autem lapis quem re runt ædificántes, h eſt in caput ánguli offenſiónis, & petra his qui offéndunt ve credunt in quo & pó

℟. Apóſtolis, 3c

Lectio ij. *v.* 11

CAríſſimi, óbſecr quam ádvenas & nos abſtinére vos à c deſidériis, quæ mílita sùs ánimam, conve veſtram inter gentes bonam; ut in eo, tréctant de vobis ta malefactóribus, ex b ribus vos conſiderán ficent Deum in die nis. Subjécti ígitur e ni humánæ creatúr Deum; ſive regi, q cellénti; ſive dúci quam ab eo miſſis ad malefactórum, lau bonórum; quia ſic tas Dei, ut bene obmutéſcere faciát déntium hóminum tiam: quaſi líberi, & velámen habéntes libertátem, ſed ſicut

℟. Virtúte mag

Léctio ſancti Evang dùm Matthæ

Lectio iij. *c.* 7.

IN illo témpore: discípulis ſuis

ur vobis ; quærite , & iiétis ; pulſáte , & aperiétobis : omnis enim qui , áccipit ; & qui quærit , iit ; & pulſánti aperiétur. liqua.

ımília venerábilis Bedæ preſbyteri.

Serm. in Litan. minor.

Luc. 11. *poſt init.*

Ecéſſe eſt , fratres mei , ut petámus ſéduli ſine :miſſióne , orémus & pronus ante Deum , plorécoram Dómino qui fecit : & ut nos exaudíri mereá- , videámus ſolíciti quálios vívere velit , quid nos re júſſerit , qui fecit nos. erámus Dóminum & conémur , quærámus fáciem ſemper , & ut hunc inıre ac vidére mereámur , ıdémus nos ab omni inıaménto carnis & ſpíri- , quia non niſi córpore o in die reſurrectiónis ad os ſublevári , non niſi ndo corde glóriam valés divínæ majeſtátis intuéri. ſémus infatigábili deſidério ıæ beatitúdinis aures pii uditóris , nec deficiámus ceptis , priúſquam , illo apeıte , de cárcere mortis hujus ndi éripi , ac portam memur cœléſtis pátriæ íngre- Nemo ſibi blandiátur de xcéntia. Nullus fidens ſuis ıus (quaſi qui misericórıſti júdicis *non égeat*) *à ibus ceſſet : quin pótiùs rs Verna.* étiam cùm ſe áliquid boni quis egíſſe cognóverit , quia quâ hoc diſtrictióne judicétur ignórat , tremens cum Prophéta clamet : [Ne intres in judícium cum ſervo tuo , quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens.]

℟. Omnis qui petit , áccipit ; & * Qui quærit , ínvenit ; & pulſánti aperiétur ; † Allelúia , allelúia. *Matt.* 7. 8. ℣. Cùm quæſiéritis me in toto corde veſtro , invéniar à vobis. *Jer.* 29. 13. 14. * Qui quærit. Glória. † Allelúia.

Ad Benedíctus , *Ant.* 3. *g.* Omnia quæcúnque vultis ut fáciant vobis hómines , & vos fácite illis. Hæc eſt enim lex , & Prophétæ ; Allel. *Matt.* 7. 12.

Oratio.

PArce , quæſumus , Dómine , parce pópulo tuo ; & nullis jam patiáris adverſitátibus fatigári , quos pretióſo Fílii tui ſánguine redemíſti ; Qui tecum vivit.

Et dicitur ad Horas diei.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénſi quinto.

An. 1579. *part.* 1. *tit.* 3.

PUblicæ ſupplicatiónis diébus , fidéles ſe vitæ diſciplínâ ſeverióri aſtríngant.

Ad Magníficat , *Ant.* 2. D.* Quàm angúſta porta , & arcta via eſt , quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt , qui invéniunt eam ; Allelúia. *Matt.* 7. 14.

Oratio , Deus , à quo , 349.

FERIA QUARTA
in Rogationibus.

VIGILIA ASCENSIONIS.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feria IV. in Pſalterio, 59.

De Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 2. 17. *ad* 21.

OMnes honoráte : fraternitátem dilígite : Deum timéte : regem honorificáte: Servi ſúbditi eſtóte in omni timóre dóminis, non tantùm bonis & modéſtis, ſed étiam dyſcolis. Hæc eſt enim grátia, ſi propter Dei conſciéntiam ſúſtinet quis triſtítias, pátiens injúſtè. Quæ enim eſt glória, ſi peccántes, & colaphizáti ſuffértis? Sed ſi benefaciéntes patiénter ſuſtinétis, hæc eſt grátia apud Deum : in hoc enim vocáti eſtis ; quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relínquens exémplum ut ſequámini veſtígia ejus.

℟. Certíſſimè ſciat, 307.

Lectio ij. *c.* 3. 13. *ad* 18.

ET quis eſt qui vobis nóceat, ſi boni æmulatóres fuéritis? Sed & ſi quid patímini propter juſtítiam, beáti: timórem autem eórum ne timuéritis, & non conturbémini. Dóminum autem Chriſtum ſanctificáte in córdibus veſtris, paráti ſemper ad ſatisfactiónem omni poſcénti vos ratiónem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe : ſed cum mo-
déſtia, & timóre, co
tiam habéntes bonam
eo, quòd détrahunt
confundántur, qui cal
tur veſtram bonam in
converſatiónem. Mé
enim benefaciéntes (
tas Dei velit) pati, q
lefaciéntes ; quia &
ſemel pro peccátis
mórtuus eſt, juſtus p
ſtis, ut nos offérrt
mortificátus quiden
vivificátus autem ſpi

℟. Quem vos, 3

Léctio ſancti Evangé
dùm Joánne

Lectio iij. *c.* 17. 1

IN illo témpore; S
Jeſus óculis in co
xit : Pater venit hor
ca Fílium tuum, ut F
clarificet te. Et rélic

Homília ſancti A
epíſcopi.

In Joan. Evang. T
§. 8.

CLarificátum à Pat
nonnúlli accípiu
quòd ei non pepérci
nobis ómnibus trád
Sed ſi paſſióne clari
citur, quantò magi
ctióne? Nam in paſ
gis ejus humílitas
ritas commendátur,
teſte, qui dicit : [H
ſemetípſum, factus
uſque ad mortem
autem crucis.] Deín
tur, & de ejus cla
jam dicit : [Propt

Ilum exaltávit, & do-
:i nomen, quod eſt ſu-
nne nomen; ut in nó-
Jeſu omne genu flectá-
:œléſtium, terréſtrium,
ernórum; & omnis lin-
:onfiteátur, quia Dómi-
'eſus Chriſtus in glória
ei patris.] Hæc eſt clari-
o Dómini noſtri Jeſu
ti, quæ ab ejus reſurre-
e ſumpſit exórdium.
Pater, ego te clarificávi
terram; opus conſum-
, quod dedíſti mihi ut
n:* Et nunc clarífica me
iter apud temetípſum,
ite quam hábui priúſ-
mundus eſſet apud te;
lúia, allel. *Joan.* 17.4.5.
lénde hódie quia tu es
Iſraël, & ego ſervus tuus,
ta præcéptum tuum feci
l. 3. *Reg.* 18. 36. * Et
Glória. † Allelúia.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Pater, non pro mundo rogo, ſed pro his quos dedíſti mihi, quia tui ſunt, & clarificátus ſum in eis; Allelúia. *Joan.* 17.9.10.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut quò ventúræ ſolemnitátis Autor ingréſſus eſt, ſemper noſtræ mentis dirigátur inténtio; & quò fide pérgimus, converſatióne perveniámus; Per eúndem Dóminum.

Et dicitur ad Horas diei.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *cap.* 8.

SEcúrior nulla via in Eccléſia Dei unquam exiſtimáta fuit ad amovéndam imminéntem à Dómino pœnam, quàm ut pœniténtiæ ópera hómines cum vero ánimi dolóre fréquéntent.

N ASCENSIONE DOMINI.

SOLEMNE.

RIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

phona 1. *toni. f. dupl.*

VEnit hora, ut clarificétur Fílius hóminis; Allelúia. *Joan.* 12.23.

. 7. a. *Deus clarificábit & contínuò clarificábit;* adhuc módicum vobíſcum ſum; Allelúia. *Joan.* 13.32.33.

Ant. 8. G. Exívi à Patre, & veni in mundum: íterum relínquo mundum, & vado ad Patrem; Allelúia. *Joan.* 16.28.

Ant. 3. a. Non turbétur cor veſtrum: vado paráre vobis

locum; Allelúia. *Joan.* 14.1.2.

Ant. 6. C. Sedéte in civitáte, quoadúſque induámini virtúte ex alto; Allel. *Luc.* 24.49.

Capitulum. *Act.* 3. 20.

PRædicátus eſt vobis Jeſus Chriſtus, quem opórtet quidem cœlum ſuſcípere, uſque in témpora reſtitutiónis ómnium, quæ locútus eſt Deus per os ſanctórum ſuórum à ſéculo Prophetárum.

℟. Expedit vobis ut ego vadam: ſi enim abíero, mittam Paraclétum ad vos.* Cùm vénerit ille Spíritus veritátis, ille me clarificábit; Allelúia, allel. *Joan.* 16.7.13.14. ℣. Cùm dédero ſpíritum meum in vobis, ſciétis quia ego Dóminus locútus ſum, & feci. *Ezech.* 37.14. *Cùm. Glória. *Repet.* ℟. Expedit.

Hymnus.

MUNDUS effúſis redémptus
Júbilet jam gaúdiis:
Ecce ſancta Chriſtus intrat
Póntifex & hóſtia;
Ut cruor quem ſponte fudit,
Flectat irátum Patrem.

INCLYTAM cœlo repórtans
Paſſiónis glóriam,
In throno ſedet patérno,
Nec precári désinit:
Ipſe noſtra ſanctus offert
Vota Patri Póntifex.

DUX ſuos præcédit, omnes
Ut ſequámur íncitat:
Ibimus nos deſtinátum
Quò ſuis parat locum:
Illa longo ſed labóre
Obtinénda glória.

SIT ſupréma laus Paréntí
Qui creávit ómnia,
Filióque qui redémit
Morte nos volens ſuâ,
Flaminíque cujus almo
Recreámur hálitu. Amen.

℣. Pſállite Deo qui aſcéndit ſuper cœlum cœli ℟. ad Oriéntem; Allelúia. *Pſ.* 67.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. *de* Attóllite portas príncipes véſtras, & elevámini portæ æternáles; & introíbit Rex glóriæ Allelúia. *Pſ.* 23. 7.

Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, Póntifex futurórum bonórum, qui penetráſti cœlos concéde, quæſumus, ut tenéntes ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem, ætérnæ redemptiónis efficiámur partícipes; Qui vivis & regnas.

AD COMPLETORIUM, *Antiphona ut in die, infrà,* 363

Orationes, Dómine, *ſupr.* *&* Véritas, *ſub una concluſion*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Allelúia, Jeſum eúntem in cœlum, *Veníte, adorémus; Allel. *Act.* 1.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Mundus effúſis *ut in primis Veſperis.*

Ant. 1. D. Poſt paſſiónem ſuam, &c. *duplicatur.*

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra!

iiam eleváta eſt ma-
itia tua * ſuper cœlos.
e infántium & lacténfecíſti laudem propter
s tuos, * ut déſtruas
n & ultórem.
uiam vidébo cœlos
pera digitórum tuólunam & ſtellas quæ
íſti.
eſt homo, quòd meejus? * aut fílius hóquóniam víſitas eum?
íſti eum paulò minùs
lis, * glóriâ & honóre
i eum, & conſtituíſti
per ópera mánuum

a ſubjecíſti ſub pédi-
, * oves & boves uni-
, ínſuper & pécora

cres cœli, * & piſces
ui perámbulant ſémi-
:.
ne Dóminus noſter,*
lmirábile eſt nomen
univérſa terra!
Poſt paſſiónem ſuam
quadragínta appárens
oóſtolis, præcépit ab
mis ne diſcéderent;
Act. 1. 3. 4.
:. a. Præcépit.
Pſalmus 10.
nino confído: * quódícitis ánimæ meæ:
ra in montem ſicut

m ecce peccatóres in-
t arcum, paravérunt
as in pháretra, * ut ſa-

gittent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecíſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo, * Dóminus in cœlo ſedes ejus:

Oculi ejus in paúperem reſpíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat juſtum, & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulfur, & ſpíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dóminus, & juſtítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

Ant. Præcépit expectárent promiſſiónem Patris, quam audíſtis, inquit, per os meum; Allelúia. *Act*. 1. 4.

Ant. 7. a. Edúxit eos.

Pſalmus 18.

COeli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum; * & ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo:

nium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetípſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multùm; * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? * ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint dominátí, tunc immaculátus ero, *

DIxit Jeſus
Accipiétis
ſuperveni
tûs-ſancti in vos,
teſtes in Jerúſalem
Judæa, & Samarí
ad últimum terræ.
dixíſſet, vidéntib
vátus eſt: & nu
eum ab óculis eó
que intueréntur
eúntem illum, e
aſtitérunt juxta i
bus albis, qui &
Viri Galilæi, qui
ciéntes in cœlum
qui aſſúmptus eſt
cœlum, ſic véni
modum vidíſtis
in cœlum.

℟. Vidéntibus
* Jeſus elevátus

introïſſent in cœná-
aſcendérunt ubi ma-
Petrus & Joánnes, Ja-
t Andréas, Philíppus
nas, Bartholomæus &
us, Jacóbus Alphæi
n Zelótes, & Judas
Hi omnes erant perſe-
s unanímiter in oratió-
mulíeribus, & María
eſu, & frátribus ejus.
eus Pater glóriæ con-
Chriſtum ad déxte-
m ſupra omnem prin-
, * Ipſum dedit caput
nnem Eccléſiam; Alle-
lelúia. *Epheſ.* 1. 20. 21.
Ecce cum núbibus cœli
Fílius hóminis venié-
Antíquus diérum de-
poteſtátem, & honó-
regnum. *Dan.* 7. 13.
ſum.
ſancti Evangélii ſecún-
dum Marcum.
iij. *c.* 16. 14. *ad fin.*
o témpore; Recum-
bus Undecim appá-
is; & exprobrávit in-
átem eórum & durí-
rdis; quia iis qui ví-
um reſurrexíſſe, non
unt. Et réliqua.
lia ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
55. *de Aſcenſ. Domini,*
.. *Aliàs Serm.* 6. *inter*
tos à Pariſienſibus.
nnitáte diéi hujus ad-
émus ſciéntes, inſtrúi-
gligéntes. Aſcénſum
in cœlum hódie ſo-lémniter celebrámus. Dóminus enim Salvátor noſter, póſito córpore, & recépto córpore, poſtéaquam reſurréxit à mórtuis exhíbuit ſe diſcípulis vivéntem, quem deſperáverant moriéntem. Paſtéaquam ſe réddidit óculis intuéndum, mánibus contrectándum, ædíficans fidem, exhibéndo veritátem; quóniam parum fuit humánæ fragilitáti & infírmæ trepidatióni tam magnum miráculum uno die exhibére, & inde ſubtráhere; converſátus eſt cum eis in terra, ſicut audívimus, cùm liber Actuum Apoſtolórum legerétur, converſátus eſt cum eis in terra quadragínta diébus, intrans & éxiens, mandúcans & bibens: ut exhibéret veritátem, non quòd habéret neceſſitátem. Ipſo ergo quadragéſimo die, quem hódie celebrámus, eis vidéntibus, & vidéndo deducéntibus, aſcéndit in cœlum. Tunc ergo poſtéaquam id quod vidébant aſcéndere mirabántur, ſurſum tamen ire gaudébant; cápitis enim præcéſſio, ſpes membrórum eſt.

℟. Aſcéndit Deus in júbilo: * Pſállite Deo noſtro, pſállite Regi noſtro; quóniam Rex omnis terræ Deus; Allelúia, allelúia. *Pſ.* 46. 6. 7. 8. ℣. Dóminus Jeſus aſſúmptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. *Marc.* 16. 19. * Pſállite. Glória. *Repetitur* ℟. Aſcéndit.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedíctus es Dómine, in throno regni tui; ℟. Et ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula; Alleluia. *Dan.* 3. 54.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 3. *toni.* a.

CHriſtus Póntifex futurórum bonórum, per próprium ſánguinem introívit ſemel in Sancta; Allelúia. *Hebr.* 9. 11. 12.

Ant. 4. E. Non in manufácta Sancta Jeſus introívit, exemplária verórum; ſed in ipſum cœlum, ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis; Allelúia. *Hebr.* 9. 24.

Ant. 2. D. Talis decébat ut nobis eſſet Póntifex, ſanctus, ínnocens, impollútus, ſegregátus à peccatóribus, & excélſior cœlis factus; Allelúia. *Hebr.* 7. 26.

Ant. 5. a. Habéntes.

Canticum. Dan 3. 52. *ad* 56.

BEnedíctus es Dn̄e Deus patrum noſtrórum; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula:

Et benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum; * & laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis.

Benedíctus es in templo ſancto glóriæ tuæ; * & ſuperlaudábilis, & ſuperglorióſus in ſécula.

Benedíctus es in throno regni tui; * & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſ

Benedíctus es, qui abyſſos, & ſedes ſuper bim; * & laudábilis, & exaltátus in ſécula.

Benedíctus es in firm to cœli; * & laudábi glorióſus in ſécula.

Et dicitur per totam vam, cùm ſit de Oct

Ant. Habéntes Sace magnum, accedámus ro corde in plenitúdin Allelúia. *Hebr.* 10. 19.

Ant. 8. c. Deus glóriam, ut fides ve ſpes eſſet in Deo; A 1. *Petr.* 1. 21.

Capitulum. *Hebr*

CUm ſit ſplendor & figúra ſubſtánt portánſque ómnia ve tútis ſuæ, purgatiónem tórum fáciens, ſedet teram Majeſtátis in ex

Hymnus. *Santo*

FElix dies mort
Quâ, per profúſ
guinem,
Homo Deus clauſas
Intrávit ætérnas dom

Nos membra, c
ſtrum caput,
Quò dux præívit, ib
Si jungat una mens ſi
Nos una junget glór

Discessit, & ſ
Præſénte ſemper Spíri
Miſcens ſuo ſe córpo
Omnes in artus influ

Nobis, olympo t
Qui, Chriſte, ſedes

:ules in pátriam
amóris néxibus.
uos amas, non déſeris,
ſalútis óbſidem
ab altis ſédibus,
›s adóptet, Spíritum.
victor in cœlum redis,
tibi ſit glória,
'atre cumque Spíritu,
›itérna ſécula. Amen.
Doxologia dicitur uſque
liam Pentecoſtes exclu-
ſine Hymnorum hujus
niſi propria aſſignetur.
›óminus in templo ſan-
, ℞. Dóminus in cœlo
ius; Allelúia. *Pſ.* 10. 5.
›ened. *Ant.* 3. E. *dupl.*
is Jeſus mórtuus eſt, &
kit, qui eſt ad déxteram
ii étiam interpéllat pro
Allelúia. *Rom.* 8. 34.

Oratio.

ıcéde, quæſumus, om-
›otens Deus, ut qui ho-
die Unigénitum tuum
ptórem noſtrum ad cœ-
:ndíſſe crédimus; ipſi
mente in cœléſtibus
ıus; Per eúndem Dó-
noſtrum.
ᴏRAS, *Pſalmi de Do-*

PRIMAM, *Ant.* Chri-
ntifex.
brevi, ℣. Qui victor
m redis.
mes, Concéde, *ſuprà*,
ıine ſancte, Pater om-
s, *ſub uno* Per Dó-

per Octavam.]

CANON.

Ex Conſtitutiónibus Apoſtolórum.

Lib. 5. *cap.* 18. *in fine.*

NUmerátis quadragínta diébus à primo Domínico die, celebráte diem feſtum Aſſumptiónis Dómini, quo die ... aſcéndit ad Deum, eundémque Patrem ſuum, à quo miſſus fúerat, ad cujus dézteram virtútis ſedet, ... quique in conſummatióne ſéculi véniet cum poteſtáte & glória multa ad judicándum vivos & mórtuos.

AD TERTIAM, *Ant.* Non in manufacta Sancta.

Capitulum. *Hebr.* 8. 1. 2.

TAlem habémus Pontíficem, qui conſédit in déxtera ſedis magnitúdinis in cœlis, Sanctórum miníſter; & Tabernáculi veri quod fixit Dóminus, & non homo.

℞. *breve*, Benedíctus es Dómine in templo ſancto glóriæ tuæ; *Allelúia, allelúia. ℞. Benedíctus es. ℣. Et ſuperlaudábilis, & ſupergloriósus in ſécula.*Allelúia. Glória. ℞. Benedíctus es. *Dan.* 3. 53.

℣. Benedícant nómini glóriæ tuæ excélſo ℞. In omni benedictióne & laude; Allelúia. 2. *Eſdr.* 9. 5.

AD SEXTAM, *Ant.* Talis decébat.

Capitulum. *Hebr.* 7. 24. 25.

SEmpitérnum habet ſacerdótium, unde & ſalváre in perpétuum poteſt accedéntes

per ſemetípſum ad Deum, ſemper vivens ad interpellándum pro nobis.

℟. *breve*, Aſcendíſti in altum, cepíſti captivitátem; * Allelúia, allelúia. ℟. Aſcendíſti. ℣. Accepíſti dona in homínibus. * Allelúia. Glória. ℟. Aſcendíſti. *Pſ.* 67. 19.

℣. Vidérunt ingréſſus tuos Deus, ℟. Ingréſſus Dei mei, Regis mei qui eſt in ſancto; Allelúia. *Pſ.* 67. 25.

AD NONAM, *Ant.* Deus.

Capitulum. *Hebr.* 2. 9.

EUm qui módicò quàm Angeli minorátus eſt, vidémus Jeſum propter paſſiónem mortis, glóriâ & honóre coronátum.

℟. *breve*, Minuíſti eum paulò minùs ab Angelis,* Allelúia, allelúia. ℟. Minuíſti eum. ℣. Glóriâ & honóre coronáſti eum.* Allelúia. Glória. ℟. Minuíſti eum. *Pſ.* 8. 6.

℣. Conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. ℟. Omnia ſubjecíſti ſub pédibus ejus; Allelúia. *Pſ.* 8. 7. 8.

AD VESPERAS.

Antiphona 7. *toni.* a.

NEmo aſcéndit in cœlum, niſi qui deſcéndit de cœlo, Filius hóminis qui eſt in cœlo; Allelúia. *Joan.* 3. 13.

Pſalmus, Dixit Dóminus, 22.

Ant. 5. a. Aſcéndens in altum, captívam duxit captivitátem; dedit dona homínibus; Allelúia. *Epheſ.* 4. 8.

Pſalmus, Confitébor, 22.

Ant. 3. g. Aſcéndi[t] omnes cœlos, ut impl[eret om]nia; Allelúia. *Epheſ.* .

Pſalmus, Beátus

Ant. 6. F. Initiá[vit] viam novam, & vivé[ntem per] velámen, id eſt, carn[em ſuam;] Allelúia. *Hebr.* 10. 2[0.]

Pſalmus, Laudát[e] 23.

Ant. 2. D. Habé[ntes fidu]ciam in intróitu S[anctorum] in ſánguine Chriſti, [tenea]mus ſpei noſtræ confeſſi[onem in]declinábilem; Allel[úia.] 10. 19. 23.

Pſalmus, Memér[to]

Capitulum. *Ephe[ſ.]*

DEus nos conſe[dere fecit] in cœléſtibus i[n Christo] Jeſu, ut oſténderet [in ſæculis] ſuperveniéntibus a[bundantes] divítias grátiæ ſuæ ir[n bonitate] ſuper nos in Chriſto

℟. Viri Galilæi, c[quid ſtatis] aſpiciéntes in cœlum[? Hic Je]ſus, qui aſſúmptus [eſt à vo]bis, * Sic véniet qu[emad]dum vidíſtis eum e[untem in] cœlum; Allelúia, all[elúia. Act.] 1. 11. ℣. Ad judíciu[m veniet] cum ſénibus pópuli [& cum] princípibus ejus. *Iſa[.]* * Sic véniet. Glória. ℟. Viri Galilæi.

Hymnus.

PROMISSA tell[ure] pe gaúdia;
Te fauſta cœlo conc[...]
Deus tuméntes p[...]
Sancta tuus Me[...]
trat.

[Q]ui Chriſte victor mortis & inferi,
[C]ruóre partam ſúſcipe glóriam,
Procéde, regna, ſume ſceptrum;
Subjícitur tibi totus orbis.

[Q]UID obſtupéntes ſuſpícitis polo
[V]os eúntem diſcípuli Deum?
Ut nunc redémptor ſcandit aſtra,
Sic véniet metuéndus ultor.

O CHRISTE, dextræ qui Patris áſſides,
Fac nos triúmphi partícipes tui:
Certámen urget, militémus,
Et, duce te, ſuperémus hoſtem.

LAUS ſumma Patri, qui Génitum polo
Pacis perénnis ſúſcipit óbſidem;
Laus qui triúmphat ſumma Nato;
Par tibi laus utriúſque Nexus. Amen.

℣. Excélſus ſuper omnes [g]entes Dóminus, ℟. Et ſuper cœlos glória ejus; Allelúia. *Pſ.* 112. 4.

Ad Magníf. *Ant.* 6. *C. dupl.* Habéntes Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos, Jeſum filium Dei; adeámus cum fidúcia ad thronum grátiæ, ut miſericórdiam conſequámur; Allel. *Hebr.* 4. 14. 16.

Oratio, Concéde, ſuprà in Laudibus.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. f. Non relínquam vos órphanos: véniam ad vos; Allelúia. *Joan.* 14. 18.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Accípiam vos ad meípſum, ut ubi ſum ego & vos ſitis; Allelúia. *Joan.* 14. 3.

Orationes, Concéde, *&* Véritas, *ſub uno* Per Dóminum.

[*Et ſic per Octavam.*]

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Aſcenſionis.

¶ *De Feſto Duplici occurrente vel transſlato fiet Officium cum Commemoratione Octavæ in utriſque Veſperis & Laudibus. De Semiduplici verò & Simplici Feſto occurrente fiet tantùm Commemoratio in Veſperis & Laudibus.*]

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur. Nihil duplic.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi tres infrà notati in qualibet Feria.

Ant. ſola 7. d. Jeſus ferebátur in cœlum: & Apóſtoli adorántes, regréſſi ſunt in Jeruſalem cum gaúdio magno; Allelúia. *Luc.* 24. 51. 52.

℣. Aſcéndit ſuper Chérubim, & volávit: ℟. Volávit ſuper pennas ventórum; Allelúia. *Pſ.* 17. 11.

Lectiones, & ℟.℟.℟. *ut infrà in qualibet Feria.*

AD LAUDES
MATUTINAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 8. c. Cùm i[...]

Reliqua ut in die.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. â. Erant ſemper in templo, laudántes & benedicéntes Deum; Allelúia. *Luc.* 24. 53.

Non dicitur Reſponſorium.

FERIA SEXTA
intrà Octavam Aſcenſionis.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Feriæ VI. in Pſalterio, 92.

De Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 4. 7. *ad* 11.

ESTóte prudéntes, & vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobiſmetípſis caritátem contínuam habéntes; quia cáritas óperit multitúdinem

Epheſ. 4. 9. 10. ℣
gigas ad curréni
ſummo cœlo egr
occúrſus ejus uſ
mum ejus. *Pſ.* 18
deſcéndit.

Lectio ij.

CAríſſimi, n
nári in fervó
tatiónem vobis ſ
áliquid vobis co
communicántes
ſiónibus gaudéte
velatióne glóriæ e
exultántes. Si exp
nómine Chriſti,
quóniam quod
glóriæ, & virtútis
eſt ejus Spíritus
requiéſcit. Nemo
ſtrûm patiátur u
aut fur, aut ma

óri comméndent
in benefáctis.
ıterióra veláminis
Pro nobis introí-
Póntifex factus in
Allelúia, allelúia.
o.℣.Póntifex ultra
bit in Sancta; ut
ıivérſo cœtu Iſraël.
.17.* Pro nobis.
ne ſancti Leónis
papæ.
Aſcenſ. Domini,
. 4. *in fine.*
ectio iij.
ıriſti Aſcénſio, no-
ıvéctio eſt, & quò
ria cápitis, eò ſpes
córporis: dignis,
exultémus gaúdiis,
írum actióne læté-
enim non ſolùm
ſſeſſóres firmáti ſu-
étiam cœlórum in
ṡrna penetrávimus,
dépti per ineffábi-
i grátiam, quàm
amiſerámus inví-
ı quos viruléntus
imi habitáculi feli-
cit, eos ſibi con-
Dei Fílius ad déx-
Patris collocávit.
ı pro peccátis óffe-
ıóſtiam,* In ſempi-
et in déxtera Dei;
lleluia.*Hebr.*10.12.
t glóriam, & ſedé-
ınábitur ſuper ſólio
.13.* In ſempitér-
a. † Allelúia.
℣.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *cap.* 1. *de inſtitut. ſacram. extremæ Unctionis.*

INſtitúta eſt ſacra Unctio infirmórum, tanquam verè & própriè ſacraméntum novi Teſtaménti, à Chriſto Dómino noſtro; apud Marcum quidem inſinuátum, per Jacóbum autem apóſtolum ac Dómini fratrem fidélibus commendátum, ac promulgátum.

SABBATO

intrà Octavam Aſcenſionis.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro II. Nocturno Sabbati, in Pſalterio, 109.

De Epíſtola prima beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 5. 1. *ad* 5.

SEnióres ergo, qui in vobis ſunt, óbſecro, conſénior & teſtis Chriſti paſſiónum: qui & ejus, quæ in futúro reveľánda eſt, glóriæ communicátor: Páſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providéntes non coáctè, ſed ſpontáneè ſecúndùm Deum: neque turpis lucri grátiâ, ſed voluntárie: neque ut dominántes in cleris, ſed forma facti gregis ex ánimo. Et cùm apparúerit Princeps paſtórum, percipiétis immarceſcíbilem glóriæ corónam. Símiliter adoleſcéntes ſúbditi eſtóte ſenióribus. Omnes autem ínvicem humi[illegible] inſinuáte, quia D[illegible]

reſíſtit, humílibus autem dat grátiam.

℟. Autor fidei & conſummátor Jeſus, propóſito ſibi gaúdio ſuſtínuit crucem, confuſióne contémptâ; atque * In déxtera ſedis Dei ſedet; Allelúia, allelúia. *Hebr.* 12. 2. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo; Sede à dextris meis. *Pſ.* 109. 1. * In déxtera.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 11.

HUmiliámini ígitur ſub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore viſitatiónis: omnem ſolicitúdinem veſtram projiciéntes in eum, quóniam ipſi cura eſt de vobis. Sóbrii eſtóte, & vigiláte; quia adverſárius veſter diábolus tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret: cui reſíſtite fortes in fide: ſciéntes eándem paſſiónem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam ſuam glóriam in Chriſto Jeſu, módicum paſſos ipſe perfíciet, confirmábit, ſolidabítque. Ipſi glória, & impérium in ſécula ſeculórum: Amen.

℟. Deus exaltávit illum, ut omnis lingua confiteátur * Quia Dóminus Jeſus in glória eſt Dei Patris; Allelúia, allelúia. *Philipp.* 2. 9. 11. ℣. Cantent quóniam magna eſt glória Dómini; quóniam excélſus Dóminus. *Pſ.* 137. 5. 6. * Quia.

Sermo ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 263. *de Aſcenſ. Domini*, 3. §. 1. *Aliàs Serm.* 174. *de Tempore, & 90. de Diverſis.*

Lectio iij.

GLorificátio Dómini noſtri Jeſu Chriſti reſurgéndo & aſcendéndo compléta eſt. Reſurrectiónem ipſius Paſchæ Domínico celebrávimus: Aſcenſiónem hodie celebrámus. Feſtus nobis dies utérque. Ideo enim reſurréxit, ut nobis exémplum reſurrectiónis oſténderet: & ídeo aſcéndit, ut nos déſuper protégeret. Habémus ergo Dóminum & Salvatórem noſtrum Jeſum Chriſtum priùs pendéntem in ligno, nunc ſedéntem in cælo. Prétium noſtrum dedit, cùm penderet in ligno: cólligit quod emit, cùm ſedet in cælo. Cùm enim omnes collégerit, quos útique per témpora cólliget, in fine témporis véniet; & quómodo ſcriptum eſt: [Deus maniféſtus véniet;] non quemádmodum primitus venit occúltus, ſed ſicut dictum eſt, maniféſtus. Occúltum enim oportébat eum veníre, ut judicarétur: maniféſtus autem véniet, ut júdicet.

℟. Ipſe eſt ante omnes, & ómnia in ipſo conſtant: & * Ipſe eſt caput córporis Eccléſiæ, primogénitus ex mórtuis; ut ſit in ómnibus ipſe primátum tenens; † Alle-

a. *Coloſſ.* 1. 17. 18.
t Dóminus in mon-
t hoc nunc & uſque
.. *Mich.* 4. 7.* Ipſe
. † Allelúia.
m.
I N O N.
cílio Tridentíno.
ı. 2. *de ſacramento*
ma Unctionis.
líxerit, ſacram in-
m Unctiónem non
rátiam, nec remít-
ta, nec alleviáre
ſed jam ceſſáſſe,
tantùm fúerit grá-
ſnum; anáthema

E S P E R A S.
ant ſemper in tem-
.
n. *Coloſſ.* 3. 1. 2. 3.
urſum ſunt quærite,
hriſtus eſt in dèxte-
lens: quæ ſurſum
:, non quæ ſuper
órtui enim eſtis, &
eſt abſcóndita cum
Deo.
, Promíſſa tellus,
ixcélſus, 363.
gníficat, *Ant.* 8. G.*
erit Spíritus veritá-
quétur à ſemetípſo;
) accípiet, & annun-
is; Allelúia. *Joan.*
4.
Omnípotens, *infrà*
.
mpletorium, *Anti-*
• *Orationes de die*
;

D O M I N I C A
intrà Octavam Aſcenſionis.

Omnia ut in die Aſcenſionis, præter ea quæ hic ſunt propria. Nihil duplicatur.

AD OFFICIUM
NOCTURNUM.

Pſalmi ex III. Nocturno Dominicæ, in Pſalterio, 6.

Incipit Epíſtola ſecúnda beáti
Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 4.

SImon Petrus, ſervus & Apóſtolus Jeſu Chriſti, iis qui coæquálem nobíſcum ſortíti ſunt fidem in juſtítia Dei noſtri, & Salvatóris Jeſu Chriſti. Grátia vobis & pax adimpleátur in cognitióne Dei, & Chriſti Jeſu Dómini noſtri: quómodo ómnia nobis divínæ virtútis ſuæ quæ ad vitam & pietátem donáta ſunt, per cognitiónem ejus, qui vocávit nos própriâ glóriâ, & virtúte, per quem máxima, & pretióſa nobis promíſſa donávit; ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ: fugiéntes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcéntiæ corruptiónem.

℟. Vidéntibus, 358.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 11.

VOs autem curam omnem ſubinferéntes, miniſtráte in fide veſtra virtútem, in virtúte autem ſciéntiam, in ſciéntia autem abſtinéntiam, in abſtinéntia autem patiéntiam, in patiénti[illegible] tátem, in pietát[illegible]

rem fraternitátis, in amóre autem fraternitátis caritátem. Hæc enim ſi vobíſcum adſint, & ſúperent, non vácuos, nec ſine fructu vos conſtítuent in Dómini noſtri Jeſu Chriſti cognitióne. Cui enim non præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliviónem accípiens purgatiónis véterum ſuórum delictórum. Quaprópter, fratres, magìs ſatágite ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem & electiónem faciátis; hæc enim faciéntes non peccábitis aliquándo. Sic enim abundánter miniſtrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini noſtri, & Salvatóris Jeſu Chriſti.

℟. Deus Pater, 359.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij.

*c.*15.26. *ad fin.* & *c.*16.1. *ad* 4.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cùm vénerit Paraclétus, quem ego mittam vobis à Patre, Spíritum veritátis, qui à Patre procédit, ille teſtimónium perhibébit de me. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 92. §. 1. 2.

CUm vénerit Paraclétus, ille teſtimónium perhibébit de me,] tanquam díceret: Odio me habuérunt, & occidérunt vidéntes: ſed tale de me Paraclétus teſtimónium perhibébit, ut eos fáciat in me crédere non vidéntes. [Et vos (inquit) teſtimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum eſtis.] Perhibébit Spíritus-ſanctus, perhibébitis & vos. Quia enim ab inítio mecum eſtis, potéſtis prædicáre quod noſtis: quod ut modò non faciátis, illíus Spíritûs plenitúdo nondum adeſt vobis. [Ille ergo teſtimónium perhibébit de me, & vos perhibébitis:] dabit enim vobis fidúciam teſtimónium perhibéndi cáritas Dei diffúſa in córdibus veſtris, per Spíritum-ſanctum qui dábitur vobis.

℟. Cùm vénerit Paraclétus qui à Patre procédit, ille teſtimónium perhibébit de me: * Et vos teſtimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum eſtis; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 15. 26. 27. ℣. Ego ſum Dóminus, & non eſt abſque me ſalvátor: ego ſalvávi; vos teſtes mei, & ego Deus. *Iſai.* 43. 11. 12. * Et vos. Glória. † Allelúia. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis, Pſalmi, Canticum, & Antiphona, ut in die Aſcenſionis.*

*Capitulum. Epheſ.*1.22.23.

OMnia ſubjécit Deus ſub pédibus ejus; & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccléſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitúdo ejus, qui ómnia in ómnibus adimplétur.

Hymnus,

ymnus, Felix dies, 360.
Dóminus, 361.
Ad Benedíctus, *Ant.* 3. *a.*
mittam vobis à Patre Spí-
m veritátis; Allelúia. *Joan.*
16.

Oratio.

Mnípotens Deus, qui ad
ætérnam vitam in Chri-
reſurrectióne nos reparáſti;
e nos ad conſedéntem in
era tua noſtræ ſalútis Au-
m; ut qui propter nos
cándus advénit, pro no-
udicatúrus advéniat Jeſus
iſtus fílius tuus Dóminus
er; Qui tecum vivit &
at in unitáte.

D HORAS, *omnia in die*
nſionis.

atio, Omnípotens Deus,
à.

D PRIMAM, *duæ Oratio-*
ut in die Aſcenſionis.

C A N O N.

x Concílio Tridentíno.
24. *cap.* 1. *de reform.*
Matrimonii.

Præcipit ſancta Synódus ut
n póſterum, ántequam ma-
ónium contrahátur, ter à
rio contrahéntium Páro-
tribus contínuis diébus
vis, in Eccléſia inter Miſ-
m ſolémnia, públicè de-
tiétur inter quos matri-
ium ſit contrahéndum:
ius denuntiatiónibus factis,
illum legítimum apponá-
impediméntum, ad cele-
iónem *matrimónii in fácie*
éſiæ procedátur.

ers Verna.

A D V E S P E R A S.

Antiphona de die Aſcenſionis.
Pſalmi de Dominica.

Capitulum. 1. *Petr.* 3. 22.

JEſus Chriſtus eſt in déxtera Dei, deglútiens mortem, ut vitæ ætérnæ herédes efficerémur: proféctus in cœlum, ſubjéctis ſibi Angelis, & poteſtátibus, & virtútibus.

Hymnus, Promíſſa tellus, 362. ℣. Excélſus, 363.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Hæc locútus ſum vobis; ut cùm vénerit hora eórum, reminiſcámini quia ego dixi vobis; Allelúia. *Joan.* 16. 4.

Oratio de Laudibus.

Ad Completorium, omnia de die Aſcenſionis.

FERIA SECUNDA
intrà Octavam Aſcenſionis.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi notati pro III. Nocturno Feriæ II. in Pſalterio, 28.

De Epíſtola ſecúnda beáti Petri apóſtoli.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 7.

HAnc ecce vobis caríſſimi, ſecúndam ſcribo Epíſtolam, in quibus veſtram éxcito in commonitióne ſincéram mentem: ut mémores ſitis eórum, quæ prædíxi, verbórum à ſanctis Prophétis, & Apoſtolórum veſtrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris. Hoc primùm ſciéntes, quòd vénient in noviſſimis diébus in deceptióne illuſóres, juxta próprias concupiſcéntias ambulántes,

dicéntes : Ubi eſt promíſſio, aut advéntus ejus ? ex quo enim patres dormiérunt, ómnia ſic perſevérant ab inítio creatúræ. Latet enim eos hoc voléntes, quòd cœli erant priùs, & terra, de aqua & per aquam consíſtens Dei verbo : per quæ, ille tunc mundus aquâ inundátus périit. Cœli autem qui nunc ſunt, & terra, eódem verbo repóſiti ſunt, igni reſerváti in diem judícii, & perditiónis impiórum hóminum.

℟. Quòd Chriſtus, 364.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 15.

UNum verò hoc non láteat vos caríſſimi, quia unus dies apud Dóminum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. Non tardat Dóminus promiſſiónem ſuam, ſicut quidam exíſtimant ; ſed patiénter agit propter vos, nolens áliquos períre, ſed omnes ad pœniténtiam revérti. Advéniet autem dies Dómini ut fur, in quo cœli magno ímpetu tránſient, eleménta verò calóre ſolvéntur, terra autem & quæ in ipſa ſunt ópera, exuréntur. Cùm ígitur hæc ómnia diſſolvénda ſint, quales opórtet vos eſſe in ſanctis converſatiónibus & pietátibus, expectántes & properántes in advéntum diéi Dómini, per quem cœli ardéntes ſolvéntur, & eleménta ignis ardóre tabéſcent. Novos verò cœlos, & novam terram ſecúndùm promíſſa ipsíus expectámus, in quibus juſtítia hábitat. Propter quod caríſſimi, hæc expectántes, ſatágite immaculáti & invioláti ei inveníri in pace : & Dómini noſtri longanimitátem, ſalútem arbitrémini : ſicut & caríſſimus frater noſter Paulus ſecúndùm datam ſibi ſapiéntiam ſcripſit vobis.

℟. Ad interióra, 365.

De Sermóne ſancti Leónis papæ.

Serm. 2. *de Aſcenſ. Domini, cap.* 2. 3.

Lectio iij.

QUod Redemptóris noſtri conſpícuum fuit, in ſacraménta transívit : & ut fides excelléntior eſſet ac fírmior, viſióni doctrína ſuccéſſit, cujus autoritátem ſupérnis illumináta rádiis, credéntium corda ſequeréntur. Hanc fidem Aſcenſióne Dómini auctam, & Spíritûs-ſancti múnere roborátam non víncula, non cárceres, non exília, non fames, non ignis, non laniátus ferárum, nec exquiſíta perſequéntium crudelitátibus ſupplícia terruérunt. Pro hac fide per univérſum mundum non ſolùm viri, ſed étiam féminæ; nec tantùm impúbes púeri, ſed étiam téneræ vírgines uſque ad effuſiónem ſui ſánguinis decertárunt. Hæc fides dæmónia ejécit, ægritúdines dépulit, mórtuos ſuſcitávit. Unde & ipſi beáti Apóſtoli,

ulis confirmáti,
s erudíti, atro-
ı Domínicæ paſ-
:ant, & veritá-
iónis ejus non
ıe ſuſcéperant,
enſióne Dómini
ut quidquid illis
t metum, ver-
ıúdium. Totam
platiónem ánimi
ad Patris déxte-
tis eréxerant.
o peccátis, 365.

N O N.
o Tridentíno.
. I. de reform.
·imonii.
: quàm præſénte
, vel álio Sacer-
Párochi ſeu Or-
a, & duóbus vel
s matrimónium
:tentábunt; eos
ıs ad ſic contra-
níno inhábiles
ıjúſmodi contrá-
: nullos eſſe de-
eos præſénti de-
acit & ánnulat.

TERTIA
ım Aſcenſionis.
ı Nocturnum.
i pro III. Nocturn
n Pſalterio, 45.
:ola prima beáti
s apóſtoli.
c. I. I. ad 5.
fuit ab inítio,
audívimus, quod
ıs óculis no-
ſtris, quod perſpéximus, & manus noſtræ contrectavérunt de verbo vitæ; & vita maniſeſtáta eſt, & vídimus, & teſtámur, & annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis: quod vídimus & audívimus, annuntiámus vobis, ut & vos ſocietátem habeátis nobíſcum, & ſocíetas noſtra ſit cum Patre, & cum Fílio ejus Jeſu Chriſto. Et hæc ſcríbimus vobis ut gaudeátis, & gaúdium veſtrum ſit plenum. Et hæc eſt annuntiátio quam audívimus ab eo, & annuntiámus vobis: Quóniam Deus lux eſt, & ténebræ in eo non ſunt ullæ.

℟. Autor fidei, 366.

Lectio ij. *v. 6. ad fin.*

SI dixérimus quóniam ſocietátem habémus cum eo, & in ténebris ambulámus, mentímur, & veritátem non fácimus. Si autem in luce ambulámus, ſicut & ipſe eſt in luce; ſocietátem habémus ad ínvicem, & ſanguis Jeſu Chriſti fílii ejus, emúndat nos ab omni peccáto. Si dixérimus quóniam peccátum non habémus, ipſi nos ſedúcimus, & véritas in nobis non eſt. Si confiteámur peccáta noſtra; fidélis eſt & juſtus, ut remíttat nobis peccáta noſtra, & emúndet nos ab omni iniquitáte. Si dixérimus quóniam non peccávimus; mendácem fácimus eum, & verbum ejus non eſt in nobis.

docet vos de ómnibus, & verum eſt, & non eſt mendácium. Et ſicut dócuit vos, manéte in eo. Et nunc, filíoli, manéte in eo; ut cùm apparúerit, habeámus fidúciam, & non confundámur ab eo in advéntu ejus. Si ſcitis quóniam juſtus eſt, ſcitóte quóniam & omnis qui facit juſtítiam, ex ipſo natus eſt. Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominémur & ſimus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Cariſſimi, nunc filii Dei ſumus; & nondum appáruit quid érimus. Scimus quóniam cùm apparúerit, ſímiles ei érimus; quóniam vidébimus eum ſícuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctíficat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

℟. Autor fídei & conſummátor Jeſus, propóſito ſibi gaúdio ſuſtínuit crucem, confuſióne contémptâ; atque * In déxtera ſedis Dei ſedet; Allelúia, allelúia. *Hebr.* 12. 2. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo; Sede à dextris meis. *Pſ.* 109. 1. * In déxtera.

Lectio ij. *c.* 3. 4. *ad* 11.

OMnis qui facit peccátum, & iniquitátem facit: & peccátum eſt iníquitas. Et ſcitis quia ille appáruit ut peccáta noſtra tólleret; & peccátum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat; & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognóvit eum. Filíoli, nemo vos ſedúcat. Qui facit juſtítiam, juſtus eſt; ſicut & ille juſtus eſt. Qui facit peccátum, ex diábolo eſt; quóniam ab inítio diábolus peccat. In hoc appáruit Fílius Dei, ut diſſólvat ópera diáboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccátum non facit; quóniam ſemen ipſíus in eo manet, & non poteſt peccáre, quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diáboli: omnis qui non eſt juſtus, non eſt ex Deo, & qui non díligit fratrem ſuum; quóniam hæc eſt annuntiátio quam audíſtis ab inítio ut diligátis altérutrum.

℟. Deus exaltávit illum, ut omnis lingua confiteátur * Quia Dóminus Jeſus in glória eſt Dei Patris; Allelúia, allelúia. *Philipp.* 2. 9. 11. ℣. Cantent quóniam magna eſt glória Dómini; quóniam excélſus Dóminus. *Pſ.* 137. 5. 6. * Quia.

Ex Commentário ſancti Joánnis Chryſóſtomi, in Acta Apoſtolórum.

Homil. 1. *circa medium.*

Lectio iij.

QUare Spíritus-ſanctus non advénit cùm adhuc adéſſet Dóminus, aut mox ab illíus diſcéſſu; ſed ipſe quidem ábiit die quadragéſimo, Spíritus autem advénit cùm complerétur dies quinquagéſimus? At ſi nondum advénerat, quo

bat quod dixerat :[Accí-
ıiritum-ſanctum ?] Ni-
ut eos capáces rédde-
lóneos accipiéndo Spi-
tenim ſi Dániël Ange-
írus, ſemótus eſt; mul-
ìs hos decébat ſecé-
tanquam Dei donum
iros. Licétne eo modo
nem ſólvere , an ſic
ccipiéndum eſt, quòd
ıod futúrum erat, pe-
uaſi jam factum eſſet,
tus ; velut cùm ait :
ſerpéntes & ſcorpió-
omnem virtútem ini-
Cur ígitur non tum
s advénit Spíritus ?
bat illos deſidério pro-
ıéri , atque ita do-
ıípere. Ideóque, cùm
réſſus eſſet, tum ad-
íritus. Qui ſi veníſſet
ènte , non habuíſſet
ı ardens expectátio.
ſe eſt ante omnes, &
in ipſo conſtant : &
ſt caput córporis Ec-
primogénitus ex mór-
: ſit in ómnibus ipſe
n tenens ; † Alle-
lelúia. *Coloſſ.* 1. 17.
.egnábit Dóminus in
Sion , ex hoc nunc
in ætérnum. *Mich.*
ſe eſt. Glória. † Al-

icitur Te Deum.
.UDES MATUTINAS.
rdotalis, Benedíctus
ne, in throno regni
ſuperlaudábilis, &

ſuperexaltátus in ſécula ; Allelúia. *Dan.* 3. 54.

Pſalmi & Canticum de Feria ſub ſola Ant. 8. c. Cùm introíſſent in cœnáculum, aſcendérunt ubi manébant (Apóſtoli.) Hi omnes erant perſeverántes unanímiter in oratióne cum muliéribus, & María matre Jeſu, & frátribus ejus ; Allelúia. *Act.* 1. 13. 14.

Reliqua ut in Dominica præcedenti, præter Orationem quæ dicitur ut infrà.

Oratio.

Deus, cujus Fílius in alta cœlórum poténter aſcéndens, captivitátem noſtram ſuâ duxit virtúte captívam ; tribue, quæſumus, ut dona quæ ſuis partícipibus cóntulit, largiátur & nobis Jeſus Chriſtus Dóminus noſter ; Qui tecum vivit & regnat Deus per ómnia ſécula ſeculórum.

Nulla Commemoratio niſi quæ occurrat in Calendario.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria. Reliqua ut in die Aſcenſionis, cum Oratione Dominicæ intrà Octavam*, Omnípotens.

AD PRIMAM, *Preces dicuntur ut in Feriis*, 129.

CANON.

Ex Concílio Agathénſi.

An. 506. *can.* 39.

PReſbyteri, Diácones, Subdiácones, vel deínceps, quibus uxóres ducéndi licéntia non eſt, étiam alienárum nuptiárum evítent convívia. Nec his cœtibus admiſceántur,

amatória cantántur & túrpia, aut obſcœni motus córporum choris & ſaltátibus efferúntur.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria ſub ſola Ant. 1. â. Erant ſemper in templo, laudántes & benedicéntes Deum; Allelúia. *Luc.* 24. 53.

Cetera ut in Dominica intrà Octavam Aſcenſionis, præter Orationem quæ dicitur ut ſuprà in Laudibus.

COMPLETORIUM, *ut in die Aſcenſionis*, 363.

Sed Preces dicuntur integrè cum ſola Oratione Véritas.

SABBATO

in Vigilia Pentecoſtes.

¶ *Ab hac Vigilia incluſivè ad Feſtum SS. Trinitatis etiam incluſivè non fit Officium de ullo Feſto; ſed quodlibet occurrens transfertur poſt idem Feſtum SS. Trinitatis, exceptis Semiduplici & Simplici de quibus fit Commem. in Laudibus Matutinis hujus Vigiliæ tantùm, & in Laud. ac Veſp. proximæ Feriæ IV. & ſequentium dierum.*

AD OFFICIUM

NOCTURNUM.

Invitatorium, Sedéntem ad déxteram majeſtátis Dei Jeſum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Hebr.* 1. 3.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

O CHRISTE, qui noſter poli
Præcúrſor intras Régiam,
Quos hìc jacéntes réſpicis
Surſum voca, ſurſum trahe.

AD illa fac nos cúrrere
Amóre caſto gaúdia,
Terréna quæ mens non capit;
Quæ ſola pérſpicit fides.

IBI labórum præmium
Das ipſe te tuis Deus;
Et ut beátos éxpleas,
In ómnibus ſis ómnia.

ET nos voluptátis tuæ
Inebriábis flúmine:
Bonis abúndans ómnibus,
Ingens eris merces Deus.

QUI Patris ad dextram ſedes,
Jeſu tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Pſalmi notati pro III. Nocturno Sabbati, in Pſalterio, III. *ſub ſola Ant.* 7. d. Clamábat Jeſus: Qui credit in me, flúmina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spíritu quem accepturi erant credéntes in eum; Allelúia. *Joan.* 7. 37. 38. 39.

℣. Qui invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit: ℟. Quia in monte Sion, & in Jeruſalem erit ſalvátio; Allelúia. *Joel* 2. 32.

De Epíſtola prima beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 3. 13. *ad* 16.

NOlíte mirári fratres ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quóniam tranſláti ſumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum, homicída eſt. Et ſcitis quóniam omnis ho

ion habet vitam ætér-
ſemetípſo manéntem.
:ognóvimus caritátem
uóniam ille ánimam
ro nobis póſuit ; &
bémus pro frátribus
pónere.
ffúndam aquas ſuper
n , & fluénta ſuper
: effúndam Spíritum
* Et germinábunt quaſi
uxta præterfluéntes a-
llelúia , allelúia. *Iſai.*
. ℣. Fiet fons aquæ
in vitam ætérnam.
. 14.* Et germinábunt.
ij. *v.* 17. *ad fin.*
habúerit ſubſtántiam
jus mundi , & víderit
ſuum neceſſitátem ha-
z claúſerit víſcera ſua
quómodo cáritas Dei
n eo ? Filíoli mei , non
us verbo , neque lin-
d ópere & veritáte. In
nóſcimus quóniam ex
ſumus ; & in conſpéctu
idébimus corda noſtra.
m ſi reprehénderit nos
trum ; major eſt Deus
noſtro , & novit óm-
ariſſimi , ſi cor no-
on reprehénderit nos ,
n habémus ad Deum :
quid petiérimus , ac-
is ab eo ; quóniam
a ejus cuſtodímus , &
ſunt plácita coram eo
s. Et hoc eſt mandá-
jus , ut credámus in
filii ejus Jeſu Chri-
ligámus altérutrum ,

ſicut dedit mandátum nobis. Et qui ſervat mandáta ejus , in illo manet , & ipſe in eo : & in hoc ſcimus quóniam manet in nobis de Spíritu , quem dedit nobis.

℟. Cùm vénerit Spíritus veritátis , * Docébit vos omnem veritátem ; & quæ ventúra ſunt annuntiábit vobis ; Allelúia , allelúia. *Joan.* 16. 13. ℣. Ténebræ & palpátio in ætérnum , donec effundátur Spíritus de excélſo. *Iſai.* 32. 14. 15.* Docébit.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 14. 15. *ad* 21.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis : Si diligitis me , mandáta mea ſerváte. Et ego rogábo Patrem , & álium Paraclétum dabit vobis. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

In Joan Evang. Tract. 74. §. 4.

QUod ait : [Rogábo Patrem , & álium Paraclétum dabit vobis ,] oſténdit & ſeípſum eſſe paraclétum : Paraclétus enim Latínè dícitur advocátus : & dictum eſt de Chriſto : [Advocátum habémus ad Patrem Jeſum Chriſtum juſtum.] Sic autem mundum dixit non poſſe accípere Spíritum-ſanctum , ſicut étiam dictum eſt : [Prudéntia carnis inimíca eſt in Deum , legi enim Dei non eſt ſubjécta , nec enim poteſt :] velut ſi

dicámus : Injuſtítia juſta eſſe non poteſt. Mundum quippe ait hoc loco, mundi ſigníficans dilectóres, quæ diléctio non eſt à Patre. Et ídeo dilectióni hujus mundi, de qua ſatìs ágimus, ut minuátur & conſumátur in nobis, contrária eſt diléctio Dei, quæ diffúnditur in córdibus noſtris per Spíritum-ſanctum, qui datus eſt nobis. [Mundus ergo eum accípere non poteſt, quia non videt eum, neque ſcit eum.]

℟. Si dilígitis me, mandáta mea ſerváte ; & ego rogábo Patrem, & álium * Paraclétum dabit vobis, ut máneat vobíſcum in ætérnum ; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 14. 15. 16. ℣. Hæc dicit Dóminus Deus : Non abſcóndam ultrà fáciem meam ab eis, eò quòd effúderim Spíritum meum ſuper domum Iſraël. *Ezech.* 39. 25. 29.* Paraclétum. Glória. † Allelúia.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis. ℟. Date glóriam Deo ; Allelúia. *Pſ.* 67. 34. 35.

Pſalmi & Canticum de Feria. Ant. ſola 7. a. Creábit Dóminus ſuper omnem locum montis Sion, nubem per diem, & fumum & ſplendórem ignis flammántis in nocte ; Allelúia. *Iſai.* 4. 5.

Capitulum. *Sa*

SEnſum tuum quis ſciet, n ſapiéntiam, & tum-ſanctum d & ſic corréctæ ſi rum qui ſunt in tibi placent didi nes ?

Hymn

NOs Chriſte Quos partu Quos obſtetríce Apértus effúdit

Nos membra Tuíque nos frat Cruóre ſignátar Ad aſtra pande

ALTO benígi E Patris almi c Quos hìc relínq Non intuéri dé

PARTA tuis l Jam tu potíris Nunc hora ; pr tris, Nunc mitte nob

QUI Patris ſedes, Jeſu tibi ſit gló Cum Patre cum In ſempitérna ſ Amen.

℣. Expándit protectiónem eó ignem ut lucére ctem ; Allelúia.

Ad Benedíctus Qui diligit me, d tre meo : & ego c & manifeſtábo Allelúia. Joan

Oratio.

DEus, qui ſacraménto ventúræ feſtivitátis univérſam Eccléſiam tuam in omni gente & natióne ſanctíficas; in totam mundi latitúdinem Spíritûs tui dona diffúnde; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum.

Ad Horas, *in fine Hymnorum, Doxologia*, Qui Patris ad dextram ſedes, *ſuprà.*

Pſalmi de Sabbato.

Oratio ut ſuprà in Laudibus.

Ad Primam, *Ant.* 1. a.
Spíritum veritátis mundus non poteſt accípere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcétis eum; Allelúia. *Joan.* 14. 17.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris.

Preces ut in Feriis, 129.

CANON.

Ex Concílio Gerundénſi.

An. 517. *cap.* 4.

DE Catechúmenis baptizándis id ſtatútum eſt, ut in Paſchæ ſolemnitáte, vel Pentecóſtes, quantò majóris celebritátis major celébritas eſt, tantò magìs ad baptizándum véniant: céteris ſolemnitátibus infírmi tantúmmodo débeant baptizári; quibus quocúnque témpore convenit *baptíſmum non negári.*

Ad Tertiam, *Ant.* 1. â.
In malévolam ánimam non introíbit ſapiéntia, nec habitábit in córpore ſúbdito peccátis; Spíritus enim ſanctus diſciplínæ effúgiet fictum; Allelúia. *Sap.* 1. 4. 5.

Capitulum. *Sap.* 1. 5. 6.

SPíritus-ſanctus aúferet ſe à cogitatiónibus quæ ſunt ſine intelléctu, & corripiétur à ſuperveniénte iniquitáte; benígnus eſt enim ſpíritus ſapiéntiæ.

℟. *breve*, Ne projícias me à fácie tua, Deus; * Allelúia, allelúia. ℟. Ne projícias. ℣. Et Spíritum-ſanctum tuum ne aúferas à me; * Allelúia. Glória. ℟. Ne projícias. *Pſ.* 50. 13.

℣. Veni Spíritus, & inſúffla ſuper interféctos iſtos; ℟. Et revivíſcant; Allelúia. *Ezech.* 37. 9.

Ad Sextam, *Ant.* 3. *a.*
Spíritus veritátis apud vos manébit, & in vobis erit; Allelúia. *Joan.* 14. 17.

Capitulum. *Ezech.* 36. 27.

SPíritum meum ponam in médio veſtrî; & fáciam ut in præcéptis meis ambulétis, & judícia mea cuſtodiátis & operémini.

℟. *breve*, Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * Allelúia, allel. ℟. Spíritus. ℣. Propter nomen tuum Dómine, vivificábis me in æquitáte tua. * Allelúia. Glória. ℟. Spíritus. *Pſ.* 142. 10. 11.

℣. Doce me fácere voluntátem tuam, ℟. Quia Deus meus es tu; Allelúia. *Pſ.* 142. 10.

Ad Nonam, *Ant.* 1. f. Dabo vobis cor novum, & ſpíritum novum ponam in médio veſtrî; & aúferam cor lapídeum de carne veſtra; Allelúia. *Ezech.* 36. 26.

Capitulum. *Act.* 2. 38. 39.

Accipiétis donum Spíritûs-ſancti; vobis enim eſt repromíſſio, & filiis veſtris, & ómnibus qui longè ſunt, quoſcúnque advocáverit Dóminus Deus noſter.

℟. *breve*, Cor mund[um] crea in me, Deus; * Allelúia, allelúia. ℟. Cor mundum. ℣. Et ſpíritum rectum innova in viſcéribus meis; * Allelúia. Glória. ℟. Cor mundum. *Pſ.* 50. 12.

℣. Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; ℟. Et ſpíritu principáli confirma me; Allelúia. *Pſ.* 50. 14.

N DIE SANCTO
NTECOSTES.

ANNUALE.

IMIS VESPERIS.
lmi de Sabbato.
na 5. toni. F. dupl.
Abo vobis Spíritum,
& vivétis; & ſciétis
quia ego Dóminus;
Ezech. 37. 6.
3. g. Sciétis quia in
raël ego ſum; & non
ẻtur pópulus meus in
; Allelúia. *Joel* 2.

. D. Et erit poſt hæc:
n Spíritum meum ſu-
em carnem; & pro-
it filii veſtri, & filiæ
Allelúia. *Joel* 2. 28.
'. a. Senes veſtri ſóm-
niábunt, & júvenes
ſiónes vidébunt; Al-
oel 2. 28.
a. *dupl.* Et ſciétis quia
minus, cùm dédero
meum in vobis; Al-
zech. 37. 13. 14.
m. Ezech. 11. 19. 20.
im novum tríbuam in
ibus eórum; & aúfe-
lapídeum de carne
& dabo eis cor cár-
ut in præcéptis meis
t.
ce *dies vénient, dicit*
: Fériam dómui Iſ-
raël fœdus novum: * Dabo legem meam in viſcéribus eórum, & in corde eórum ſcribam eam; Allelúia, allelúia. *Jer.* 31. 31. 33. ℣. Epíſtola eſtis Chriſti, ſcripta Spíritu Dei vivi; non in tábulis lapídeis, ſed in tábulis cordis carnálibus. 2. *Cor.* 3. 3. * Dabo. Glória. *Repet.* ℟. Ecce dies.

Hymnus, Veni ſupérne Spíritus, *ut infrà in Laudibus.*

℣. Dabo eis cor, & intélligent: ℟. Et ſtátuam illis teſtaméntum álterum; Allelúia. *Baruch* 2. 31. 35.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. *dupl.* Conſummábo ſuper domum Iſraël, & ſuper domum Juda teſtaméntum novum, dando leges meas in mentem eórum, & in corde eórum ſuperſcríbam eas; Allelúia. *Hebr.* 8. 8. 10.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut Spíritusſanctus advéniens, majeſtátem nobis Fílii tui manifeſtándo clarificet. Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritûs.

AD COMPLETORIUM, *Antiphona ut in die, infrà,* 391.

Orationes, Præſta, *ſuprà*, *&* Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Allelúia, Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: * Veníte, adorémus; Allelúia. *Sap.* 1. 7.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

SOLEMNIS inſtábat dies,
Quâ Chriſtus in cœlum redux,
A Patre promíſſum ſuis
Erat datúrus Spíritum.

HORA diéi tértiâ,
Apóſtolis orántibus,
Repéntè de cœlo ſonus
Deum veníre núntiat.

NON lítteram ſaxo datam
Jam nunc Deus tonans jubet;
Sed témperans ſe córdibus,
Amóre legem pérficit.

SEDERE ſupra ſíngulos
Linguæ vidéntur ígneæ,
Suóque ſanctus-Spíritus
Omnes replévit númine.

QUOD intus afflávit Deus,
Linguis diſértis próferunt:
Novis loquéntes vócibus
Fantur Dei magnália.

GRÆCI, Latini, Bárbari,
Gens omnis illos aúdiit;
Et quiſque mirátur ſuâ
Linguâ loqui viros rudes.

JUDÆA tunc plenos mero
Incúſat amens, at Petrus
Falſum profári pérfidos
Joéle teſte cómprobat.

SIT laus Patri, la
Sit & tibi laus Spíritu
Afflánte quo mentes
Lucent & ardent ígi
Amen.

Duplicatur Ant. 3
mitto, &c.

Pſalmus 47.

MAgnus Dó
laudábilis
civitáte D
in monte ſancto eju

Fundátur exultati
vérſæ terræ mons Si
Aquilónis, * civit
magni.

Deus in dómibu
gnoſcétur, * cùm
eam.

Quóniam ecce re
congregáti ſunt, *
runt in unum.

Ipſi vidéntes ſic
ſunt, * conturbáti ſu
móti ſunt:

Tremor apprehén
ibi dolóres ut partu

In ſpíritu vehemé
teres naves Tharſis.

Sicut audívimus,
mus in civitáte Dó
tútum, in civitáte
ſtri: * Deus fundáv
ætérnum.

Suſcépimus Deu
córdiam tuam * i
templi tui.

Secúndùm nome
Deus, ſic & laus tu
terræ: * juſtítiâ plen
tera tua.

Lætétur mons

ſiliæ Judæ, * propter
ua Dómine.
idate Sion, & com-
ii eam; * narráte in
ejus.
corda veſtra in vir-
, & diſtribúite domos
it enarrétis in progé-
a;
iiam hic eſt Deus,
ſter in ætérnum, &
n ſéculi: * ipſe reget
cula.
go mitto promíſſum
ei in vos; Allelúia.
49.
1. D. Joánnes.
Pſalmus 103.
lic ánima mea Dómi-
* Dómine Deus meus
átus es veheménter.
ſſiónem & decórem
* amíctus lúmine ſicut
ito;
dens cœlum ſicut pel-
qui tegis aquis ſupe-
s.;
onis nubem aſcénſum
* qui ámbulas ſuper
ventórum;
icis ángelos tuos ſpíri-
miníſtros tuos ignem
.
undáſti terram ſuper
em ſuam, * non in-
ur in ſéculum ſéculi.
is, ſicut veſtiméntum,
ejus; * ſuper montes
aquæ.
increpatióne tua fú-
* à voce *tonítrui tui*
unt.
'erna.

Aſcéndunt montes, & deſcéndunt campi * in locum quem fundáſti eis.

Términum poſuíſti quem non tranſgrediéntur; * neque convertèntur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus,* inter médium móntium pertransíbunt aquæ:

Potábunt omnes béſtiæ agri; * expectábunt ónagri in ſiti ſua.

Super ea vólucres cœli habitábunt, * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de ſuperióribus ſuis, * de fructu óperum tuórum ſatiábitur terra:

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam ſervitúti hóminum,

Ut edúcas panem de terra,* & vinum lætíficet cor hóminis.

Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi,* & cedri Líbani quas plantávit;

Illic páſſeres nidificábunt; * heródii domus dux eſt eórum.

Montes excélſi cervis, * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * ſol cognóvit occáſum ſuum.

Poſuíſti ténebras, & facta eſt nox; * in ipſa pertransíbunt omnes béſtiæ ſilvæ;

Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant, * & quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregáti

ſunt,* & in cubílibus ſuis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus ſuum,* & ad operatiónem ſuam uſque ad véſperam.

Ant. Joánnes quidem baptizávit aquâ, vos autem baptizabímini Spíritu-ſancto; Allelúia. *Act.* 1. 5.

Duplicatur Ant. 7. a. Ille me clarificábit, &c.

Diviſio Pſalmi 103.

QUàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine! ómnia in ſapiéntia feciſti: * impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ.

Hoc mare magnum & ſpatióſum mánibus; * illic reptília quorum non eſt númerus, animália puſilla cum magnis:

Illic naves pertransíbunt; * draco iſte quem formáſti ad illudéndum ei.

Omnia à te expéctant * ut des illis eſcam in témpore.

Dante te illis cólligent; * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte:

Avertente autem te fáciem, turbabúntur; * aúferes ſpíritum eórum, & deficient, & in púlverem ſuum reverténtur.

Emíttes ſpíritum tuum, & creabúntur; * & renovábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in ſæculum, * lætábitur Dóminus in opéribus ſuis.

Qui réſpicit terram, & facit eam trémere; * qui tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita

mea,* pſallam Deo ı
diu ſum.

Jucúndum ſit ei
meum; * ego verò
in Dómino.

Deficiant peccat
ra, & iníqui ita ut n
bénedic ánima mea

Ant. Ille me cl
quia de meo accípi
nuntiábit vobis; Alle
16. 14.

℣. Deus Iſraël i
virtútem ℟. Et for
plebi ſuæ; Allelúia.

De Actibus Apoſt
Lectio j. *c.* 2.

CUm complen
Pentecóſtes,
nes páriter i
loco: & factus eſt re
cœlo ſonus, tanqu
niéntis ſpíritûs veh
& replévit totam do
erant ſedéntes. Et
runt illis diſpertita
tanquam ignis, ſed
pra ſíngulos eórum:
ſunt omnes Spíritu-
cœpérunt loqui vári
prout Spíritus-ſanct
éloqui illis.

℟. Numerábitis ſe
dómadas plenas: * E
tis hunc diem celeb
atque ſanctiſſimum
mum ſempitérnum
neratiónibus veſtris;
allel. *Levit.* 25. 15.
raclétum Spíritum
mittet Pater in nóm
Joan. 14. 26. * Ex

v. 5. ad 11.
item in Jeruſalem
ites Judæi, viri re-
omni natióne quæ
ſt. Factâ autem hâc
vénit multitúdo, &
ifúſa eſt, quóniam
inúſquiſque linguâ
quéntes. Stupébant
nes, & mirabántur,
Nonne ecce omnes
oquúntur, Galilæi
uómodo nos audí-
iſquíſque linguam
in qua nati ſumus?
Medi, & Elamítæ,
ábitant Meſopotá-
dæam, & Cappa-
'ontum, & Aſiam,
, & Pamphyliam,
, & partes Líbyæ,
ca Cyrénen, & ád-
áni, Judæi quoque,
i, Cretes, & Ara-
imus eos loquéntes
uis magnália Dei.
ipiétis virtútem ſu-
is Spíritus-ſancti in
ritis mihi teſtes in
amaría, & uſque ad
rræ; Allelúia, allel.
℣. Spíritus meus
lio veſtrûm, nolíte
g. 2. 6. * Et éritis.
cti Evangélii ſecún-
n Joánnem.
c. 14. 23. *ad* 31.
émpore; Dixit Je-
ipulis ſuis: Si quis
, ſermónem meum
Pater *meus díliget*
líqua.

Homília ſancti Gregórii papæ.

Homil. 30. *in Evang.*

HOdie Spíritus-ſanctus re-pentíno ſónitu ſuper diſcípulos venit, mentéſque carnálium in ſuî amórem permutávit: & foris apparéntibus linguis ígneis, intùs facta ſunt corda flammántia; quia dum Deum in ignis viſióne ſuſcepérunt, per amórem ſuáviter arſérunt. Ipſe namque Spíritus-ſanctus amor eſt. Unde & Joánnes dicit: [Deus cáritas eſt.] Qui ergo mente íntegrâ Deum deſíderat, profécto jam habet quem amat. Neque enim quiſquam poſſet Deum dilígere, ſi eum quem díligit, non habéret. Sed ecce, ſi unuſquíſque veſtrûm requirátur an díligat Deum, totâ fidúciâ & ſecúrâ mente reſpóndet: Díligo. In ipſo autem lectiónis exórdio audíſtis quid Véritas dicat: [Si quis díligit me, ſermónem meum ſervábit.] Probátio ergo dilectiónis, exhibítio eſt óperis.

℟. Spíritus-ſanctus vos docébit ómnia, * Et ſúggeret vobis ómnia quæcúnque díxero vobis; Allelúia, allelúia. *Joan.* 14. 26. ℣. Sapiéntia & fortitúdo ejus ſunt. Ipſe revélat profúnda, & abſcóndita. *Dan.* 2. 20. 22. * Et ſúggeret. Glória. *Repet.* ℟. Spíritus-ſanctus.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſanćto ejus; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 3. *toni. a.*

CUm complérentur dies Pentecóſtes, erant omnes páriter in eódem loco; Allelúia. *Act.* 2. 1.

Ant. 5. a. Apparuérunt illis diſpertítæ linguæ tanquam ignis; Allelúia. *Act.* 2. 3.

Ant. 8. *G.* Venit Spíritus-ſanćtus ſuper eos, & prophetábant; Allelúia. *Act.* 19. 6.

Ant. 3. a. Cœpérunt loqui.

Canticum. Judith 16. 15. *ad* 19.

HYmnum cantémus Dómino,* hymnum novum cantémus Deo noſtro.

Adónaï Dómine, magnus es tu, & præclárus in virtúte tua, * & quem ſuperáre nemo poteſt.

Tibi ſérviat omnis creatúra tua; * quia dixíſti, & facta ſunt.

Misíſti ſpíritum tuum, & creáta ſunt; * & non eſt qui resíſtat voci tuæ.

Montes à fundaméntis movebúntur cum aquis: * petræ ſicut cera liquéſcent ante fáciem tuam.

Qui autem timent te, * magni erunt apud te per ómnia.

Et dicitur per totam Octavam.

Ant. Cœpérunt loqui váriis linguis prout Spíritus-ſanćtus dabat éloqui illis; Allelúia. *Act.* 2. 4.

Ant. 7. d. Convénit multitúdo, & mente confúſa eſt, quóniam audiébat unuſquíſque linguâ ſuâ illos loquéntes; Allelúia. *Act.* 2. 6.

Capitulum. *Act.* 2. 7. 8.

STupébant omnes, & mirabántur, dicéntes: Nonne ecce omnes iſti, qui loquúntur, Galilæi ſunt; & quómodo nos audívimus unuſquíſque linguam noſtram, in qua nati ſumus?

Hymnus.

VENI ſupérne Spíritus,
Benígne paúperum pater,
Donátor alme múnerum,
Cœléſte méntium jubar.

Tu cordis hoſpes íntimus,
Dulcis labórum tu quies;
Tu flétibus quos élicis
Divína miſces gaúdia.

O veritátis Spíritus,
Fons ſanctitátis, quo ſine
A labe nullus íntegɛr,
Imple tuo nos númine.

VENI, lava cor ſórdidum,
Siccum riga, durum doma;
Reduc vagántes, frígidos
Accénde, ſana ſaúcios.

ADESTO te vocántibus,
Largíre ſeptem múnera;
Pugnáre da, fac víncere,
Victóribus da præmia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Sit & tibi laus, Spíritus,
Afflánte quo mentes ſacris
Lucent & ardent ígnibus.

Amen.

ntur Hymni uſque
ſabbati ſequentis.
.iſtillavérunt à fá-
i, ℟. A fácie Dei
lúia. Pſ. 67. 9.
.. Ant. 5. F. dupl.
'diis tuis multis,
:um tuum bonum
océret eos; Alle-
9. 19. 20.
ratio.
qui hodiérnâ die
fidélium ſancti-
tratióne docuíſti;
:ódem Spíritu re-
& de ejus ſemper
: gaudére; Per
noſtrum Jeſum
lium tuum, qui
& regnat in uni-
ı Spíritûs.
RAS, Pſalmi de

AM, Ant. 6. F.
píritu-ſancto, lo-
ſmetípſis in pſal-
mis, & cánticis
; Allelúia. Epheſ.

i, ℣. Qui ſedes
Patris. Hebr. 1. 3.
, Deus, qui ho-
iprà, & Domine
omnípotens, ſub
ne.
' Octavam.]
N O N.
Toletáno tértio.
9. can. 3.
ıe Spíritum-ſan-
ı credit, aut non
ıtre & Fílio pro-

cédere, eúmque non díxerit coætérnum eſſe Patri & Fílio, & coæquálem, anáthema ſit.

A D T E R T I A M.

Loco Hymni, Nunc ſancte; *dicitur ſequens*

Hymnus.

VENI Creátor Spíritus,
Mentes tuórum víſita,
Imple ſupérnâ grátiâ,
Quæ tu creáſti péctora.
QUI Paraclétus díceris,
Donum Dei altíſſimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et ſpiritális únctio.
TU ſeptifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíſſum Patris,
Sermóne ditans gúttura.
ACCENDE lumen ſénſibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma noſtri córporis
Virtúte firmans pérpeti.
HOSTEM repéllas lóngiùs,
Pacémque dones prótinus;
Ductóre ſic te prævio
Vitémus omne nóxium.
PER te ſciámus da Patrem,
Noſcámus atque Fílium,
Te utriúſque Spíritum
Credámus omni témpore.
Amen.

Hæc Doxologia, Per te ſciámus, *eſt huic Hymno propria.*

Ant. 5. *F.* Emíttes Spíritum tuum, & creabúntur; & renovábis fáciem terræ; Allelúia. *Pſ.* 103. 30.

Capitulum. Act. 2. 15. 16. 17.

NOn ſicut vos æſtimátis, hi ébrii ſunt, cùm ſit hora diéi tértia; ſed hoc eſt,

quod dictum eſt per prophétam Joël: Et erit in noviſſimis diébus, dicit Dóminus, effúndam de Spíritu meo ſuper omnem carnem.

℟. *breve*, Cáritas Dei diffúſa eſt in córdibus noſtris; * Allelúia, allelúia. ℟. Cáritas. ℣. Per Spíritum-ſanctum qui datus eſt nobis. * Allelúia. Glória, ℟. Cáritas. *Rom.* 5. 5.

℣. Quæ à Deo donáta ſunt nobis lóquimur, ℟. Non in doctis humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in doctrina Spíritûs; Allelúia. 1. *Cor.* 2. 13.

Ad Sextam, *Ant.* 1. a. Alii datur prophetía, álii génera linguárum: hæc ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dividens ſingulis prout vult; Allelúia. 1. *Cor.* 12. 10, 11.

Capitulum. 1. *Joan.* 2. 27.

Non necéſſe habétis ut áliquis dóceat vos; ſed ſicut únctio ejus docet vos de ómnibus, & verum eſt, & non eſt mendácium. Et ſicut dócuit vos, manéte in eo.

℟. *breve*, Exultáte, & lætámini in Dómino Deo veſtro; * Allelúia, allelúia. ℟. Exultáte. ℣. Quia dedit vobis doctórem juſtítiæ. * Allelúia. Glória. ℟. Exultáte. *Joel* 2. 23.

℣. Vos unctiónem habétis à Sancto, ℟. Et noſtis ómnia; Allelúia. 1. *Joan.* 2. 20.

Ad Nonam, *Ant.* 2. D. Si ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis; quicúmque enim Spíritu Dei agúntur, ii ſunt filii Dei; Allelúia. *Rom.* 8. 13. 14.

Capitulum. *Rom.* 8. 16. 17.

Spíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & herédes; herédes quidem Dei, coherédes autem Chriſti.

℟. *breve*, Non accepíſtis ſpíritum ſervitútis íterum in timóre; * Allelúia, allelúia. ℟. Non accepíſtis. ℣. Sed accepíſtis ſpíritum adoptiónis filiórum. * Allelúia. Glória. ℟. Non accepíſtis. *Rom.* 8. 15.

℣. Miſit Deus Spíritum Filii ſui in corda veſtra, ℟. Clamántem: Abba, Pater; Allelúia. *Gal.* 4. 6.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona 8. *toni.* G.

Dexterâ Dei exaltátus Jeſus, & promiſſióne Spíritûs-ſancti accéptâ à Patre, effúdit hunc quem vos vidétis, & audítis; Allelúia. *Act.* 2. 33.

Ant. 3. a. Non ſpíritum hujus mundi accépimus, ſed Spíritum qui ex Deo eſt, ut ſciámus quæ à Deo donáta ſunt nobis; Allelúia. 1. *Cor.* 2. 12.

Ant. 7. a. Dedit nobis Deus ſpíritum virtútis, & dilectiónis, & ſobrietátis; Allelúia. 2. Tim. 1. 7.

Ant. 1. f. Renovatiónis Spíritum-ſanctum effúdit in no-

abúndè, ut herédes ſimus ſecúndùm ſpem vitæ ætérnæ; Allelúia. *Tit.* 3. 6. 7.

Ant. 5. a. Si Spíritu vívimus, Spíritu & ambulémus; Allelúia. *Gal.* 5. 25.

Capitulum. Gal. 5. 22. 23.

FRuctus Spíritûs eſt, cáritas, gaúdium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, manſuetúdo, fides, modéſtia, continéntia, cáſtitas.

℟. Factus eſt repéntè de cœlo ſonus tanquam adveniéntis ſpíritûs veheméntis.* Sedit ignis ſupra ſíngulos eórum; & repléti ſunt omnes Spíritu-ſancto; Allelúia, allelúia. *Act.* 2. 2. 3. ℣. Cœpérunt audíri tonítrua, ac micáre fúlgura: totus autem mons fumábat: eò quòd deſcendíſſet Dóminus in igne. *Exod.* 19. 16. 18.* Sedit. Glória. *Repetitur* ℟. Factus eſt.

Hymnus, Veni Creátor, *ſuprà ad Tertiam.*

℣. Nolíte contriſtáre Spíritum-ſanctum Dei, ℟. In quo ſignáti eſtis; Allelúia. *Epheſ.* 4. 30.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. *dupl.* Signáti eſtis Spíritu promiſſiónis ſancto, qui eſt pignus hereditátis noſtræ, in redemptiónem acquiſitiónis, in laudem glóriæ Chriſti; Allelúia. *Epheſ.* 1. 13. 14.

Oratio, Deus, qui hodiérnâ die, *ut ſuprà in Laudibus.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 7. d. Diviſiónes gratiárum ſunt, idem autem Spíritus: & diviſiónes operatiónum ſunt, idem verò Deus, qui operátur ómnia in ómnibus; Allelúia. 1. *Cor.* 12. 4. 6.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. F. O quàm bonus & ſuávis eſt, Dómine, ſpíritus tuus in ómnibus! Allelúia. *Sap.* 12. 1.

Orationes, Deus, qui hodiérnâ die, *&* Véritas, *ſub una concluſione.*

[*Et ſic per Octavam.*]

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Pentecoſtes.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur. Nihil duplic.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Dóminus Spíritus eſt:* Veníte, adorémus; Allelúia. 2. *Cor.* 3. 17.

Pſalmus, Veníte, 2.

Pſalmi tres infrà notati in qualibet Feria.

Ant. ſola 1. f. Eccléſia ædificabátur ámbulans in timóre Dómini, & conſolatióne ſancti-Spíritûs replebátur; Allelúia. *Act.* 9. 31.

℣. Spíritum-ſanctum dedit Deus ℟. Omnibus obediéntibus ſibi; Allelúia. *Act.* 5. 32.

Lectiones, & ℟.℟.℟. *ut infrà in unaquaque Feria.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Pſalmi & Canticum ut in die.

Ant. ſola 1. a. Salus ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta eſt, conteſtánte Deo ſi-

gnis, & váriis virtútibus, & Spíritûs-ſancti diſtributióni-bus; Allelúia. *Hebr.* 2. 3. 4.

Ant. ad Benedíctus, *& Oratio, infrà in qualibet Feria.*

Ad Horas, *Pſalmi de Dominica.*

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Oratio de Laudibus.

Ad Vesperas.

Pſalmi de Dominica.

Ant. ſola 7. d. An neſcítis quóniam membra veſtra templum ſunt Spíritûs-ſancti, qui in vobis eſt? Glorificáte & portáte Deum in córpore veſtro; Allelúia. 1. *Cor.* 6. 19. 20.

Non dicitur ℟.

Antiphona ad Magníficat, *infrà in unaquaque Feria.*

Oratio de Laudibus.

FERIA SECUNDA.

Ad Officium Nocturnum.

Pſalmi, Díligam te, 29. Deus meus, impollúta, 30. Dómine exaúdi oratiónem meam, aúribus, 96.

De Epíſtola prima beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 4. 1. *ad* 6.

Caríſſimi, nolíte omni ſpirítui crédere, ſed probáte ſpíritus ſi ex Deo ſint: quóniam multi pſeudoprophétæ exiérunt in mundum. In hoc cognóſcitur ſpíritus Dei: omnis ſpíritus qui confitétur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo *eſt*: & omnis ſpíritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt; & hic eſt anti-Chriſtus; de quo audíſtis quóniam venit, & nunc jam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filíoli, & viciſtis eum, quóniam major eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mundo. Ipſi de mundo ſunt; ídeo de mundo loquúntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos: in hoc cognóſcimus Spíritum veritátis, & ſpíritum erróris.

℟. Pœniténtiam, inquit Petrus, ágite; & baptizétur unuſquíſque veſtrûm in remiſſiónem peccatórum: * Et accipiétis donum Spíritûs-ſancti; Allelúia, allelúia. *Act.* 2. 38. ℣. Uſquequo ſtulti ea quæ ſibi ſunt nóxia, cúpient? Convertímini ad correptiónem meam. *Prov.* 1. 22. 23. * Et accipiétis.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 11.

Caríſſimi, diligámus nos ínvicem; quia cáritas ex Deo eſt. Et omnis qui díligit, ex Deo natus eſt, & cognóſcit Deum. Qui non díligit, non novit Deum; quóniam Deus cáritas eſt. In hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium ſuum unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum. In hoc eſt cáritas: non quaſi dilexérimus Deum, ſed quóniam ipſe prior diléxit nos, & miſit Fílium ſuum propitiatiónem pro peccátis noſtris. Caríſſimi, ſi ſic Deus dilé-

dicit Dóminus: Dabo
num, & viam unam,
n eis pactum ſempi-
Jer. 32. 39. 40.* Mul-

ncti Evangélii ſecún-
ùm Joánnem.
ij. c. 10. 1. ad 10.
tèmpore; Dixit Je-
iariſæis: Amen, amen
bis; Qui non intrat
im in ovíle óvium,
ndit aliúnde, ille fur
atro. Qui autem in-
óſtium, paſtor eſt
Et réliqua.
ília ſancti Auguſtíni
epiſcopi.
. Evang. Tract. 45. §. 2.
minus de grege ſuo, &
óſtio quo intrátur ad
ſimilitúdinem propó-
iodiérna lectióne. Di-
o Pagáni: Bene víví-
i per óſtium non in-
uid prodeſt eis unde
ur? Ad hoc enim de-
cuíque prodéſſe bene
ut detur illi ſemper
; nam cui non datur
vívere, quid prodeſt
vere? Quia nec bene
dicéndi ſunt, qui ſi-
ne vivéndi vel cæci-
ciunt, vel inflatióne
nunt. Non eſt autem
n ſpes vera & certa
vivéndi, niſi agnóſcat
uod eſt Chriſtus; &
iam intret in ovíle.
ui intrat per óſtium,
t óvium; * Huic

oſtiárius áperit, & oves vocem ejus aúdiunt; † Allelúia, allel. Joan. 10. 2. 3. ℣. Quemcúnque elégerit Dóminus, ipſe erit ſanctus. Num. 16. 7. * Huic. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. Sacerdotalis, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus; Allelúia. Pſ. 47. 2.

Ad Benedíctus, Ant. 1. a. Amen, amen, dico vobis, quia ego ſum óſtium óvium; Allelúia. Joan. 10. 7.

Oratio.

ADſit nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs-ſancti; quæ & corda noſtra cleménter expúrget, & ab ómnibus tueátur advérſis; Per Dóminum .... in unitáte ejúſdem.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto.
An. 829. lib. 1. cap. 10.

MAgna ex parte Chriſtiánum decus viléſcit, quando renáti in Chriſto, ea quibus in baptíſmate renunciavérunt, nec intellígere curant, nec ab his ſe, ut Chriſto pollíciti ſunt, abſtinére ſátagunt. Quæ ſi intellexíſſent, procul dúbio, adjuvánte Chriſti grátiâ, ſe ab his vigilántiùs cuſtodíſſent.

Ad Magníficat, Ant. 1. D.* Per me ſi quis introíerit, ſalvábitur, & páſcua invéniet; Allelúia. Joan. 10. 9.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *cap.* 7.

QUicúnque viri, quæcúnque mulíeres de ſacro fonte filios ſpirituáles ſuſcepérunt, cognóſcant ſe pro eis fidejuſſóres extitíſſe apud Deum; & in eo necéſſe eſt, ut ſemper illis ſolicitúdinem veræ caritátis impéndant, admóneant, & caſtígent, atque corrípiant.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *f.* * Non miſit Deus Fílium ſuum in mundum, ut júdicet mundum; ſed ut ſalvétur mundus per ipſum; Allelúia. *Joan.* 3. 17.

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi, Deus deórum Dóminus, 61. Miſerére meí Deus, 62. Te decet, 71.

De Epíſtola prima beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 4. 12. *ad* 16.

DEum nemo vidit unquam. Si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, & cáritas ejus in nobis perfécta eſt. In hoc cognóſcimus quóniam in eo manémus, & ipſe in nobis; quóniam de Spíritu ſuo dedit nobis. Et nos vídimus, & teſtificámur, quóniam Pater miſit Fílium ſuum Salvatórem mundi. Quiſquis conféſſus fúerit quóniam Jeſus eſt Fílius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognóvimus, & credídimus caritáti quam habet Deus in nobis. Deus cáritas eſt; & qui manet in caritáte, in Deo manet, & Deus in eo.

℟. Dixérunt Apóſtoli: Dómine, da ſervis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum. * Cùm oráſſent, repléti ſunt omnes Spíritu-ſancto; Allelúia, allelúia. *Act.* 4. 29. 31. ℣. Qui aſcéndit ſuper cœlum cœli, ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis. *Pſ.* 67. 34.* Cùm oráſſent.

Lectio ij. *v.* 17. *ad fin.*

IN hoc perfécta eſt cáritas Dei nobíſcum, ut fidúciam habeámus in die judícii: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in caritáte; ſed perfécta cáritas forâs mittit timórem, quóniam timor pœnam habet: qui autem timet, non eſt perféctus in caritáte. Nos ergo diligámus Deum, quóniam Deus prior diléxit nos. Si quis díxerit quóniam diligo Deum, & fratrem ſuum óderit, mendax eſt. Qui enim non díligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quómodo poteſt diligere? Et hoc mandátum habémus à Deo; ut qui díligit Deum, díligat & fratrem ſuum.

℟. Loquebántur verbum Dei cum fidúcia: * Multitúdinis autem credéntium erat cor unum, & ánima una; Allelúia, allelúia. *Act.* 4. 31. 32.

Evangélii ſecún-
Joánnem.
c. 6. 44. ad 52.
ɪpore ; Dixit Je-
is : Nemo poteſt
e, niſi Pater qui
tráxerit eum. Et

ǎncti Auguſtíni
ɔíſcopi.
vang. Tract. 26.
. 2. 4.
Grátiæ commen-
Nemo venit niſi
m trahat & quem
quare illum tra-
ı non trahat, noli
re, ſi non vis er-
áccipe, & intél-
um tráheris? ora
Quid hìc dícimus,
ráhimur ad Chri-
invíti crédimus :
ia adhibétur, non
itátur ... Noli te
ítum trahi : tráhi-
& amóre. Nec ti-
ıus ne ab homíni-
a perpéndunt, ...
nur, & dicátur no-
ɔdo voluntáte cre-
r? Ego dico : Pa-
ntáte, étiam vo-
ɛris. Quid eſt trahi
Delectáre in Dó-
bit tibi petitiónes

iptum in Prophé-
t omnes docíbiles
qui audívit à Pa-
cit, venit ad me;
lleluia. Joan. 6.
45. ℣. Dicit Dóminus : Ponam univérſos filios tuos doctos à Dómino. *Iſai.* 54. 12. 13. * Erunt omnes. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus ; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. *a.* Nemo poteſt veníre ad me, niſi Pater qui miſit me, tráxerit eum : & ego reſſuſcitábo eum in novíſſimo die ; Allelúia. *Joan. 6.* 44.

Oratio.

Mentes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet ; & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem ; Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem.

CANON.

Ex Concílio Cloveshoviénſi ſecúndo.

An. 747. *can.* 18.

Jejuniórum témpora, id eſt, quarti, ſéptimi, & décimi menſis nullus neglígere præſúmat ; ſed ante horum inítia per ſíngulos annos admoneátur plebs, quátenus legítima univerſális Eccléſiæ ſciat atque obſérvet jejúnia.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Amen, amen dico vobis : Qui credit in me, habet vitam ætérnam ; Allelúia. *Joan.* 6. 47.

FERIA QUARTA
Quatuor Temporum.
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi, Exúrgat Deus, 74. Mons Dei, 74. In eccléſiis, 75.

De Epíſtola prima beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *c.* 5. 7. *ad* 12.

TRes ſunt, qui teſtimónium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spíritus-ſanctus: & hi tres unum ſunt: Et tres ſunt, qui teſtimónium dant in terra: Spíritus, & aqua, & ſanguis: & hi tres unum ſunt. Si teſtimónium hóminum accípimus, teſtimónium Dei majus eſt, quóniam hoc eſt teſtimónium Dei, quod majus eſt, quóniam teſtificátus eſt de Fílio ſuo. Qui credit in Fílium Dei, habet teſtimónium Dei in ſe. Qui non credit Fílio, mendácem facit eum; quia non credit in teſtimónium quod teſtificátus eſt Deus de Fílio ſuo. Et hoc eſt teſtimónium, quóniam vitam ætérnam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Fílio ejus eſt. Qui habet Fílium, habet vitam: qui non habet Fílium, vitam non habet.

℟. Quid orémus ſicut opórtet, neſcímus; ſed * Ipſe Spíritus póſtulat pro nobis gemítibus inenarrabílibus; Allelúia, allelúia. *Rom.* 8. 26. ℣. In die illa, dicit Dóminus, effúndam ſuper domum David, & ſuper habitatóres Jerúſalem ſpíritum grátiæ, & precum. *Zach.* 10. 9. 10. * Ipſe.

Lectio ij. *v.* 14. *ad fin.*

ET hæc eſt fidúcia quam habémus ad eum: Quia quodcúnque petiérimus ſecúndùm voluntátem ejus, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quidquid petiérimus: ſcimus quóniam habémus petitiónes quas poſtulámus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccáre peccátum non ad mortem, petat, & dábitur ei vita peccánti non ad mortem. Eſt peccátum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iníquitas, peccátum eſt; & eſt peccátum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat; ſed generátio Dei conſérvat eum, & malígnus non tangit eum. Scimus quóniam ex Deo ſumus; & mundus totus in malígno póſitus eſt. Et ſcimus quóniam Fílius Dei venit, & dedit nobis ſenſum ut cognoſcámus verum Deum, & ſimus in vero Fílio ejus. Hic eſt verus Deus, & vita ætérna. Filíoli, cuſtodíte vos à ſimulácris: Amen.

℟. Qui confirmat nos in Chriſto, & qui unxit nos Deus; qui * Et ſignávit nos, & dedit pignus Spíritûs in córdibus noſtris; Allelúia, allelúia. 2. *Cor.* 1. 21. 22. ℣. Dóminus Deus noſter pépigit nobíſcum fœdus. *Deut.* 5. 2. * Et ſignávit.

edit illis virtútem &
ſtem ſuper ómnia dæ-
., & ut languóres curá-
Et réliqua.

nília ſancti Auguſtíni
epíſcopi.

vit. Dei, lib. 22. *cap.* 5.
circa medium.

ia ſunt incredibília, quæ amen facta ſunt. Incredí- ſt Chriſtum reſurrexíſſe ne, & in cœlum aſcen- cum carne. Incredíbile ndum rem tam incredí- credidíſſe. Incredíbile ómines ignóbiles, ínfi- paucíſſimos, imperítos am incredíbilem, tam citer mundo, & in illo doctis perſuadére po- Horum trium incredi- a primum nolunt iſti, uibus ágimus, crédere; lum cogúntur & cérne- od non invéniunt unde um, ſi non credunt tér- Reſurréctio certè Chri- in cœlum cum carne in ſurréxit aſcénſio, toto undo prædicátur & cré- : ſi credíbilis non eſt, oto terrárum orbe jam a eſt? Si multi nóbiles, es, docti eam ſe vidíſſe nt, & quod vidérunt, áre curárunt, eis mun- redidíſſe non mirum eſt; os adhuc crédere nolle um eſt. Si autem, ut eſt, paucis, obſcúris, is, indóctis eam ſe vi- *céntibus & ſcribéntibus* crédidit mundus, cur pauci obſtinatíſſimi, qui remanſé- runt, ipſi mundo jam credénti adhuc uſque non credunt?

℟. Convocátis Jeſus duódecim Apóſtolis, * Miſit illos prædicáre regnum Dei; † Allelúia, allelúia. *Luc.* 9. 1. 2.
℣. Vocabúntur plantátio Dómimi ad glorificándum: & ædificábunt deſérta à ſéculo, & ruínas antíquas érigent. *Iſai.* 61. 3. 4. * Miſit illos. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis
℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Dedit Apóſtolis Jeſus virtútem & poteſtátem ſuper ómnia dæmónia, & ut languóres curárent; Allelúia. *Luc.* 9. 1.

Oratio.

ANnue miſéricors Deus, ut qui divína præcépta violándo à paradíſi felicitáte décidimus; duce Spíritu-ſancto, ad ætérnæ beatitúdinis redeámus aſcénſum per tuórum cuſtódiam mandatórum; Per Dóminum... in unitáte ejúſdem.

CANON.

Ex Concílio Pariſiénſi ſexto.
An. 829. *lib.* 1. *cap.* 54.

QUi propter reátum ſuum pública ſunt pœniténtiâ mulctáti, nec álios de ſacri fontis baptiſmate ſuſcipiant;

nec étiam ad percipiéndum ſancti-Spíritûs donum, alióruim patróni coram Pontifícibus exíſtant, donec per dignam pœniténtiæ ſatisfactiónem, reconciliatiónem mereántur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Egréſſi Apóſtoli circuíbant per caſtélla, evangelizántes & curántes ubíque; Allelúia. *Luc.* 9. 6.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi, Deus deórum Dóminus, 61. Miſerére meî Deus, 62. Te decet, 71.

Incipit Epíſtola tértia beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *v.* 1. *ad* 8.

SEnior Gáïo caríſſimo, quem ego díligo in veritáte. Caríſſime, de ómnibus oratiónem fácio próſperè te íngredi, & valére, ſicut próſperè agit ánima tua. Gavíſus ſum valde veniéntibus frátribus, & teſtimónium perhibéntibus veritáti tuæ, ſicut tu in veritáte ámbulas. Majórem horum non hábeo grátiam, quàm ut aúdiam fílios meos in veritáte ambuláre. Caríſſime, fidéliter facis quidquid operáris in fratres, & hoc in peregrínos, qui teſtimónium reddidérunt caritáti tuæ in conſpéctu Eccléſiæ, quos, benefáciens, dedúces dignè Deo. Pro nómine enim ejus profécti ſunt, nihil accipiéntes à géntib
debémus ſuſcípi
di, ut cooperat
ritátis.

℟. Dixérunt
mine, da ſervis
ni fidúcia loqui v
* Cùm oráſſent
omnes Spíritu-ſ
lúia, allelúia. A
℣. Qui aſcéndit
cœli, ecce dabit
cem virtútis. *Pſ.*
oráſſent.

Lectio ij.

SCripsíſſem fó
ſiæ; ſed is, q
mátum gérere in
phes, non récip
pter hoc ſi vénerc
bo ejus ópera qu
bis malígnis gárr
& quaſi non ei i
neque ipſe ſúſcipi
eos, qui ſuſcípiu
& de Eccléſia éjic
noli imitári malu
bonum eſt. Qui b
Deo eſt: qui ma
vidit Deum. D
mónium rédditu
bus, & ab ipſa
& nos teſtimóni
mus; & noſti q
mónium noſtrun
Multa hábui tibi
nólui per atram
lamum ſcríbere ti
tem prótinus te v
ad os loquémur.
lútant te amíci. S
nominátim.

ıtur verbum
ı: * Multitú-
déntium erat
ima una; Al-
ct. 4. 31. 32.
minus: Dabo
viam unam,
um ſempitér-
9. 40. * Mul-

angélii ſecún-
ıcam.
. 17. *ad* 26.
e; Factum eſt
ı, & ipſe Je-
ens. Et erant
s, & legis Do-
rant ex omni
, & Judææ,
t virtus Dó-
ndum eos. Et

cti Hilárii
pi.
Matt. cap. 8.
bas remíſſum
e peccátum:
tantùm in Je-
uebántur, &
eo, quod lex
at; fides enim
inde murmu-
Dóminus in-
ue fácile eſſe
eccáta dimít-
im nemo po-
ccáta niſi ſo-
qui remíttit,
nemo remíttit
ıs in hómine
ónem hómini
lla ei agéndi

& loquéndi erat difficúltas, cui ſubeſt totum poſſe quod lóquitur. Porrò autem ut ipſe eſſe in córpore póſitus intélligi poſſet qui & ánimis peccáta dimítteret, & reſurrectiónem corpóribus præſtáret, ait: [Ut ſciátis quóniam Fílius hóminis habet poteſtátem in terra dimíttere peccáta, ait Paralytico: Surge.] Sed quia omnis erat perficiéndi óperis rátio explicánda, adjécit: [Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.]

℟. Conveniébant turbæ multæ ut audírent, & curaréntur ab infirmitátibus ſuis. Et Jeſus ſedébat docens, & * Virtus Dómini erat ad ſanándum eos; † Allelúia, allelúia. *Luc.* 5. 15. 17. ℣. Miſit Dóminus verbum ſuum, & ſanávit eos. *Pſ.* 106. 20. * Virtus. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Fílius hóminis habet poteſtátem in terra dimittêndi peccáta; Allelúia. *Luc.* 5. 24.

Oratio.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut ſancto-Spíritu congregáta, hoſtíli nullátenus incurſióne turbêtur; Per Dóminum .... in unitáte ejúſdem.

nec étiam ad percipiéndum ſancti-Spíritûs donum, alióriim patróni coram Pontifícibus exíſtant, donec per dignam pœniténtiæ ſatisfactiónem, reconciliatiónem mereántur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Egréſſi Apóſtoli circuíbant per caſtélla, evangelizántes & curántes ubíque; Allelúia. *Luc.* 9. 6.

FERIA SEXTA
Quatuor Temporum.

Ad Officium Nocturnum.

Pſalmi, Deus deórum Dóminus, 61. Miſerére meî Deus, 62. Te decet, 71.

Incipit Epíſtola tértia beáti Joánnis apóſtoli.

Lectio j. *v.* 1. *ad* 8.

SEnior Gáïo caríſſimo, quem ego díligo in veritáte. Caríſſime, de ómnibus oratiónem fácio próſperè te íngredi, & valére, ſicut próſperè agit ánima tua. Gavíſus ſum valde veniéntibus frátribus, & teſtimónium perhibéntibus veritáti tuæ, ſicut tu in veritáte ámbulas. Majórem horum non hábeo grátiam, quàm ut aúdiam fílios meos in veritáte ambuláre. Caríſſime, fidéliter facis quidquid operáris in fratres, & hoc in peregrínos, qui teſtimónium reddidérunt caritáti tuæ in conſpéctu Eccléſiæ, quos, benefáciens, dedúces dignè Deo. Pro nómine enim ejus profécti ſunt, nihil accipiéntes à géntibus. Nos ergò debémus ſuſcípere hujúſmodi, ut cooperatóres ſimus veritátis.

℟. Dixérunt Apóſtoli Dómine, da ſervis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum. * Cùm oráſſent, repléti ſunt omnes Spíritu-ſancto; Allelúia, allelúia. *Act.* 4. 29. 31. ℣. Qui aſcéndit ſuper cœlum cœli, ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis. *Pſ.* 67. 34.* Cùm oráſſent.

Lectio ij. *v.* 9. *ad fin.*

SCripsíſſem fórſitan Eccléſiæ; ſed is, qui amat primátum gérere in eis, Diótrephes, non récipit nos: propter hoc ſi vénero, commonébo ejus ópera quæ facit, verbis malígnis gárriens in nos: & quaſi non ei iſta ſufficiant; neque ipſe ſúſcipit fratres; & eos, qui ſuſcípiunt, próhibet, & de Eccléſia éjicit. Caríſſime, noli imitári malum, ſed quod bonum eſt. Qui bene facit, ex Deo eſt: qui malè facit, non vidit Deum. Demétrio teſtimónium rédditur ab ómnibus, & ab ipſa veritáte; ſed & nos teſtimónium perhibémus; & noſti quóniam teſtimónium noſtrum verum eſt. Multa hábui tibi ſcríbere; ſed nólui per atraméntum & cálamum ſcríbere tibi. Spero autem prótinus te vidére, & os ad os loquémur. Pax tibi. Salútant te amíci. Salúta amícos nominátim.

›quebántur verbum
fidúcia: * Multitú-
em credéntium erat
ı, & ánima una; Al-
lelúia. *Act.* 4. 31. 32.
.icit Dóminus: Dabo
num, & viam unam,
eis pactum ſempitér-
·. 32. 39. 40. * Mul-

ncti Evangélii ſecún-
lùm Lucam.
j. *c.* 5. 17. *ad* 26.
témpore; Factum eſt
diérum, & ipſe Je-
ıat docens. Et erant
ſedéntes, & legis Do.
ui vénerant ex omni
Galilææ, & Judææ,
lem: & virtus Dó-
ad ſanándum eos. Et

ília ſancti Hilárii
epíſcopi.
nt. in Matt. cap. 8.
ret Scribas remíſſum
hómine peccátum:
n enim tantùm in Je-
to contuebántur, &
ı eſt ab eo, quod lex
›n póterat; fides enim
ficat. Deínde murmu-
ı eórum Dóminus in-
, dicítque fácile eſſe
minis peccáta dimít-
:rùm enim nemo po-
ttere peccáta niſi ſo-
s. Ergo qui remíttit,
:. Quia nemo remíttit
ıs, Deus in hómine
, *curatiónem hómini*
:, *& nulla ei agéndi*
Verna.

& loquéndi erat difficúltas, cui ſubeſt totum poſſe quod lóquitur. Porrò autem ut ipſe eſſe in córpore póſitus intélligi poſſet qui & ánimis peccáta dimítteret, & reſurrectiónem corpóribus præſtáret, ait: [Ut ſciátis quóniam Fílius hóminis habet poteſtátem in terra dimíttere peccáta, ait Paralytico: Surge.] Sed quia omnis erat perficiéndi óperis rátio explicánda, adjécit: [Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.]

℟. Conveniébant turbæ multæ ut audírent, & curaréntur ab infirmitátibus ſuis. Et Jeſus ſedébat docens, & * Virtus Dómini erat ad ſanándum eos; † Allelúia, allelúia. *Luc.* 5. 15. 17. ℣. Miſit Dóminus verbum ſuum, & ſanávit eos. *Pſ.* 106. 20. * Virtus. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Fílius hóminis habet poteſtátem in terra dimittèndi peccáta; Allelúia. *Luc.* 5. 24.

Oratio.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut ſancto-Spíritu congregáta, hoſtíli nullátenus incurſióne turbètur; Per Dóminum .... in unitáte ejúſdem.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. cap. 13. de reform.

SUbdiáconi ordinéntur, habéntes bonum teſtimónium, & in minóribus Ordínibus jam probáti, ac lítteris, & his quæ ad Ordinem exercéndum pértinent, inſtrúcti. Qui ſperent, Deo autóre, ſe continére poſſe.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Viri per tégulas ſummiſérunt Paralyticum ante Jeſum, quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittúntur tibi peccáta tua; Allelúia. *Luc.* 5. 19. 20.

SABBATO

Quatuor Temporum.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Pſalmi, Exúrgat Deus, 74. Mons Dei, 74. In eccléſiis, 75.

Incipit Epíſtola Cathólica beáti Judæ apóſtoli.

Lectio j. *v.* 1. *ad* 8.

JUdas Jeſu Chriſti ſervus, frater autem Jacóbi, his qui ſunt in Deo Patre diléctis, & Chriſto Jeſu conſervátis, & vocátis; Miſericórdia vobis, & pax, & cáritas adimpleátur. Caríſſimi, omnem ſolicitúdinem fáciens ſcribéndi vobis de commúni veſtra ſalúte, necéſſe hábui ſcríbere vobis: déprecans ſupercertári ſemel tráditæ ſanctis fidei. Subintroiérunt enim quidam hómines (qui olim præſcrípti ſunt in hoc judícium) ímpii, Dei noſtri grátiam transferéntes in luxúriam; & ſolum Dominatórem & Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum negántes. Commonére autem vos volo, ſciéntes ſemel ómnia, quóniam Jeſus pópulum de terra Ægypti ſalvans, ſecúndò eos qui non crediderunt, pérdidit: Angelos verò, qui non ſervavérunt ſuum principátum, ſed dereliquérunt ſuum domicílium, in judícium magni diéi, vínculis ætérnis ſub calígine reſervávit. Sicut Sódoma, & Gomórrha, & finítimæ civitátes símili modo exfornicátæ, & abeúntes poſt carnem álteram, factæ ſunt exémplum, ignis ætérni pœnam ſuſtinéntes. Similiter & hi carnem quidem máculant, dominatiónem autem ſpernunt, majeſtátem autem blaſphémant.

℟. Quid orémus ſicut opórtet, neſcímus; ſed * Ipſe Spíritus póſtulat pro nobis gemítibus inenarrabílibus; Allelúia, allelúia. *Rom.* 8. 26. ℣. In die illa, dicit Dóminus, effúndam ſuper domum David, & ſuper habitatóres Jeruſalem ſpíritum grátiæ, & precum. *Zach.* 12. 9. 10. * Ipſe.

Lectio ij. *v.* 17. *ad fin.*

VOs autem caríſſimi, mémores eſtóte verbórum, quæ prædícta ſunt ab Apóſtolis Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui dicébant vobis, quóniam in noviſſimo témpore

ent illuſóres, ſecúndùm
léria ſua ambulántes in
etátibus. Hi ſunt qui ſé-
ant ſemetípſos, animáles,
tum non habéntes. Vos
m caríſſimi, ſuperædifi-
es voſmetípſos ſanctíſſimæ
æ fidei, in Spíritu-ſancto
tes, voſmetípſos in dile-
e Dei ſerváte, expectán-
iſericórdiam Dómini no-
Jeſu Chriſti in vitam æ-
m. Et hos quidem ar-
judicátos: illos verò
te, de igne rapiéntes.
autem miſerémini in ti-
; odiéntes & eam, quæ
lis eſt, maculátam tú-
n. Ei autem, qui potens
os conſerváre ſine pec-
& conſtitúere ante conſ-
m glóriæ ſuæ immaculá-
exultatióne in advéntu
ini noſtri Jeſu Chriſti;
Deo Salvatóri noſtro, per
n Chriſtum Dóminum
um, glória & magnifi-
a, impérium & potéſtas
omne ſéculum, & nunc,
ómnia ſécula ſeculórum:
n.

Qui confirmat nos in
ſto, & qui unxit nos
; qui * Et ſignávit nos,
dit pignus Spíritûs in cór-
noſtris; Allelúia, alle-
2. *Cor.* 1. 21. 22. ℣. Dó-
Deus noſter pépigit
cum fœdus. *Deut.* 5. 2.
ſignávit nos, & dedit pi-
Spiritûs in córdibus no-
Allelúia, allelúia.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 4. 31. *ad* 37.

IN illo témpore; Deſcéndit Jeſus in Caphárnaüm civitátem Galilææ; ibíque docébat illos ſábbatis. Et ſtupébant in doctrína ejus, quia in poteſtáte erat ſermo ipsíus. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 4. *§.* 57.

VIde cleméntiam Dómini Salvatóris: nec indignatióne commótus, nec ſcélere offénſus, nec injúriâ violátus Judæam déſerit: quin étiam immemor injúriæ, memor cleméntiæ, nunc docéndo, nunc liberándo, nunc ſanándo, infídæ plebis corda demúlcet. Et bene ſanctus Lucas virum ab ſpíritu nequítiæ liberátum antè præmíſit, & ſubſtítuit féminæ ſanitátem. Utrúmque enim ſexum Dóminus curatúrus advénerat: & prior ſanári débuit, qui prior creátus eſt, nec prætermítti illa, quæ mobilitáte magìs ánimi, quàm pravitáte peccáverat.

℟. Jeſus docébat ſábbatis; & * Stupébant in doctrína ejus, quia in poteſtáte erat ſermo ipsíus; † Allelúia, allelúia. *Luc.* 4. 31. 32. ℣. Sapiéntia in ecclésiis Altíſſimi apériet os ſuum, & in médio pópuli ſui exaltábitur, & in

plenitúdine ſancta admirábitur. *Eccli.* 24. 2. 3. * Stupébant. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

℣. *Sacerdotalis*, Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ℟. In civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus; Allelúia. *Pſ.* 47. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Colloquebántur ad ínvicem, dicéntes: Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtáte & virtúte ímperat immúndis ſpirítibus, & éxeunt? Allelúia. *Luc.* 4. 36.

Oratio.

MEntibus noſtris, quæſumus, Dómine, Spíritum-ſanctum benígnus infúnde; cujus & ſapiéntiâ cónditi ſumus, & providéntiâ gubernámur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi quinto.

An. 1579. *part.* 3. *cap.* 2.

QUi ſacris Ordínibus, ſcilicet Subdiaconátu, Diaconátu, Sacerdótio initiándi ſunt, cum ornáti excultíque iis virtútibus eſſe débeant, quæ in cléricis inferiórum Ordinum requirúntur; ſicut ad altiórem Ordinis gradum aſcéndunt, ita virtútum, & probitátis, & doctrínæ, quodam quaſi aſcénſu præſtáre debent.

ROPRIUM SANCTORUM.

Pars Verna.

mpore Quadrageſimæ omit-
r Allelúia, *in omnibus An-*
onis & Verſiculis ex Com-
ni Sanctorum deſumptis.

Ie X. Februarii.

ICTÆ SCHOLASTICÆ
Virginis

Commemoratio.

ridie, In Vesperis,
. Obaudíte me, ℣. Divíni,
vij. *Oratio*, Deus, qui ha-
iculum, xxxix.

Laudibus Matutinis, *Ant.*
idens, ℣. Sitívit, *Oratio*,
ıs, qui habitáculum, xxxix.

Die XXIV.

an. Biſſextili Die XXV.]
In feſto

MATTHIÆ APOSTOLI.

Duplex-majus.

nnia de Communi Apoſtolo-
, j. *exceptis quæ ſequuntur.*

Primis Vesperis.

Id Magníficat, *Ant.* I. D.*
ortet ex his viris qui no-
um ſunt congregáti, teſtem
rrectiónis Jeſu nobíſcum
unum ex iſtis. Et ſtatué-
duos, Joſeph qui cogno-
átus eſt Juſtus, & Mat-
m. *Act.* 1. 21. 22. 23.
ratio, Deus, qui beátum,
ad Laudes.

Commemoratio Feriæ occurr.

In I. Nocturno.

Lectiones de Scriptura occur-
rente ; ex duabus fiunt tres.

In II. Nocturno.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio iv. *c.* 1. 15. *ad* 20.

IN diébus illis exúrgens Petrus in médio fratrum dixit : (erat autem turba hóminum ſimul ferè centum vìginti.) Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram quam prædíxit Spíritus-ſanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jeſum ; quì connumerátus erat in nobis, & ſortítus eſt ſortem miniſtérii hujus. Et hic quidem poſſédit agrum de mercéde iníquitátis, & ſuſpénſus crépuit médius : & diffúſa ſunt ómnia víſcera ejus. Et notum factum eſt ómnibus habitántibus Jerúſalem, ita ut appellarétur ager ille linguâ eórum, Hacéldama, hoc eſt, ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmórum : Fiat commorátio eórum deſérta, & non ſit qui inhábitet in ea ; & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Lectio v. *v.* 21. *ad* 23.

OPórtet ergo ex his viris, qui nobíſcum ſunt congregáti in omni témpore, quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jeſus, incípiens à baptíſmate Joánnis uſque in diem quâ aſſúmptus eſt à nobis, teſtem reſurrectiónis ejus nobíſcum fieri unum ex iſtis. Et ſtatuérunt duos, Joſeph qui vocabátur Bárſabas, qui cognominátus eſt Juſtus; & Matthíam.

Lectio vj. *v.* 24. *ad fin.*

ET orántes dixérunt: Tu Dómine, qui corda noſti ómnium, oſténde quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum miniſtérii hujus, & apoſtolátûs, de quo prævaricátus eſt Judas ut abíret in locum ſuum. Et dedérunt ſortes eis; & cécidit ſors ſuper Matthíam, & annumerátus eſt cum úndecim Apóſtolis.

In III. Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 19. 27. *ad* 29.

IN illo témpore; Reſpóndens Petrus dixit Jeſu: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; quid ergo erit nobis; Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi presbyteri.

Lib. 3. *Comment. in cap.* 19. *Matt. circa finem.*

GRandis fidúcia: Petrus piſcátor erat; dives non fúerat, cibos manu & arte quærébat: & tamen lóquitur confidénter; [Relíquimus ómnia.] Et quia non ſúfficit tantùm relínquere, jungit quod perféctum eſt; [Et ſecúti ſumus te.] Fécimus quod juſſiſti, quid ígitur nobis dabis præmii?

Lectio viij.

JEſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratióne, cùm ſéderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim judicántes duódecim tribus Iſraël.] Non dixit, [Qui reliquíſtis ómnia;] hoc enim & Crates fecit philóſophus, & multi álii divítias contempſérunt: ſed, [Qui ſecúti eſtis me,] quod próprie Apoſtolórum eſt atque credéntium. [In regeneratióne cùm ſéderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ (quando & mórtui de corruptióne reſúrgent incorrúpti) ſedébitis & vos in sóliis judicántium, condemnántes duódecim tribus Iſraël;] quia vobis credéntibus illi crédere noluérunt.

Lectio ix. *de Evangelio & Homilia Feriæ occurrentis cum Reſponſorio Evangelico ejuſdem Feriæ.*

Te Deum,

Ad Benedíctus, *Ant* 2. D.* Orántes Apóſtoli dixérunt: Tu Dómine, qui corda noſti ómnium, oſténde quem elégeris ex his duóbus unum,

accípere locum miniſtérii hujus, & apoſtolátûs, de quo prævaricátus eſt Judas. *Act.* 1. 24. 25.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apoſtolórum tuórum collégio ſociáſti; tribue, quæſumus, ut ejus interceſſióne, tuæ circa nos pietátis ſemper víſcera ſentiámus; Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ occurrentis.

Ad Magníficat, *Ant. 6. F.* Dedérunt ſortes eis, & cécidit ſors ſuper Matthíam; & annumerátus eſt cum úndecim Apóſtolis. *Act.* 1. 26.

Oratio, Deus, qui beátum, *ſuprà ad Laudes.*

Commemoratio Feriæ occurrentis.

DIE XXVI.

SANCTI AGRICOLÆ, Nivernenſis epiſcopi

Commemoratio.

Pridie, IN VESPERIS, *Ant.* Reſpéxit, xvij. ℣. Quæſívit, xvj. *Oratio*, Exaúdi, xix.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Exaúdi, xix.

FESTA MARTII.

DIE I.

SANCTI ALBINI, Andegavenſis epiſcopi

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Reſpéxit, *xvij.* ℣. Quæſívit, *xvj. Oratio*, Quæſumus, xix.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Quæſumus, xix.

DIE III.

S. CAMILLÆ, VIRGINIS in territorio Autiſſiodorenſi

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Obaudíte, ℣. Divíni, xxxvij. *Oratio*, Fidéles, xxxix.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Gaudens, ℣. Sitívit, *Oratio*, Fidéles, xxxix.

DIE VII.

SS. PERPETUÆ & Felicitatis martyrum

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Poſuíſti nos ſubſannatiónem & deríſum his qui ſunt in circúitu noſtro; & iníquè non égimus in teſtaménto tuo, & non recéſſit retro cor noſtrum. *Pſ.* 43. 14. 18. 19.

℣. Humiliáſti nos in loco afflictiónis, ℟. Et coopéruit nos umbra mortis. *Pſ.* 43. 20.

Oratio, Omnípotens, *infrà.*

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Salváſti nos de affligéntibus nos, & odiéntes nos confudíſti; & in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſ.* 43. 8. 9.

℣. Deus noſter refúgium & virtus; ℟. Adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis. *Pſ.* 45. 2.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui infírma mundi éligis ut fórtia quæque con-

fúndas; da nobis, intercedéntibus beátis martyribus tuis Perpétuâ & Felicitáte, ut ſpíritu tuæ veritátis armáti, mundum ſive blandiéntem, ſive ſæviéntem víncere pro tui nóminis amóre valeámus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte.

DIE XV
S. PATRICII, H
rum apoſtoli, a
SS. Amatoris &
Commemor
Pridie IN VE
Ant. Reſpéxit, xvij.
vit, xvj. *Oratio*, E
In Laudibus
Ant. In bonitáte,
Oratio, Exaúdi, x

DIE XXV. MARTI

IN ANNUNTIATIC
ET
INCARNATIONE DOM
SOLEMNE.

¶ *Si Feſtum hoc venerit in majori Hebdomada, vel intrà Octavam Paſchæ, celebrabitur Feriâ II. poſt Dominicam in Albis; & ejus Officium ordinabitur ut infrà*, 417.]

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 4. *toni.* E. *dupl.*

DOmine exercítuum úſquequo tu non miſeréberis Jerúſalem? Iſte jam ſeptuagéſimus annus eſt. *Zach.* 1. 12.

Ant. 5. *F.* Placáre Dómine: atténde & fac: ne moréris propter temetípſum. *Dan.* 9. 19.

Ant. 8. G. Da teſtimónium his qui ab inítio creatúræ tuæ ſunt, & ſúſcita prædicatiónes quas locúti ſunt
Eccli. 36. 17.

Ant. 6. C. Miſe
quem coæquáſti p
tuo; reple glóriâ
lum tuum. *Eccli.* 3

Ant. 4. d. Deus
Dóminus totíus
exaúdi: meménto
teſtaménti tui, ut
tes agnoſcant, quia
Judith 9. 17. 18. 1

Capitulum. *Iſai.* 6

ELeváte ſignum
los. Ecce Dón
tum fecit in extré
dícite filiæ Sion: I
tor tuus venit: ec
ejus cum eo.

℟. Hæc dic

ım : Ecce ego : * Ad-
rvum meum Orién-
aúferam iniquitátem
ch. 3. 8. 9. ℣. Videns
:tiónem pópuli mei,
:um eórum audívi.
ɭ. * Addúcam. Glória.
℞. Hæc dicit.
'. *Santol. Vict.*
: illa ſolémnis dies,
:s ſalútis núntia,
ſa cœlo, triſtibus
terris gaúdia.
ᴜs omnes crímine,
.vi lapſi ſumus :
apſos érigat
t in terras Deus.
Patris ætérno ſinu,
ɔroles náſcitur,
s fit témpori,
ec horret Vírginis.
ᴀʟᴇ corpus índuit,
ıdo víctimam;
:énti ſánguine,
ɔcéntûm díluat.
cuncta complet nú-
ıe,
ſe in artus cólligit :
edúcat ad Deum,
obíſcum Deus.
ᴅᴏ redémptor qui
ıis,
laus máxima,
re, nec tibi minor
riúſque Spíritus.
:n.
:xúrgens miſeréberis
Quia tempus miſe-
:. *Pſ.* 101. 14.
níf. *Ant.* 1. D.* *dupl.*
ɔmus David : dabit
ipſe vobis ſignum; Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen ejus Emmánuël. *Iſai.* 7. 13. 14.

Oratio.

DEus, qui Unigénitum tuum tibi coætérnum ex María vírgine hóminem in plenitúdine témporis fíeri voluíſti; præſta, quæſumus, ut ejus Incarnatiónis myſtério adoptiónem filiórum recipiámus; Per eúndem Dóminum noſtrum.

Cᴏᴍᴘʟᴇᴛᴏʀɪᴜᴍ, *ut in die infrà*, 417.

Oratio, Deus, qui Unigénitum tuum, *ſuprà*, & Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Quod in María natum eſt, de Spíritu-ſancto eſt : * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 20.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

COELESTIS ales núntiat
Impléndа mox myſtéria :
Virtúte fecúndâ Deus
Illápſus implet Vírginem.

Qᴜᴀʟɪs ſtupéndo glória
Te, Virgo, de partu manet!
Concéptus in tuo ſinu
Natus Deo, nunc eſt tuus.

Dᴇ virgináli ſánguine,
Quem nulla labes ínficit,
Fingénte ſancto-Spíritu,
Chriſti caro compíngitur.

Nᴏʙɪs per hanc mortálibus
Lactéſcit eſca Cœlitum :
Nos paſcit infántes homo,
Qui paſcit Angelos Deus.

Mundo redémptor qui
venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, nec tibi minor
Laus, utriúſque Spíritus.
Amen.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ Virginis, l.

In I. Nocturno.

Ant. 8. G. *dupl.* Hæc dicit Dóminus: Zelátus ſum Sion zelo magno: revértar ad Jerúſalem in miſericórdiis. *Zach.* 1. 14. 16.

Ant. 7. d. Propè feci juſtítiam meam, non elongábitur, & ſalus mea non morábitur. *Iſai.* 46. 13.

Ant. 1. D. Dabo in Sion ſalútem, & in Iſraël glóriam meam. *Iſai.* 46. 13.

℣. Propè eſt juſtus meus,
℟. Egréſſus eſt ſalvátor meus. *Iſai.* 51. 5.

De Iſaía prophéta.

Lectio j. *c.* 7. 10. *ad* 15.

Adjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profúndum inférni, ſive in excélſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo domus David: Nunquid parum vobis eſt, moléſtos eſſe homínibus, quia moléſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum; Ecce Virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuël; bútyrum & mel cómedet, ut ſciat reprobáre malum, & elígere bonum. Hæc dicit Dóminus Deus: Convertímini ad me, & ſalvi éritis.

℟. Lauda & lætáre filia Sion; quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, & applicabúntur gentes multæ ad Dóminum, * Et erunt mihi in pópulum. *Zach.* 2. 10. 11.
℣. Inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos, & ero illórum Deus. 2. *Cor.* 6. 16.
* Et erunt.

Lectio ij. *c.* 11. 1. *ad* 5.

Et egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcéndet, & requiéſcet ſuper eum ſpíritus Dómini: ſpíritus ſapiéntiæ & intelléctûs, ſpíritus consílii & fortitúdinis, ſpíritus ſciéntiæ & pietátis; & replébit eum ſpíritus timóris Dómini. Non ſecúndùm viſiónem oculórum judicábit, neque ſecúndùm audítum aúrium árguet; ſed judicábit in juſtítia paúperes, & árguet in æquitáte pro manſuétis terræ: & percútiet terram virgâ oris ſui, & ſpíritu labiórum ſuórum interfíciet ímpium. Et erit juſtítia cíngulum lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus. Hæc dicit Dóminus Deus: Convertímini, &c.

℟. Solve víncula colli tui captíva filia Sion: gratìs venúndati eſtis, & ſine argénto redimémini; quia * Ego ipſe

iébar, ecce adſum.
2. 3. 6. ℣. Implétum
ıus, & appropinquá-
um Dei. *Marc.* 1. 15.
ſe.
ij. *c.* 35. 1. *ad* 7.
ibitur deſérta & ínvia,
exultábit ſolitúdo, &
quaſi lílium. Gérmi-
rminábit, & exultá-
ıúnda & laudans: gló-
ıni data eſt ei; decor
i, & Saron; ipſi vidé-
óriam Dómini, & de-
Dei noſtri. Confortáte
diſſolútas, & génua
roboráte. Dícite puſil-
: Confortámini, &
imére; ecce Deus ve-
ónem addúcet retribu-
Deus ipſe véniet, &
vos. Tunc aperiéntur
æcórum, & aures ſur-
patébunt; tunc ſáliet
rvus claudus, & apérta
gua mutórum; quia
unt in deſérto aquæ,
ntes in ſolitúdine; &
at árida, erit in ſta-
& sítiens, in fontes
n. Hæc dicit Dóminus
&c.
Nunc víncula tua diſ-
ı: Célebra Juda feſti-
tuas, quia * Non adjí-
rà ut pertránſeat in
al; univérſus intériit.
1. 13. 15. ℣. Nunc
s hujus mundi ejicié-
s. *Joan.* 12. 31.* Non
Glória. * *Non adjí-*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. *a. dupl.* Sicut pro-
míſit Deus in lege, ſperámus
quòd citò noſtri miſerébitur.
2. *Mach.* 2. 18.

Ant. 2. D. Oppróbrium pó-
puli ſui aúferet de univérſa
terra. Ecce Deus noſter iſte,
lætábimur in ſalutári ejus.
Iſai. 25. 8. 9.

Ant. 3. a. Nunc Dominá-
tor in Iſraël magnificábitur;
& erit iſte pax. *Mich.* 5. 4. 5.

℣. Deſcéndet ſicut plúvia
in vellus, ℟. Et ſicut ſtillicí-
dia ſtillántia ſuper terram.
Pſ. 71. 6.

De Sermóne ſancti Leónis
papæ.

Serm. 2. *de Nativit. Domini,*
poſt initium.

Lectio iv.

DEus omnípotens & cle-
mens, cujus natúra bó-
nitas, cujus volúntas potén-
tia, cujus opus miſericórdia
eſt; ſtatim ut nos diabólica
malígnitas venéno ſuæ morti-
ficávit invídiæ, prædeſtináta
renovándis mortálibus ſuæ
pietátis remédia inter ipſa
mundi primórdia præſignávit:
denúntians ſerpénti futúrum
ſemen mulíeris, quod nóxii
cápitis elatiónem ſuâ virtúte
contéreret; Chriſtum ſcílicet
in carne ventúrum, Deum ho-
minémque ſigníficans, qui
natus ex Vírgine, violatórem
humánæ propáginis incorrúptâ
nativitáte damnáret. Tu autem
Dómine.

℟. Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium, & * Vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri. *Iſai.* 52. 10. ℣. Vidébit omnis caro ſalutáre Dei. *Luc.* 3. 6. * Vidébunt.

Lectio v.

NAm quia gloriabátur diábolus, ſuâ fraude decéptum hóminem divínis caruíſſe munéribus, & immortalitátis dote nudátum, duram mortis ſubiíſſe ſenténtiam, ſeque in malis ſuis quoddam de prævaricatóris conſórtio inveníſſe ſolátium; Deum quoque juſtæ ſeveritátis exigénte ratióne, erga hóminem, quem in tanto honóre condíderat, antíquam mutáſſe ſenténtiam: opus fuit, dilectíſſimi, ſecréti diſpenſatióne consílii, ut incommutábilis Deus, cujus volúntas non poteſt ſuâ benignitáte privári, primam pietátis ſuæ diſpoſitiónem ſacraménto occultióre compléret, & homo diabólicæ iniquitátis verſútiâ actus in culpam, contra Dei propóſitum non períret.

℟. Loquétur Dóminus Deus pacem in plebem ſuam. * Propè timéntes eum ſalutáre ipsíus, ut inhábitet glória in terra noſtra. *Pſ.* 84. 9. 10. ℣. Deus Iſraël eréxit cornu ſalútis nobis, in domo David púeri ſui. *Luc.* 1. 69. * Propè.

Lectio vj.

ADveniéntibus ergo tempóribus, dilectíſſimi, quæ redemptióni hóminum fúerant præſtitúta, ingréditur hæc ínfima Jeſus Chriſtus filius Dei, de cœléſti ſede deſcéndens, & à patérna glória non recédens; novo órdine, novâ nativitáte generátus. Novo órdine, quia inviſíbilis in ſuis, visíbilis factus eſt in noſtris; incomprehensíbilis, vóluit comprehéndi; ante témpora manens, eſſe cœpit ex témpore; univerſitátis Dóminus, ſervílem formam obumbrátâ majeſtátis ſuæ dignitáte ſuſcépit; impaſſíbilis Deus, non dedignátus eſt homo eſſe paſſíbilis; & immortális, mortis légibus ſubjacére. Novâ autem nativitáte génitus eſt, concéptus à Vírgine, natus ex Vírgine, ſine patérnæ carnis concupiſcéntia, ſine matérnæ integritátis injúria; quia futúrum hóminum Salvatórem talis ortus decébat, qui & in ſe habéret humánæ ſubſtántiæ natúram, & humánæ carnis inquinaménta neſcíret.

℟. Laudáte cœli, quóniam miſericórdiam fecit Dóminus: jubiláte extréma terræ, * Reſonáte montes jubilatiónem, quóniam † Redémit Deus Jacób, & Iſraël gloriábitur. *Iſai.* 44. 23. ℣. Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1. 68. * Reſonáte. Glória. † Redémit.

III. NOCTURNO.
8. *G. dupl.* Miſſus eſt án-
Gábriël à Deo ad Vírgi-
eſponſátam Joſeph, de
David, & nomen Vír-
María. *Luc.* 1. 26. 27.
.7. *d.* Ingréſſus Ange-
eam, dixit: Ave grá-
na; Dóminus tecum;
.ćta tu in muliéribus.
. 28.
. 8. c. Turbáta eſt in
ne ejus: & ait Angelus
: tímeas María, inveni-
n grátiam apud Deum.
. 29. 30.
óminus dabit benignitá-
. Et terra noſtra dabit
n ſuum. *Pſ.* 84. 13.
ſancti Evangélii ſecún-
dùm Lucam.
vij. *c.* 1. 26. *ad* 38.
llo témpore, Miſſus eſt
elus Gábriël à Deo in
em Galilææ, cui no-
Názareth, ad Vírginem
ſátam viro, cui nomen
ſeph, de domo David,
nen Vírginis, María. Et
a.
mília ſancti Ambróſii
epíſcopi.
. *Evang. ſec. Luc. lib.* 2.
cap. 1. §. 8.
ingréſſus ad eam Ange-
s dixit: Ave grátiâ ple-
óminus tecum: bene-
tu inter mulíeres.] Ipſa
ut vidit eum, mota eſt
róitu ejus. Diſce vírgi-
móribus, *diſce vírginem*
ndiâ, diſce vírginem
Verna.

oráculo, diſce myſtério. Trepidáre vírginum eſt, & ad omnes viri ingréſſus pavére, omnes viri affátus veréri. Diſcant mulíeres propóſitum pudóris imitári. Sola in penetrálibus, quam nemo virórum vidéret, ſolus Angelus reperíret: ſola ſine cómite, ſola ſine teſte; ne quo degéneri depravarétur affátu, ab Angelo ſalutátur. Diſce, virgo, verbórum vitáre laſcíviam: María étiam ſalutatiónem Angeli verebátur.

℟. Ecce concípies in útero, & páries fílium, & vocábis nomen ejus Jeſum;* Ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. *Luc.* 1. 31. *Matt.* 1. 21. ℣. Egrediétur qui ſit Dominátor in Iſraël, & egréſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis; & converténtur. *Mich.* 5. 2. 4. * Ipſe.

Lectio viij. §. 15. 16.

TAnti namque mandáti myſtérium non hóminis fuit, ſed Angeli ore proméndum. Hódie primùm audítur [Spíritus-ſanctus ſupervéniet in te.] Et audítur, & créditur. Dénique, [Ecce] inquit [ancílla Dómini, contíngat mihi ſecúndùm verbum tuum.] Vide humilitátem, vide devotiónem. Ancíllam ſe dicit Dómini, quæ Mater elígitur: nec repentíno exaltáta promíſſo eſt. Simul ancíllam dicéndo, nullam ſibi prærogatívam tantæ grátiæ vindicávit, quæ fáceret quod juberétur. Ma-

enim humilémque paritúra, humilitátem débuit étiam ipſa præférre.

℟. Hic erit magnus, & Fílius Altíſſimi vocábitur, & dabit illi Dóminus ſedem David patris ejus: * Et regnábit in domo Jacob in ætérnum. *Luc*, 1. 32. ℣. Multiplicábitur ejus impérium: ſuper ſólium David ſedébit, ut confirmet illud in juſtítia, ámodo & uſque in ſempitérnum. *Iſai.* 9. 7. * Et regnábit.

Lectio ix. §. 16. 17.

ECce ancílla Dómini, contíngat mihi ſecúndùm verbum tuum.] Habes obſéquium, vides votum. [Ecce enim ancílla Dómini,] apparátus offícii eſt: [contíngat mihi ſecúndùm verbum tuum,] concéptus eſt voti. María autem cùm dicit: [Quómodo fiet iſtud; quóniam virum non cognóvi?] Non vidétur dubitáſſe de facto, ſed de facti qualitáte quæſiſſe. Liquet enim quia faciéndum eſſe credíderat quæ quómodo fieret, interrogávit. Unde & méruit audíre: [Beáta quæ credidíſti.]

℟. Virtus Altíſſimi obumbrábit tibi; ideóque & * Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei: dixit María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi ſecúndùm verbum tuum. *Luc*. 1. 35. 38. ℣. Creávit Dóminus novum ſuper terram: fœmina circúndabit virum. *Jer*. 31. 22. * Quod naſ Sanctum, vocáb Dei: dixit María: cílla Dómini, fiat n dùm verbum tuun *Repetitur* ℟. Virtus

Te Deum.

A D L A U

M A T U T I N

℣. *Sacerdotalis*, litáte noſtra memo ſtri Dóminus, ℟. Q ætérnum miſericói *Pſ*. 135. 23.

Pſalmi de Domi

Antiphona 5. t

LAuda fília Sion & exúlta in om fília Jerúſalem: R Dóminus in médio ti 3. 14. 15.

Ant. 2. D. Semetí nanívit, formam ſe piens, in ſimilitúdin num factus. *Philipp*.

Ant. 1. â. Dedit ſe pro nobis, ut nos r ab omni iniquitáte, & ret ſibi pópulum a lem. *Tit*. 2. 14.

Ant. 3. g. Sic D

Canticum.

Iſaiæ 52. 7. *a*

QUàm pulcri ſu tes * pedes an & prædicántis pace Annuntiántis boni dicántis ſalútem, * Sion: Regnábit De Vox ſpeculatórum levavérunt vocem, dábunt.

óculum vi-
vérterit Dó-

iudáte ſimul
; * quia con-
ius pópulum
erúſalem.
us bráchium
1 óculis óm-

omnes fines
)ei noſtri.
Deus diléxit
m ſuum uni-
Ioan. 3. 16.
im ſuum uni-
'eus in mun-
is per eum.

Ioan. 4. 15. 16.
iféſſus fúerit
ſus eſt Fílius
o manet, &
ios cognóvi-
mus caritáti
is in nobis.
Santol. Vict.
rnis ſédibus,
annos óbſi-

n viæ,
m genus.
en Rex cúriæ
cœlum viam,
t éxules,
éxulem.
æbet ducem,
lántibus;
ucit, via,
e términus.
éma véritas,
órporis,

Puris vidénda méntibus,
Luſtra tuo nos lúmine.

Et tu, tuórum ſis memor,
Quæ, dum modéſto péctore
Te dicis ancíllam Dei,
Regína mundi díceris.

Mundo redémptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, nec tibi minor
Laus, utriúſque Spíritus.
Amen.

℣. Redemptiónem miſit Dóminus pópulo ſuo, ℟. Mandávit in ætérnum teſtaméntum ſuum. *Pſ.* 110. 9.

Ad Bened. *Ant.* 3. *E. dupl.* Viſitávit nos, óriens ex alto; illumináre his qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1. 78. 79.

Oratio.

Deus, qui in beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem ſuſcípere voluíſti; præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eúndem Dóminum noſtrum.

Ad Horas, *in fine Hymnorum*, *Doxologia*, Mundo redémptor qui venis, &c. *ſuprà.*

Pſalmi de Dominica.

Ad Primam, *Ant.* Lauda fília Sion.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es in María vírgine. *Matt.* 1. 20.

Oratio, Deus, qui in beátæ, *ſuprà*, *cum Oratione*, Dómine ſancte, *ſub una concluſione*

C A N O N.

Ex Concílio Lateranénſi.

An. 649. can. 3.

SI quis ſecúndùm ſanctos Patres non confitétur próprìè & ſecúndùm veritátem, Dei genitrícem ſanctam ſempérque vírginem & immaculátam Maríam, útpote ipſum Deum Verbum ſpeciáliter & veráciter .... abſque ſémine concepíſſe ex Spíritu-ſancto, & incorruptibíliter eam genuíſſe, indiſſolúbili permanénte & poſt partum ejúſdem virginitáte, condemnátus ſit.

Ad Tertiam, *Ant.* Semetípſum.

Capitulum. *Gal.* 4. 4. 5.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℞. *breve*, Conſolátus eſt Dóminus * Pópulum ſuum, ℞. Conſolátus eſt. ℣. Redémit Jerúſalem.* Pópulum. Glória. ℞. Conſolátus eſt. *Iſai.* 52. 9.

℣. Dóminus memor fuit noſtrì, ℞. Et benedíxit nobis. *Pſ.* 113. 12.

Ad Sextam, *Ant.* Dedit ſemetípſum.

Capitulum. 1. *Joan.* 4. 10.

IN hoc eſt cáritas: non quaſi nos dilexérimus Deum, ſed quóniam ipſe prior diléxit nos, & miſit Fílium ſuum propitiatiónem pro peccátis noſtris.

℞. *breve*, Miſericórdia & véritas * Obviavérunt ſibi, ℞. Miſericórdia. ℣. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt. * Obviavérunt. Glória. ℞. Miſericórdia. *Pſ.* 84. 11.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℞. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84. 12.

Ad Nonam, *Ant.* Filium.

Capitulum. 2. *Petr.* 1. 4.

MAxima & pretióſa nobis promíſſa donávit Deus; ut per hæc efficiámini divínæ conſórtes natúræ, fugiéntes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcéntiæ corruptiónem.

℞. *breve*, Memor fuit in ſéculum * Teſtaménti ſui, ℞. Memor. ℣. Verbi quod mandávit in mille generatiónes. * Teſtaménti. Glória. ℞. Memor. *Pſ.* 104. 8.

℣. Memor fuit verbi ſancti ſui, ℞. Quod hábuit ad Abraham púerum ſuum. *Pſ.* 104. 42.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo B. Mariæ virginis, lviij.

Antiphona 8. *toni.* G.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Joan.* 1. 1.

Ant. 1. D. Omnia per ipſum facta ſunt: in ipſo vita erat, & vita erat lux hóminum. *Joan.* 1. 3. 4.

Ant. 3. a. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. *Joan.* 1. 9.

Ant.

6. F. Verbum caro
eſt, & habitávit in
Joan. 1. 14.
. E. Ecce Deus habi-
m homínibus, & ipſi
ejus erunt, & ipſe
um eis erit eórum
Apoc. 21. 3.
lum. 1. Tim. 3. 16.
iféſtè magnum eſt pie-
tis ſacraméntum, quod
átum eſt in carne, ju-
m eſt in ſpíritu, appá-
gelis, prædicátum eſt
s, créditum eſt in mun-
umptum eſt in glória.
nctificávit tabernácu-
m Altíſſimus: * Deus
o ejus; Dóminus vir-
obiſcum: ſuſcéptor
Deus Jacob. Pſ. 45. 5.
Virgo páriet filium;
bunt nomen ejus Em-
: quod eſt interpretá-
obíſcum Deus. Matt.
23. * Deus. Glória.
r ℟. Sanctificávit.

Hymnus, Hæc illa ſolémnis dies, *ut in primis Veſperis.*

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. 3.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D.* *dupl.* Teſtificámur quóniam Pater miſit Fílium ſuum Salvatórem mundi. Nos ergo diligámus Deum, quóniam Deus prior diléxit nos. 1. *Joan.* 4. 14. 19.

Oratio, Deus, qui in beátæ, *ſuprà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Benedicéntur in te, & in sémine tuo cunctæ tribus terræ. *Gen.* 28. 14.

Hymnus, Virgo Dei génitrix, *in Officio parvo B. Mariæ*, lx.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. *irr.* c. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

Oratio, Deus, qui in beátæ, *ſuprà*, *&* Véritas, *ſub una concluſione.*

I ANNUNTIATIONE
INCARNATIONE DOMINI.

TEMPORE PASCHALI.

*a, exceptis quæ ſequun-
in præcedenti Officio,
ſemel* Allelúia *in fine
narum & ℣℣. & bis
in fine Reſponſorio-
iam brevium.*

IMIS VESPERIS.
ni de Dominica.
Verna.

[*Privatim ſeu extra Chorum fit Commemoratio de Dominica in Albis depoſitis.*]

Non fit ſtatio in Navi.

AD COMPLETORIUM, *ut ſuprà*, 417. *Orationes*, Deus, qui Unigénitum, 409. *&* Véritas, *ſub una concluſione.*

DA

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, (*in cujus fine additur* Allelúia) *& Hymnus ut notantur in alio Officio, ſuprà*, 409.

Antiphona, ℣. *&* ℟.℟.℟. *de tertio Nocturno, ſuprà*, 413.

Benedictiones, ut notantur pro Tempore Paſchali, 140.

Lectio j. *ex Iſaia*, Adjécit Dominus, *cui addetur Lectio*, Et egrediétur, *ſuprà*, 410.

Lectio ij. *ex eodem Iſaia*, Lætábitur deſérta, 411.

Lectio iij. *Evangelium cum prima Lectione Homilia*, 413.

℣ *Sacerdotalis*, In humilitáte, &c. *addendo in fine*, Allelúia, 414.

DIE XXVII.

S. ROMULI, ABBATIS Saxiaci in Diœceſi Autiſſiodorenſi

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Egrédere, xxvj. ℣. Sedébit, xxv. *omiſſo* Allelúia, (*ſi in Quadrageſima occurrat*) *& ſic in Laudibus. Oratio*, Deus, cujus múnere, xxvj.

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Fugit, ℣. Habitábit, *Oratio*, Deus, cujus múnere, xxvj.

FESTA APRILIS.

DIE I.

S. MARIÆ ÆGYPTIÆ, pœnitentis

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Dómine Deus meus, poſtquam convertíſti me, egi pœniténtiam: erúbui, quóniam ſuſtínui oppróbrium adoleſcéntiæ meæ. *Jer.* 31. 18. 19.

[*Tempore Paſchali, additur* Allelúia; *& ſic ad* ℣℣. *& Antiphonam ſequentes.*]

℣. Dixi: Confitébor advérsùm me injuſtítiam meam Dómino: ℟. Et tu remiſiſti impietátem peccáti mei. *Pſ.* 31. 5.

Oratio, Largíre, *infrà.*

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Pœniténtibus dedit Deus viam juſtítiæ. Quàm magna miſericórdia Dómini, & propitiátio illíus, converténtibus ad ſe! *Eccli.* 17. 20. 28.

℣. Miſericórdia tua magna eſt ſuper me, ℟. Et eruiſti ánimam meam ex inférno inferióri. *Pſ.* 85. 13.

Oratio.

LArgíre nobis, miſéricors Deus, ut beáta María Ægyptia, quæ te ſuper ómnia diligéndo ſuórum accépit véniam delictórum, pœniténtiæ ſalutáris donum nobis obtíneat; Per Dóminum.

DIE IV.

In feſto SANCTI AMBROSII, Mediolanenſis epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris.

Duplex-majus.

¶ *Hoc Feſtum ſi occurrat in Quadrageſima transferatur poſt Dominicam in albis depoſitis.*]

Omnia de Communi SS. Doctorum, xxiij. *exceptis quæ ſu-*

Oratio, Deus, qui
infrà.
prima de Scriptura
, tribus in unam

Lectio ij.
operib. S. Ambroſii.
ıbróſius, Patre Am-
róſio Galliárum præ-
:ƈto in Gálliis natus,
s diſciplínis Romæ
in auditório Præfe-
toriánæ ſumma cum
ıſas dixit. Póſtea Li-
Emíliæ à Probo præ-
:póſitus, venit Me-
, ubi mórtuo Auxén-
po Ariáno, Cathólici
ci de ſucceſſóre de-
inter ſe diſſidébant.
ım ingréſſus Ecclé-
ɔróſius, multa ad ſe-
ſeditiónem præclárè
ierepéntè púero Am-
epíſcopum procla-
univérſi pópuli vox
ıbróſium epíſcopum
:is. Recuſánte illo,
ı onus váriis ártibus
ım fugâ declinánte,
puli ſtúdium ad Va-
ım imperatórem de-
; cui gratíſſimum fuit
tos júdices ad ſacer-
ıſtuláti. Probo étiam
ım fuit, qui Ambró-
iſcénti quaſi vatíci-
rat: Vade, age non
, ſed ut epíſcopus.
nbróſius baptizátus,
m catechúmenus)
intrà ſeptem dies
ómnibus ordínibus, octávo, qui fuit ſéptimus Decémbris, epíſcopus conſecrátus eſt. Tum prædia ſua, uſufrúctu Marcellínæ ſorórì reſerváto, dedit Eccléſiæ, cétera partítus inter Eccléſiam & paúperes. Fácilis erat ómnibus ad eum áditus. Litigántium cauſas ſummâ patiéntiâ & æquitáte dirimébat. Quóties illi áliquis, ob percipiéndam pœniténtiam, lapſus ſuos conféſſus eſſet, ita flebat, ut & illum flere compélleret. Convívia quæ ad ſepúlcra Mártyrum fiébant, abrogávit. Clerum inter frugalitátis límites contínuit, & viduárum múnera accípere, nedum blandiméntis elícere, prohíbuit.

Lectio iij.

Plúrimos Ariános alióſque hæréticos convértit ad fidem: & claríſſimum in primis Eccléſiæ lumen Auguſtínum Chriſto péperit. Multa paſſus eſt à Juſtína Valentiniáni junióris matre, quam Ariáni ſedúxerant; eíque, ne ullæ iis baſílicæ Medioláni traderéntur, fórtiter óbſtitit. Eâ occaſióne inſtitútum eſt, ut Antiphónæ, Pſalmi & Hymni, juxta morem Orientálium caneréntur; ne pia plebs éxcubans in Eccléſia, & cum Epíſcopo mori paráta, mœróris tædio contabéſceret. Tunc étiam Ambróſio dívinitus indicátum eſt quo loco Gerváſii & Protáſii córpora delitéſcerent. Egit apud Valentiniánum junió-

rem, ne Symmacho urbis præfécto aram Victóriæ inſtaurándi fáceret poteſtátem. A Valentiniáno junióre miſſus ad Máximum interfectórem Gratiáni, eum à communióne ſummóvit. Theodóſium imperatórem propter cædem Theſſalónicæ factam, ingréſſu Ecclésiæ prohíbuit. Cui, cùm ille obténderet David quoque regem adúlterum & homicídam fuiſſe, reſpóndit Ambróſius: Qui ſecútus es errántem, ſéquere pœniténtem. Quare Theodóſius ſibi ab eo impóſitam públicam pœniténtiam humíliter egit; & quod priváti erubeſcébant, non erúbuit Imperátor. Máximis pro Ecclésia labóribus curíſque perfúnctus, multis étiam libris egrégiè conſcríptis, morbo corréptus eſt. Ei Honorátus Vercellénſis epíſcopus corpus Dómini óbtulit, quod ubi accépit, emíſit ſpíritum anno Chriſti trecentéſimo nonagéſimo ſéptimo, quarto die Aprílis, in pervigílio Paſchæ; epiſcopátûs autem vigéſimo tértio.

Oratio.

DEus, qui beátum Ambróſium pontíficem, fídei defenſórem, & Apoſtólicæ ſapiéntiæ ac firmitátis exémplum in Ecclésia tua conſtituíſti; dírige in caritáte tua & confirma corda noſtra; ut in fide inveniámur ſtábiles, & in ópere efficáces; Per.

DIE
In
SANCTI M
Autiſſiodoren
Semid
Omnia de Co
nachorum, xx
Lecti
Ex ejus vita

ALódii A
epíſco
naſtéri
Coſmæ & Da
Mamertíno, M
prædícti mon
ductus, à Bitu
venit, & in illu
tiſſimè poſtulá
rum número a
guláris vitæ in
profécit, ut b
vitæ innocéntiâ
plicitáte antec
lam, cui nome
ſus ad gregum
curam, virtú
præſertímque
ſigne præbuit e
ritis plenus, die
lis circa finem
Feriâ quartâ F
ampléxus fratr
vicini monaſté
Dóminum. C
Autiſſiodorénſ
delátum, ab ep
ræ mandátum
præfáti monaſt
Coſmæ & Dam
ejus miráculis
Mariáni nome
ingruéntibus

ii Eccléſiam, ibi
lis quiéſcit, &

:*apitulo de Feſto*

XXI.
feſto
MAMERTINI,
:enſis abbatis.
duplex.
Vesperis,
S. *Mariano*, In
s, *in Communi*,

, *&* *Hymnus*,
,·
os ſuum in ora-
pro deliſtis ſuis
, Allelúia. *Eccli.*

icat, *Ant.* 2. D.
l factórem ſuum,
d ſanctum Iſraël
non inclinábitur
æ fecérunt ma-
›n reſpíciet Iu-
ı; Allelúia. *Iſai.*

s, quem unum,
bus.
noratio S. Ma-
'mnis, ℣. Beáta
'*atia*, Omnípo-

FICIUM
ƚRNUM.
2, *&* *Hymnus*
ii, xxvij.
de Feria notati
'*empore.*
. *a. Beátus ho-*
ur à Deo, quia

ipſe vúlnerat & medétur, pércutit & manus ejus ſanábunt; Allelúia. *Job* 5. 17. 18.

℣. Quem díligit Dóminus caſtígat; ℟. Flagéllat autem omnem fílium quem récipit; Allelúia. *Hebr.* 12. 6.

Lectio prima de Scriptura occurrente; ex tribus fit una.

℟. Sapiéntia dignos ſe ipſâ círcuit quærens, & in viis oſténdit ſe hiláriter, * Et in omni providéntia occúrrit illis; Allelúia, allelúia. *Sap.* 6. 17.

℣. Patiénter agit Dóminus nolens áliquos períre, ſed omnes ad pœniténtiam revérti. 2. *Petr.* 3. 9. * Et in omni.

Lectio ij.

Ex Conſtantio in vita S. Germani.

Mamertínum adhuc júvenem, Idolórum ſtátuas inſtantíſſimâ devotióne venerántem, in ipſis ſtatiónibus nefándis cæcitátem unius óculi & ariditátem manûs pertulíſſe, ex ipſiúſmet relatióne nóvimus. Cùm ad eádem ſimulácra deórum iram placatúrus accéderet, óbvius ei fuit Savínus ſancti Germáni cléricus; à quo Idolórum vanitátem, & ejúſdem Germáni in corpóribus curándis poténtiam edóctus, religióſi viri mónitis obtémperans, Autiſſiodórum ſine mora conténdit. Plúviâ ingruénte, mádidâ licet veſte gravátus, iter lætus confécerat, cùm nocte procelloſa

detentus, ad Cœmetérium in monte Aútrico divértere, ibíque ſupra ſancti Corcódomi ſarcóphagum jacens pernoctáre coáctus eſt. Viſióne noctúrnâ térritus, ſacris Miſſæ myſtériis interéſſe, & à ſanctis Peregríno, Amatóre, aliíſque epíſcopis, religiónis Chriſtiánæ documénta ſuſcípere ſibi viſus eſt. Orto die Deum Chriſtianórum orans, íterum atque íterum crucis ſignáculo frontem munívit, & ad ſanctum Germánum quantócius properávit.

℟. Myſtérium per viſiónem nocte revelátum eſt ei; & benedíxit Deum cœli,* Et locútus ait: Sit nomen Dómini benedíctum, quia ſapiéntia & fortitúdo ejus ſunt; Allelúia, allelúia. *Dan.* 2. 19. & 20. ℣. Videns admirátus eſt viſum, & tremefáctus non audébat conſideráre. *Act.* 7. 31. 32. * Et locútus.

Lectio iij.

CUm ad monaſtérium ultra Icaunam pervenìſſet, Germánus divíno mónitu in occúrſum ejus egréſſus eſt; & auditâ itíneris causâ, ſimul ad civitátem proceſſérunt. Congregátis in Eccléſia Cléricis ac Láicis, converſiónis ſériem, Germáno jubénte, cunctíſque mirántibus, íterum enarrávit. Sacro Baptíſmi fonte ablútus, ánimæ & córporis recépit ſanitátem. Quæ ómnia ad ætérnam rei memóriam Mamertínus ipſe litteris conſignávit. Summo ánimi fervóre in monaſtério ſancti Germáni Deo ſe devóvit. Brevì céteris frátribus insígni pietátis & virtútum ſplendóre ita præfúlſit, ut defúncto abbáte Alógio, ipſe, conſentiéntibus ómnium ſuffrágiis, in ejus locum ſubrogátus fúerit. In quo múnere vigíliis, oratiónibus, caritátis officiis, cœleſtiúmque rerum contemplatióne exercitátus, ánimam Deo réddidit Feriâ ſextâ ante Paſcha, trigéſimâ die Mártii, anno Dómini quadringentéſimo ſeptuagéſimo tertio.

℟. Ad virum Dei venit, & ſtetit coram eo,* Et ait: Verè ſcio quod non ſit álius Deus in univérſa terra, niſi tantùm in Iſraël; † Allelúia, allelúia. 4. *Reg.* 5. 15. ℣. Viſum recépit, & ſurgens baptizátus eſt, & contínuò prædicábat Jeſum. *Act.* 9. 18. 20.* Et ait. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: ℟. Narrábo ómnia mirabília tua; Allelúia. *Pſ.* 9. 1.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 6. F. O quam bonus & ſuávis eſt, Dómine, Spíritus tuus! eos qui exérrant ádmones & allóqueris; ut relictâ malitiâ, credant in te, Dómine; Allelúia. *Sap.* 12. 1. 2.

Capitulum, *&* *Hymnus ut in Communi*, xxviij.

℣. Bonum mihi quia humiliáſti me; ℟. Ut diſcam juſtificatiónes tuas; Allelúia. *Pſ.* 118. 71.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. *F.* Tenuíſti, Dómine, manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxíſti me, & cum glória ſuſcepíſti me; Allelúia. *Pſ.* 72. 24.

Oratio.

DEus, quem unum ut cóleret beátus Mamertínus abbas, deórum multitúdinem deſéruit; fac nos, quæſumus, ejus intervéntu à ſervitúte peccáti líberos, te ſolum agnóſcere verum Deum, & quem ſuſcitáſti à mórtuis Jeſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

Ad Horas & Veſperas omnia de Communi, xxv.

DIE XXIII.

S. GEORGII MARTYRIS

Commemoratio.

Pridie IN VESPERIS, *Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Deus, qui nos, *infrà.*

In Laudibus Matutinis, *Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, ix.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Geórgii mártyris tui méritis & interceſſióne lætíficas; concéde propítius, ut qui ejus beneficia *póſcimus*, *dono tuæ grátiæ conſequámur; Per.*

DIE XXV.

In feſto

S. MARCI EVANGELISTÆ.

Duplex-majus.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. a. Vidi, & ecce nubes magna, & ignis invólvens; & de médio ejus quaſi ſpécies eléctri, & in médio ejus ſimilitúdo quátuor animálium; Allelúia. *Ezech.* 1. 4. 5.

Capitulum. *Apoc.* 4. 7.

ANimal primum símile leóni, & ſecúndum ánimal símile vítulo, & tértium ánimal habens fáciem quaſi hóminis, & quartum ánimal símile áquilæ volánti.

℟. Quátuor animália, ſíngula eórum habébant alas ſenas: & in circúitu & intus plena ſunt óculis; & * Réquiem non habébant die ac nocte, dicéntia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus omnípotens; † Allelúia, allelúia. *Apoc.* 4. 8. ℣. Audívi vocem commotiónis magnæ: Benedícta glória Dómini, de loco ſuo; & vocem alárum animálium percutiéntium álteram ad álteram. *Ezech.* 3. 12. 13. * Réquiem. Glória. † Allelúia.

Hymnus. *Santol. Vict.*

CHristi perénnes núntii,
Retécta qui cœléſtibus
Scriptis Dei myſtéria
Totum per orbem ſpárgitis;

OLIM ſub umbris cóndita,
Vates ſacri quæ víderant,

Umbris procul cedéntibus,
Vidíſtis hæc pleno die.

Humana quæ tulit Deus,
Divína quæ geſſit homo,
Seris legénda póſteris,
Dictánte ſcripſiſtis Deo.

Loco remótos, témpore,
Vos rexit idem Spíritus,
Et quiſque, pro ductu Dei,
Scribéndo Chriſtum réddidit.

Nos ut docéret, induit
Vocis ſonos, Verbum Patris:
Veſtris adhuc in páginis
Nobis loqui non déſinit.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquéntur, ℟. Et mirabília tua narrábunt; Allelúia. *Pſ.* 144. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Chriſtus dedit quoſdam quidem Apóſtolos, álios verò Evangeliſtas, ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti; Allelúia. *Epheſ.* 4. 11. 12.

Oratio, Deus, qui beátum, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Chriſtum dantem Evangeliſtas ad conſummatiónem ſanctórum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Epheſ.* 4. 11. 12.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Chriſti perénnes, *ſuprà in primis Veſperis.*

Pſalmi de Feria, aſſignati ſuprà in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 6. F. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine; & quod in aure audítis, prædicáte ſuper tecta; Allelúia. *Matt.* 10. 27.

℣. Cuſtodíte præcépta mea, & fácite ea: ℟. Ego Dóminus qui ſanctífico vos; Allelúia. *Levit.* 20. 8.

Lectio j. *de Scriptura occurrente; ex tribus una.*

℟. Mementóte ſermónis mei, quem ego dixi vobis: * Non eſt ſervus major dómino ſuo; ſi me perſecúti ſunt, & vos perſequéntur; Allelúia, allelúia. *Joan.* 15. 20. ℣. Locúti ſunt advérsùm me linguâ dolósâ, & ſermónibus odii circundedérunt me. *Pſ.* 108. 3. * Non eſt.

Lectio ij.

Ex Irenæo, Euſebio, Hieronymo, Auguſtino, & aliis.

Marcus, diſcípulus & intérpres Petri, breve ſcripſit Evangélium, Matthæum ſubſecútus, cujus breviátor vidétur: Multa tamen utília & neceſſária, quæ in céteris Evangeliſtis non legúntur, commémorat; juxta quod Petrum referéntem audíerat. Méminit hujus Marci & Petrus in Epíſtola ſua prima, dicens: Salútat vos Ecclésia quæ eſt in Babylóne coelécta, & Marcus fílius meus.

olíte timére oppró-
minum, & blaſphé-
um ne metuátis: * Sa-
a mea in ſempitér-
: Ego, ego ipſe con-
os; Allelúia, allelúia.
8. 12. ℣. Tradémini à
s, & amícis, & morte
ex vobis; & éritis
ibus propter nomen
c. 21. 16. 17. * Salus.
Lectio iij.
s in Ægypto & pro-
s finítimis Chriſtum
it. In urbe Alexán-
ituit Eccléſias. Tan-
ribus Apoſtólicis in-
ctrínâ & vitæ con-
ut omnes ſectatóres
l exémplum ſuî có-
ndem poſt fundátam
brem Alexandrínam
, ex qua tot fídei
rodiérunt, eum glo-
yrio vitam conſum-
íntur Patres Concílii
ub Geláſio papa, &
tius Eccléſiæ Orien-
iltus eſt autem Ale-
ſuccedénte ſibi A-

i tradent vos, nolíte
quómodo aut quid
i: * Non enim vos
oquímini, ſed Spíri-
veſtri, qui lóquitur
† Allelúia, allelúia.
19. 20. ℣. Spíritus
in médio veſtrûm,
ére. *Agg.* 2. 6. * Non
ria. † *Allelúia.*
n,

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus; Allelúia. *Pſ.* 95. 3.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 8. G. Evangélii factus ſum miníſter, ſecúndùm donum grátiæ Dei, quæ data eſt mihi ſecúndùm operatiónem virtútis ejus; Allelúia. *Epheſ.* 3. 7.

Capitulum. *Joſue* 1. 8.

NOn recédat volúmen legis hujus ab ore tuo; ſed meditáberis in eo diébus ac nóctibus, ut cuſtódias & fácias ómnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc díriges viam tuam, & intélliges eam.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SINÆ ſub alto vértice,
Cœlo tonánte, lex data;
Inter tubas & fúlgura
Præſens minabátur Deus.

NUNC, temperáto númine,
Per vela carnis blándiùs
Amat vidéri lánguidis
Se lumen aptans ſénſibus.

INSCULPTA ſaxo lex vetus
Præcépta, non vires dabat;
Inſcrípta cordi lex nova,
Quidquid jubet, dat éxequi.

SCRIPSISTIS hanc fidâ manu,
Hanc voce, voci cónſonis
Hanc prædicáſtis móribus;
Signáſtis hanc & ſánguine.

AFFLANTE divo Spíritu,
Quæ verba vitæ tráditis;

Hæc ille noſtris imprimat
Delénda nunquam córdibus.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

℣. Declarátio ſermónum tuórum illúminat, ℟. Et intelléctum dat párvulis; Allelúia. *Pſ.* 118. 130.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. E. Præcepíſti ei Dómine ſcríbere legem tuam coram filiis Iſraël; Allelúia. *Baruch* 2. 28.

Oratio.

Deus, qui beátum Marcum evangeliſtam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátiâ ſublimáſti; tríbue, quæſumus, ejus nos ſemper & eruditióne proficere, & oratióne defendi; Per Dóminum.

Ad Horas, *in fine Hymnorum, Doxologia*, Da Chriſte, *&* Sit laus, *ut habetur*, 311. *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* 1. f. Sermónem feci de ómnibus, quæ cœpit Jeſus fácere, & docére, uſque in diem, quâ aſſúmptus eſt; Allelúia. *Act.* 1. 1.

Ad Tertiam, *Ant.* 2. D. Viſum eſt mihi, aſſecúto ómnia à princípio diligénter, ex órdine tibi ſcríbere, ut cognóſcas eórum de quibus erudítus es, veritátem; Allelúia. *Luc.* 1. 3. 4.

Capitulum. Prov. 4. 20. 21. 22.

Fili mi, auſcúlta ſermónes meos, & ad elóquia mea inclína aurem tuam: ne recédant ab óculis tuis, cuſtódi ea in médio cordis tui, vita enim ſunt inveniéntibus ea.

℟. *breve*, Cuſtódi ſermónes meos, & præcépta mea recónde tibi; * Allelúia, allelúia. ℟. Cuſtódi. ℣. Serva mandáta mea, & vives. * Allelúia. Glória. ℟. Cuſtódi. *Prov.* 7. 1. 2.

℣. Liga legem in dígitis tuis, ℟. Scribe illam in tábulis cordis; Allelúia. *Prov.* 7. 3.

Ad Sextam, *Ant.* 3. g. Hæc ómnia liber vitæ, & teſtaméntum Altiſſimi, & agnítio veritátis; Allelúia. *Eccli.* 24. 32.

Capitulum. Baruch 4. 1.

Hic liber mandatórum Dei, & lex quæ eſt in ætérnum: omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam.

℟. *breve*, Lex Dómini immaculáta convértens ánimas: * Allelúia, allelúia. ℟. Lex Dómini. ℣. Teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis. * Allelúia. Glória. ℟. Lex Dómini. *Pſ.* 18. 8.

℣. Præcéptum Dómini lúcidum, ℟. Illúminans óculos; Allelúia. *Pſ.* 18. 9.

Ad Nonam, *Ant.* 7. d. Beáti ſumus, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis; Allelúia. *Baruch* 4. 4.

Capitulum. Epheſ. 3. 5. 6. 7.

Nunc revelátum eſt ſanctis Apóſtolis Chriſti, & Prophétis in Spíritu, gentes

›herédes, & concorpo-
& conparticipes pro-
nis ejus in Chriſto Jeſu
rangélium, cujus factus
iniſter.
reve, Lucérna pédibus
erbum tuum, Dómine;
lúia, allelúia. ℟. Lucér-
Et lumen ſémitis meis.
úia. Glória. ℟. Lucérna.
8. 105.
Quàm dúlcia faúcibus
elóquia tua! ℟. Super
i meo; Allelúia. *Pſ.* 118.

VESPERAS.

Pſalmi de Feria.
t. ſola 1. f. Secúndùm
itiónem notum mihi fa-
eſt ſacraméntum, ſicut
in brevi; prout potè-
géntes intellígere pru-
im meam in myſtério
ti; Allelúia. *Epheſ.* 3. 3. 4.
itulum. 2. *Cor.* 2. 17.
)n ſumus ſicut plúrimi,
dulterántes verbum Dei,
ſinceritáte, ſed ſicut ex
coram Deo, in Chriſto
mur.
Doctrínam ſapiéntiæ &
línæ ſcripſit.* Beátus qui
is verſátur bonis; qui
illa in corde ſuo, ſápiens
mper; † Allelúia, alle-
celi. 50. 29. 30. ℣. Quæ-
ie ſcripta ſunt, ad no-
doctrínam ſcripta ſunt;
r patiéntiam, & conſo-
em Scripturárum, ſpem
mus. Rom. 15. 4. * Beá-
lória. † *Allelúia.*

Hymnus, Sinæ ſub alto, *ut in Laudibus.*

℣. Suſcitávit Dóminus teſtimónium in Jacob, ℟. Et legem póſuit in Iſraël; Allelúia. *Pſ.* 77. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Quod audívimus de verbo vitæ annuntiámus vobis; ut & vos ſocietátem habeátis nobíſcum: & hæc ſcríbimus vobis ut gaudeátis, & gaúdium veſtrum ſit plenum; Allelúia. 1. *Joan.* 1. 1. 3. 4.

Oratio, Deus, qui beátum, *ſuprà.*

Pro Commemoratione ſancti Cleti, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Omnípotens, x.

DIE XXVI.

SANCTI CLETI,

Papæ & Martyris

Commemoratio.

In Laudibus Matutinis, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, ix. *Oratio*, Omnípotens, x.

DIE XXX.

In Tranſlatione

CAPITIS S. PEREGRINI,

Autiſſiodorenſium apoſtoli, primi epiſcopi & martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, vij. *præter ea quæ hìc ſunt propria.*

IN PRIMIS VESPERIS.

Hymnus, Divúlſos rábies, *ut infrà, die* xvj. *Maii, in Feſto S. Peregrini ad ſecundas Veſperas.*

Oratio, Deus, qui nos beáti, *infrà in Laudibus.*

Fit Commemoratio S. Eutropii, Santonenſis epiſcopi & martyris, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, ix. *Oratio,* Omnípotens, x.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Hymnus, Divúlſos rábies, *ut in Feſto S. Peregrini ad ſecundas Veſperas infrà die* xvj. *Maii.*

Lectio prima de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

Lectio ij.

Ex Proceſſib. verbal. & aliis inſtrumentis Tranſlationis.

SAncti Peregríni caput à trunco præcíſum, ſeparátim ſepúltum eſt Baugíaci: ibíque altáre póſtea ſuperimpóſitum. Pius mos erat in pópulis colligéndi púlverem è látere ſiníſtro hujus altáris, quo multis ſe perículis liberári confidébant: & per plura ſécula vota fidélium illuc confluéntium deláta fuérunt. Anno milléſimo ſexcentéſimo quadragéſimo quinto vetus altáre dirutum eſt; & ad novi extructiónem effóſsâ terrâ, ſub látere ſiníſtro repértum eſt féretrum lapídeum, curâ ſinguléri úndique clauſum. In eo includebátur caput magnæ amplitúdinis, ſepúlcro firmiter adhærens licèt omníno exſiccátum, glútine interpóſito várias per junctúras colligátum, ne vel leviſſimum pretióſi cápitis oſſiculum períret, aut commiſcerétur. Repértæ ſimul vértebræ quæ cápiti connectántur, quæque gládio oblíquè reſéctæ videbántur.

Lectio iij.

VErtebris cum córpore in Ecclésia ſancti Dionyſii prope Paríſios exiſténte, áliquot poſt annos diligentíſſimè collátis, periríſſimi quique médici & chirúrgi eam invenérunt ſimilitúdinem, conveniéntiam ac proportiónem, ut uníus ejuſdémque hóminis caput & corpus maniféſtè argueréur. Venerándus Petrus Bróccius, epíſcopus Autiſſiodorénſis huic experiménto præſens, ſancti Peregríni caput eſſe chirógrapho ſuo cum céteris téſtibus declarávit. Piíſſimus ejus ſuccéſſor Nicoláus Colbértus ſacrum caput thecâ inclúdere, & fidélium venerationi expónere ſtatúerat: ſed morte præveniénte opus infectum relíquit. Anno tandem milléſimo ſeptingentéſimo décimo quinto hujus cápitis tranſlatiónem ſuſcépit, illúdque in dúplici capſa die primâ Máii repóſuit illuſtriſſimus præſul Cárolus Caylúſius, ſpectánte clero & pópulo è tota diœcéſi Baugíacum concurrénte: particulis nonnúllis pro Ecclésia Cathedráli, & pro Parochiáli ejúſdem ſancti Peregríni in urbe Autiſſiodorénſi reſervátis.

Oratio.

us, qui nos beáti Pere-
ríni mártyris tui atque
:is relíquiis ditáre di-
es: concéde, ut fidem
córdibus noſtris pró-
ſcríptam ſánguine relí-
opéribus oſtendámus;
óminum.

Commemoratio S. Eu-
Ant. Qui vícerit, ℣. Vin-
vij. *Oratio*, Omnípo-
x.

tra de Feſto ſequenti.

: STA MAII.

Die I.

In feſto
HILIPPI & JACOBI
apoſtolorum.

Duplex-majus.

hoc Feſtum occurrat in
ica, transferetur ejus
m in diem quintam
tuncque poſt Veſperas &
fient Commemoratio-
urrentes.]

RIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

.ſola 8. G. Vóluit Je-
re in Galilæam, & in-
Philíppum; & dicit ei
Séquere me; Allelúia.
I. 43.

ulum. Iſai. 66. 19. 20.

Ec dicit Dóminus:
Annuntiábunt glóriam
géntibus, & addúcent
fratres veſtros de cun-
ıtibus donum Dómino.
Invénit Philíppus Na-
, & dicit ei; * Quem
ſcripſit Móyſes in lege, & Pro-
phétæ, invénimus Jeſum fi-
lium Joſeph à Názareth; † Al-
lelúia, allelúia. *Joan.* I. 45.
℣. Iſte Dóminus, ſuſtinúimus
eum, exultábimus & lætábi-
mur in ſalutári ejus. *Iſai.* 25.
9. * Quem ſcripſit. Glória.
† Allelúia.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Cui ſe relíctis ómnibus
Addíxerant Apóſtoli,
Triſtes recénti fúnere
Jeſum dolébant mórtuum.

At vos dolórem pónite:
Se ſuſcitávit mórtuum;
Indígna mortis víncula
Rumpéndo, ſe probat Deum.

Pervadit occlúſas fores:
Veſtro vidére ſe choro,
Artus ſacros dat tángere,
Nec temnit oblátas dapes.

Servata monſtrat vúl-
nera,
Noſtræ ſalútis óbſides:
O quanta nubes téſtium
Fidem ſepúltam ſúſcitat!

Apostolorum ſénſibus
Qui te reveláſti, Deus;
Et te, vacíllet ne fides,
Noſtris revéla méntibus.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ
ſanctitátis tuæ loquéntur,
℟. Et mirabília tua narrábunt;
Allelúia. *Pſ.* 144. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.*
Dómine, oſténde nobis Pa-
trem, & ſúfficit nobis. Phi-

líppe, qui videt me, videt & Patrem: ego in Patre, & Pater in me eſt; Allelúia. *Joan.* 14. 8. 9. 10.

Oratio, Dómine Deus, *infrà ad Laudes.*

Pro Commemoratione Tranſlationis capitis S. Peregrini, *Ant.* Juſtum, ℣. Cuſtodívit, xj. *Oratio*, Deus, qui nos beáti, *ſuprà.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Apoſtolórum Magíſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Joan.* 13. 13.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Regnis patérnis débitus,
Cruóre quæ pandit ſuo,
Vos propter, hoſpes éxteras
Adhuc colit terras Deus.

Ignota tardis méntibus
Patére dat myſtéria,
Per mille præſágas ſuî
Se détegens imágines.

En immolándus à Patre,
Suum ferens lignum puer:
En Agnus ille, ſánguine
Qui tincta ſervat límina.

Amoris ô quæ pígnora!
Vobis oves credit ſuas:
Ligáre dat, dat ſólvere,
Quæ ſolvit & ligat Deus.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

Pſalmi de Feria, notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 8. G. Cùm vénerit Paraclétus quem ego mittam vobis à Patre, ille teſtimónium perhibébit de me: & vos teſtimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum eſtis; Allelúia. *Joan.* 15. 26. 27.

℣. Annuntiáte inter gentes ópera Dómini. ℟. Cantáte & pſállite ei; narráte ómnia mirabília ejus; Allelúia. *Pſ.* 104. 1. 2.

Lectio j. *de Scriptura occurrente; ex tribus una.*

¶ *Si hoc Feſtum occurrat Feriâ II. III. aut IV. Rogationum, tunc* j. *Lectio erit de Scriptura occurrente; ex duabus una:* ij. *erit* Philippus, *cui jungetur tertia*, Jacobus; iij. *denique de Homilia Feriæ occurrentis cum Reſponſorio ejuſdem Evangelico. Et ſic in ſimili caſu.*]

Poſt j. *Lect.* ℟. Chriſtus mórtuus eſt, & reſurréxit, & * Viſus eſt Cephæ, deínde viſus eſt Jacóbo, deínde Apóſtolis ómnibus; Allelúia, allelúia. 1. *Cor.* 15. 3. 4. 5. 7. ℣. Appáret eis qui fidem habent in illum. *Sap.* 1. 2. * Viſus eſt.

Lectio ij.

Ex Evangelio, & Euſebio lib. 3. *Hiſt. cap.* 31.

Philíppus Bethſáidæ natus, unus fuit ex iis qui primùm à Chriſto vocáti ſunt; deínde in númerum Apoſtolórum ab ipſo cooptátus eſt. Invénit Philíppus Nathanaël, cui cùm dixiſſet veniſſe Meſsíam in lege & Pro-

hétis promíſſum, ipſum Na-
hanaélem addúxit ad Jeſum.
Quàm verò Chriſtus Philíp-
um familiáriter adhibéret,
llud fácilè declárat, quòd cùm
n ſolitúdine hóminum mul-
itúdinem páſcere vellet, ſic
Philíppum affátus eſt: [Unde
mémus panes ut mandúcent
i?] Gentíles quoque Salva-
órem vidére cupiéntes, ad
Philíppum acceſſérunt. Is ac-
épto Spíritu-ſáncto, in utrá-
que Phrygia fidem prædicá-
it; tandem glorióſo fine
quiévit, & Hierápoli ſepúltus
ſt.

℟. Apóſtolis præbuit Jeſus
eípſum vivum, per dies qua-
ragínta appárens eis, & lo-
quens de regno Dei: * Et con-
véſcens præcépit ab Jeroſóly-
nis ne diſcéderent, ſed expe-
tárent promiſſiónem Patris;
Allelúia, allelúia. *Act.* 1. 3. 4.
℣. In terris viſus eſt, & cum
hominibus converſátus eſt.
Baruch 3. 38.* Et convéſcens.

Lectio iij.

Ex Hegeſippo apud Euſeb. lib. 2.
Hiſt. cap. 23. *& aliis.*

JAcóbus Alphæi, unus ex
Duódecim, qui idem ac Ja-
óbus frater Dómini, hoc eſt,
Maríæ ſoróris matris Dómini
ilius, cognoménto Juſtus, ab
pſo matris útero ſanctus fuit,
l eſt, conſecrátus. Vinum &
ſiceram non bibit, carne ab-
tínuit, nunquam tonſus eſt,
nec unguénto nec bálneo uſus.
Jam aſſíduè in templo géni-
bus flexis pro peccátis pópuli
oráre conſuéverat, ut génua
ipsíus inſtar caméli occallúe-
rint. Poſt Chriſti Aſcenſió-
nem, Eccléſiæ Jeroſolymitánæ
adminiſtratiónem unà cum cé-
teris Apóſtolis ſuſcépit, quam
poſt eórum in várias orbis
partes diſperſiónem ſolus gu-
bernávit. Hic, autóre Hege-
ſíppo, cùm à Phariſæis in fa-
ſtígio templi collocátus ut Ju-
dæos alloquerétur, præclárum
de Chriſto teſtimónium, præ-
ter ſpem Phar.ſæórum, per-
hibuíſſet coram multitúdine,
ex ipſo templi faſtígio præci-
pitátus eſt. Cúmque nondum
eſſet mórtuus, lapídibus pri-
mùm eſt impetítus; deínde
cùm pro perſecutóribus licèt
ſemivívus oráret, fullónis
fuſte in cápite percúſſus, áni-
mam Deo réddidit circa an-
num ſexagéſimum ſecúndum.
Unam ſcripſit Epíſtolam quæ
prima inter ſeptem Cathólicas
annumerátur.

℟. Apéruit illis ſenſum ut
intellígerent Scriptúras, & di-
xit: Sic oportébat Chriſtum
pati, & reſúrgere, & prædi-
cári in nómine ejus pœnitén-
tiam: * Vos autem teſtes eſtis
horum; † Allelúia, allelúia.
Luc. 24. 45. 46. 47. 48. ℣. Ego
Dóminus, & non eſt abſque
me ſalvátor: ego ſalvávi; vos
teſtes mei, & ego Deus. *Iſai.*
43. 11. 12.* Vos autem. Gló-
ria. † Allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus; Allelúia. *Pſ.* 95. 3.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 3. *a.* Virtúte magnâ reddébant Apóſtoli teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti Dómini noſtri: & grátia magna erat in ómnibus illis; Allelúia. *Act.* 4. 33.

Capitulum. *Act.* 2. 43. 45.

MUlta prodígia & ſigna per Apóſtolos in Jerúſalem fiébant, & metus erat magnus in univérſis; omnes étiam qui credébant, erant páriter, & habébant ómnia commúnia.

Hymnus. *Santol. Vict.*

NATUS Parénti rédditus
Non vos amícos déſeret:
Sub imbre lapſum flámmeo
Infúndet in vos Spíritum.

HAUSTO repléti Númine,
Terras in omnes líberi,
Chriſtum tubis cœléſtibus
Chriſtum Deum vulgábitis.

NON jam tenébit ámpliùs
Formído mortis ábditos:
Apérta non addent moras
Eúntibus perícula.

VOS ante Reges fórtiter
Spernétis armátas neces:
Hæc nempe pro Chriſto mori
Supréma vobis glória.

ORATE: firma ſit Fides,
Et certa ſe Spes érigat;
Illápſa noſtris córdibus
Pellat timórem Cáritas.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

℣. Póſuit Deus in eis verba ſignórum ſuórum, ℟. Et prodigiórum in terra; Allelúia. *Pſ.* 104. 27.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Jacóbus, & Cephas, & Joánnes, qui videbántur colúmnæ eſſe, dextras dedérunt mihi & Bárnabæ ſocietátis; ut nos in gentes, ipſi autem in circunciſiónem; Allelúia. *Gal.* 2. 9.

Oratio.

DOmine Deus, qui Apóſtolis tuis teípſum viam & veritátem & vitam exhibuíſti; fac, intercedéntibus ſanctis Philíppo & Jacóbo, ut per te in lúmine vultûs tui ad te ambulántes, in te requiéſcere, ac in ætérnum de te beátè vívere mereámur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte.

AD HORAS, *in fine Hymnorum*, *Doxologia*, Da Chriſte, *&* Sit laus, *ut ſuprà*, 311.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, *Capitula*, ℟.℟. *brevia &* ℣. *ut in Communi Apoſtolorum*, v. *&* vj.

AD VESPERAS.

Ant. ſola 7. a. Nos teſtes ſumus ómnium quæ fecit Jeſus in regióne Judæórum, & Jerúſalem: & præcépit nobis prædicáre pópulo; Allelúia. *Act.* 10. 39. 42.

Capitulum.

Capitulum. Act. 10. 39. 40. 41.

QUem occidérunt Judæi ſuſpendéntes in ligno, hunc Deus ſuſcitávit tértiâ die, & dedit eum maniféſtum fieri non omni pópulo, ſed téſtibus præordinátis à Deo; nobis qui manducávimus & bíbimus cum illo, poſtquam reſurréxit à mórtuis.

℟. Viri fratres audíte me: Simon narrávit quemádmodum * Deus viſitávit ſúmere ex géntibus pópulum nómini ſuo. Propter quod ego (Jacóbus) júdico non inquietári eos qui ex géntibus convertúntur ad Deum; † Allelúia, allelúia. *Act.* 15. 13. 14. 19. ℣. Suſcitábo tabernáculum David, & reædificábo apertúras murórum ejus, ut poſſídeant omnes natiónes, dicit Dóminus. *Amos* 9. 11. 12. Deus. Glória. † Allelúia.

Hymnus, Natus Parénti, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus, ℟. Nimis confortátus eſt principátus eórum; Allelúia. *Pſ.* 138. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Pater, quos dedíſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum; ut vídeant claritátem meam, quam dedíſti mihi; Allelúia. *Joan.* 17. 24.

Fit Commemoratio (niſi ſit Sabbatum) S. Amatoris, Autiſſiodorenſis epiſcopi.

Ant. 7. a. *Hæc dicit Dóminus: Prótegam urbem hanc, Pars Verna.* & ſalvábo eam propter me, & propter ſervum meum; Allelúia. 4. *Reg.* 19. 32. 34.

℣. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo; ℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus; Allelúia. *Pſ.* 88. 24.

Oratio, Deus, qui ſingulári, *infrà ad Laudes.*

Deinde SS. Memorii & Sanctini, preſbyterorum Autiſſiodorenſium, Ant. Sanctificábor in iis qui appropínquant mihi, & in conſpéctu omnis pópuli glorificábor; Allelúia. *Levit.* 10. 3.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári; ℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt; Allelúia. *Pſ.* 131. 16.

Oratio, Dómine Deus, *infrà ad Laudes.*

Die II.

In feſto SANCTI AMATORIS, Autiſſiodorenſis epiſcopi.

Duplex-majus.

¶ *Hoc Feſtum, ſi in Dominica occurrat, transfertur in Feriam* iv. *id eſt in diem quintam Maii, tuncque habebit Veſperas integras, ut ſequitur.*

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, Capitulum & Reſponſorium de Communi unius S. Pontificis, xvj.

Hymnus.

DEcreta ſummi vértere Núminis
Quis auſit? aut quis quos ſibi víndicat

Auférre? divínis & ipſi
Consíliis famulántur hoſtes.

Aris Amátor débitus: hunc Deo
Sed hunc paréntes, proh dolor! ínvident;
Nodis & irretíre blandis
Flexíbilem próperant juvéntam.

At ecce vinclis connubiálibus
Sponſi voléntes ſe citò líberant.
Hinc ite terréſtres amóres,
Huc ſúperæ properáte tedæ.

Solo manébunt nómine cónjuges,
Amóre fratres: ígnea cáritas,
Seclíſque diſſolvénda nullis,
Fœdere jam melióre nectet.

Quin ille ſacri múneris, Hélladi,
Ingéntis heres & tibi péctoris;
En ille prælúdens, propháno
Terríficis procul arcet aris.

Æterna Chriſto glória, dúlcibus
Qui, quos amóris néxibus ílligat,
Trahit voléntes, & ſuprémis
Munéribus facit ipſe dignos. Amen.

℣. Véritas, *ſuprà*, 433.

Ad Magníficat, *Ant.* Hæc dicit, 433.

Oratio, Deus, qui ſingulári, *infrà in Laudibus.*

Fit Commemoratio S. Athanaſii, Ant. Non recédet, ℣. Sápiens, xxv. *Oratio*, Præſta, *ut infrà, die quarta Maii.*

Deinde S. Joviniani, primi Autiſſiodorenſis Eccleſiæ lectoris, & martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Præſta, ix.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Chriſtum Paſtórum Príncipem, * Veníte, adorémus; Allelúia. 1. *Petr.* 5. 4.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

Te ſummus urbi paſtor et Aútricæ,
Te flagitánti præpóſuit gregi;
Tum cáritas ſe tota campo
Explícuit ſpatioſióre.

Hinc illa digno cónſona nómini,
Amíca blandæ frontis amœnitas:
Hinc illa pervérſos poténtûm
Cárpere mens generóſa mores.

At neſcit error noctis amans ſuæ,
Perférre lumen neſcit actúum;
Verúmque, patronóſque veri
Uſque ſequax agitáre livor.

Mentita ſemet prodit iníquitas:
Fit præda ventis vana calúmnia:

que victrix jam fu-
ſáto
lidior micat inde
irtus.
uni glória ſit Deo;
fidéles ſunt óvibus
ces,
ce quod monſtrant,
értæ
io docuére vitæ.
men.
de Feria, notati in
Tempore.
la 1. a. Dóminus
o, & cognóvit uni-
ël quòd fidélis Pro-
Dómini; Allelúia.
19. 20.
ti ſunt in illo mul-
noravérunt Deum;
ccli. 11. 13.
de Scriptura occur-
us in unam junctis.
liébus ipsíus * Proſ-
t in mánibus ejus;
itur gentes de re-
lleluia, allelúia. 1.
36. ℣. Virtútes non
faciébat Deus per
is. *Act.* 19. 11. * Proſ-
t.
ectio ij.
ano Afric. apud
Bolland.
itor clariſſimis pa-
ntibus Proclídio Au-
iodorénſi & Iſiciola
itus, pietáti & libe-
iplínis à púero ópe-
Unicus heres cùm
iénter à paréntibus
dúceret uxórem,

Martham Lingonénſem vírgi-
nem deſpondéri ſibi paſſus eſt.
Sed præſulis Valeriáni præ-
céptis firmátus, ſponſam ip-
ſam ad amórem caſtitátis ad-
dúxit. Mórtuo pauſò pòſt Va-
leriáno, utriúſque votum ſuſ-
cépit ſanctus póntifex Elá-
dius, à quo ille clericáli milí-
tiæ aſcríptus, hæc Vírginum
choris fuit ſociáta. Factus diá-
conus Amátor, ſtrénuum ſe
eccleſiáſticæ diſciplínæ víndi-
cem exhíbuit; máximè in eos
qui ad ſancta minùs reverén-
ter accedébant. Manſuetúdinis
ſtudiosíſſimus, vitæ ſeu famæ
inſidiántes benígnè excépit,
& ſanitáti rédditos, Chriſto
étiam conciliávit. Eládio votis
ómnium ſuffèctus, créditam
ſibi plebem doctrínæ præcép-
tis, & vitæ exémplis infor-
máre non déſtitit. Ad ejus
oratiónem ceſſábant incéndia;
infirmis ſánitas, vita étiam
mórtuis reſtituebátur. Sancti-
tátis ejus famâ alléctus Patri-
cius, qui póſtea Hibernórum
Apóſtolus, per annos quá-
tuor illi ſe diſcípulum ſubdi-
dit. Tantam Chriſto péperit
gentílium multitúdinem, ut
eam templi angúſtiæ non cá-
perent. Novam itaque & am-
pliórem conſtrúxit basílicam
intrà civitátis muros, quam
deínde ſolémni ritu ſub invo-
catióne beatíſſimi protomár-
tyris Stéphani conſecrávit.

℟. Templi altitúdo ab ipſo
fundáta eſt, & amplificavérunt

ſemper profíciat increméntis; Per Dóminum.

Commemoratio SS. Memorii & Sanctini, preſbyt. Autiſſiod. *Ant.* Qui bene præſunt preſbyteri, dúplici honóre digni habeántur; máximè qui labórant in verbo & doctrína; Allelúia. 1. *Tim.* 5. 17.

℣. Sic nos exíſtimet homo ut miníſtros Chriſti, ℟. Et diſpenſatóres myſteriórum Dei; Allelúia. 1. *Cor.* 4. 1.

Oratio.

Domine Deus omnípotens, qui fámulos tuos Memórium & Sanctínum ut ſacerdótio tibi fungeréntur, à pópulo ſegregáſti; præſta, quæſumus, ut eórum exémpla ſectántes, genus eléctum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; Per Dóminum noſtrum.

¶ *Quando hoc Feſtum celebratur die quintâ Maii, omiſſâ Commemoratione præcedenti, fit Commemoratio S. Joviniani, primi Eccleſiæ Autiſſiod. lectoris & martyris, Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus ſum. *Oratio*, Præſta, ix.]

Ad Horas, *omnia de Communi unius S. Pontificis.*

Oratio, Deus, qui ſingulári, *ut ſuprà in Laudibus.*

Veſperæ de ſequenti Feſto.

¶ *Si tamen Feſtum S. Amatoris celebretur die quintâ Maii, Veſperæ erunt ut ſequitur.*

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 4. *T.* Spíritu magno vidit última, & conſolátus eſt lugéntes in Sion; oſténdit futúra & abſcóndita; Allelúia. *Eccli.* 48. 27. 28.

Capitulum. *Eccli.* 3. 2. 3.

Udícium patris audíte fílii, & ſic fácite ut ſalvi ſitis: Deus enim honorávit patrem in fíliis.

℟. Mórtuus eſt: & quaſi non eſt mórtuus: ſímilem enim relíquit ſibi poſt ſe; * In vita ſua vidit, & lætátus eſt in illo; † Allelúia, allelúia. *Eccli.* 30. 4. 5. ℣. Hic eſt qui dixit fíliis Iſraël: Prophétam ſuſcitábit vobis Deus de frátribus veſtris tanquam me, ipſum audiétis. *Act.* 7. 37. *In vita ſua. Glória. †Allelúia.

Hymnus, Pax Chriſtiáne, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Beáti ſunt qui te vidérunt; ℟. Et in amicítia tua decoráti ſunt; Allelúia. *Eccli.* 48. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. *T.* Quis poteſt ſimíliter ſic gloriári tibi? qui Prophétas facis ſucceſſóres poſt te; Allelúia. *Eccli.* 48. 4. 8.

Oratio, Deus, qui ſingulári, *ſuprà ad Laudes.*

Fit Commemoratio S. Joannis apoſtoli & evangeliſtæ ante Portam Latinam, Ant. Cálicem, ℣. Communicántes, infrà, 447. Oratio, Deus, qui beátum, 448.

ſ S. *Joviniani*, *Ant.*
℣. Cuſtodívit, xj.
Præſta, ix.]
Die III.
NVENTIONE
S. Crucis.
)uplex-majus.
Feſtum ſi occurrat in
a non transfertur.]
IMIS VESPERIS.
almi de Feria.
ola 1. D. Radix Jeſſe,
n ſignum populórum:
entes deprecabúntur,
púlcrum ejus glorió-
lelúia. *Iſai.* 11. 10.
um. *Iſai.* 11. 12.
oit ſignum in natió-
, & congregábit pró-
aël; & diſpérſos Juda
à quátuor plagis ter-

lius hóminis tradétur
ous Sacerdótum, &
: condemnábunt eum
t * Tradent eum gén-
crucifigéndum, &
e reſúrget; † Alle-
lúia. *Matt.* 20. 18. 19.
étur Chriſtus: & non
pópulus, qui eum
s eſt. *Dan.* 9. 26.
t eum. Glória. † Al-

. *Santol. Vict.*
LUS, tot annos quid
gis
alútis pígnora?
onte toto quæritur,
os pandas ſinus.
dura foſſóris manus,
alta víſcera?

Celáre Lignum ſit pudor,
Quo noſtra ſurgit glória.
EN illa gemma pérdita,
Invénta tot labóribus:
En qui latébat, érutus
Theſaúrus agro pródiit.
REGINA quæſítam Crucem
Monſtránte Chriſto répperit:
Oblíta faſtus régios,
Sceptro repértam prætulit.
CRUX ſancta, Chriſti cór-
poris
Virtus ſalúbrem te facit:
Contíngit ut te mórtuus,
Vitæ prióri rédditur.
FULGORE cujus térrita
Pallent tremúntque tártara;
Hæc arma ſi quis índuat,
Ridébit hoſtis ímpetus.
QUI per Crucem nos líbe-
ras,
Filî, tibi laus máxima,
Cum Patre, nec tibi minor
Laus, utriúſque Spíritus.
Amen.

℣. Accípere ánimam meam conſiliáti ſunt. ℟. Ego autem in te ſperávi Dómine; Allelúia. *Pſ.* 30. 14. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Si poſúerit pro peccáto ánimam ſuam, vidébit ſemen longævum, & volúntas Dómini in manu ejus dirigétur; Allelúia. *Iſai.* 53. 10.

Oratio, Deus, qui in præclára, *infrà ad Laudes.*

Fit Commemoratio S. Amatoris, Ant. Quis poteſt ſimíliter ſic gloriári tibi? qui Prophétas facis ſucceſſóres poſt te; Allelúia. *Eccli.* 48. 4. 8.

℣. Beáti ſunt qui te vidérunt ; ℟. Et in amicítia tua decoráti ſunt ; Allelúia. *Eccli.* 48. 11.

Oratio, Deus, qui ſinguláti, *ſuprà.*

Deinde, S. Alexandri papæ & martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Præſta quæſumus, *infrà ad Laudes.*

Poſtea SS. Euſebii Autiſſiod. preſbyteri, & Aviti Autiſſiod. diaconi, Ant. Sanctificábor in iis qui appropínquant mihi, & in conſpéctu omnis pópuli glorificábor ; Allelúia. *Levit.* 10. 3.

℣. Vocabúntur fortes juſtítiæ, ℟. Plantátio Dómini ad glorificándum ; Allelúia. *Iſai.* 61. 3.

Oratio, Adéſto, *infrà in Laudibus.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Jeſum qui crucifíxus eſt, * Veníte, adorémus ; Allelúia. *Matt.* 28. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SIGNUM novi Crux fœderis,
Crux, orbis Arca naúfragi,
Cùm jam perímus, nos ratis
Portus refers in pátrios.

TELIS rubéntem flámmeis
Ultóris exármas manum ;
Placátur, ut te réſpicit,
Iras & oblivíſcitur.

LETHALE ſi vulnus ferat
Inférnus anguis mórſibus :
Læſi ſimul te víderint,
Repéntè tu medéberis.

ARA ſub illa, par D
Se conſecrávit hóſtia :
Hâc ſede læſum Fílius
Placávit orátor Patrem

CRUX ſancta, Cru
bilis,
Crux tincta Chriſti ſan
Hauríre da nos lárgiùs
Vitam, Dei de fúner

QUI per Crucem n
ras,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre, nec tibi m
Laus, utriúſque Spírit
Amen.

Pſalmi de Feria, n Proprio de Tempore.

Ant. ſola 7. a. Dixi Judæis : Cùm exaltavé lium hóminis, tunc c cétis quia ego ſum ; A *Joan.* 8. 28.

℣. Chriſtus paſſus nobis, ℟. Vobis relí exémplum ; Allelúia. 1 2. 21.

Lectio j. *de Scriptura rente ; ex tribus una.*

℟. Nunc judícium e di : nunc princeps huju di ejiciétur foràs. * E exaltátus fúero à terr nia traham ad meípſu lelúia, allelúia. *Joan.* 32. ℣. Locútus eſt D ad Móyſen : Fac ſer æneum, & pone eu ſigno ; qui percúſſus rit eum, vivet. *Num.* * Et ego.

x Epíſtola ſancti Paulíni epíſcopi ad Sevérum.
iſt. 31. §. 3. 4. 5. *novâ Edit.*

Lectio ij.

HAdriánus imperátor exíſtimans ſe fidem Chriſtiánam loci in-
iâ peremptúrum, in loco
ſſiónis ſimulácrum Jovis
nſecrávit; & Béthlehem
lónidis fano prophanáta eſt:
quaſi radix & fundaméntum
cléſiæ tolleréntur, ſi in iis
:is idóla coleréntur, in qui-
s Chriſtus natus eſt ut pate-
:ur, paſſus eſt ut reſúrge-
:, ſurréxit ut regnáret, ju-
:átus ut judicáret .... Manſit
c ſǽculi prióris nefas in tém-
ra, noſtris próxima, Con-
ntíni; qui princeps eſſe prin-
ıibus Chriſtiánis non magìs
l quàm matris Hélenæ fide
:ruit .... Regína illa venerá-
is ut venit Jeroſólymam ....
ucem Dómini ſtudioſíſſimè
uírere adórſa eſt .... De lo-
tantùm paſſiónis cértior
ri ſtúduit .... Juſſit íllico,
3énte ſine dúbio concéptæ
relatiónis inſtínctu, in ip-
n locum óperam foſſiónis
:íngi; paratáque mox cí-
ım páriter & militári manu,
:vì labórem iſtíus molitió-
: hauſit; & contra ſpem óm-
ım, ſed ſecúndùm ipsíus
ıtùm Regínæ fidem, altâ
:ſtióne reſerátis terræ síni-
s, ábditæ Crucis arcána pa-
:runt.

℟. *Sicut Móyſes exaltávit* ſerpéntem in deſérto, * Ita exaltári opórtet Fílium hóminis; ut omnis qui credit in ipſum, non péreat, ſed hábeat vitam ætérnam; Allelúia, allelúia. *Joan* 3. 14. 15.
℣. Móyſes póſuit ſerpéntem æneum pro ſigno; quem cùm percúſſi aſpícerent, ſanabántur. *Num.* 21. 9. * Ita exaltári.

Lectio iij.

SEd cùm tres páriter cruces, ut quondam fixæ Dómino & latrónibus ſtéterant, repértæ fuiſſent; gratulátio repertárum cœpit ánxiâ dubitatióne confúndi, juſto piórum metu, ne fórſitan aut pro Cruce Dómini patíbulum latrónis elígerent, aut ſalutáre lignum pro ſtípite latrónis abjiciéndo violárent. Reſpéxit pias fidéliter æſtuántium curas Dóminus, & ipſi potíſſimùm, quæ tam piæ ſolicitúdinis princeps erat, hujus consílii lumen infúdit, ut áliquem recèns mórtuum inquíri & inférri jubéret. Nec mora: verbum factum; cadáver illátum eſt: depónitur; jacénti una de crúcibus admovétur, & áltera: ſed reórum ligna mors ſprevit. Poſtrémò Domínicam Crucem prodit reſurréctio, & ad ſalutáris ligni tactum mórte prófugâ funus excúſſum, & corpus eréctum eſt; tremefactíſque vivéntibus, ſtetit mórtuus; & funébribus, ut Lázarus quondam, vínculis expe-

dítus, íllico inter expectatóres ſuos redivívus incéſſit.

℟. Chriſtus paſſus eſt pro nobis. * Qui peccátum non fecit, peccáta noſtra ipſe pértulit in córpore ſuo ſuper lignum; ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus; † Allelúia, allelúia. 1. *Petr.* 2. 21. 22. 24. ℣. Diſciplína pacis noſtræ ſuper eum, & livóre ejus ſanáti ſumus. *Iſai.* 53. 5. * Qui peccátum. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudáte cœli, quóniam miſericórdiam fecit Dóminus: ℟. Jubiláte extréma terræ; Allelúia. *Iſai.* 44. 23.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 3. *a.* Sic oportébat Chriſtum pati, & reſúrgere; & prædicári in nómine ejus pœniténtiam, & remiſſiónem peccatórum in omnes gentes; Allelúia. *Luc.* 24. 46. 47.

Capitulum. 1. *Cor.* 1. 23. 24.

PRædicámus Chriſtum crucifixum: Judæis quidem ſcándalum, géntibus autem ſtultítiam; ipſis autem vocátis Judæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtútem, & Dei ſapiéntiam.

Hymnus. *Santol. Vict.*

CRux, ſola languórum Dei
Pendéntis in te cónſcia!
Ejus dolóres íntimos,
Dic verba, dic ſuſpíria.

Clavi pedes, clavi m[anus]
Fixére duro ſtípiti,
Cinctum cruéntis vépri[bus]
In te recumbébat caput.

Cum morte luctántis
Legis ſuprémos ſpíritus:
Chriſtus tuo, volens mo[riens,]
Vitam relíquit in ſinu.

Tu lectus in quo no[s ...]
rit,
Suggéſtus è quo nos do[...]
Olim treméndum ſóntib[us]
Eris tribúnal Júdicis.

Qui per Crucem noſ[...]
ras,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, nec tibi mi[nor]
Laus, utriúſque Spíritus.
Amen.

℣. Oblátus eſt Chriſt[us ad]
multórum exhauriénda [pec]cáta; ℟. Secúndò ſine pe[ccá]to apparébit expectántib[us] in ſalútem; Allelúia. *Heb.* [9.] 28.

Ad Benedíctus, *Ant.* [...]
Parébit ſignum Fílii hóm[inis] in cœlo: & vidébunt Fí[lium] hóminis veniéntem in n[ubi]bus cœli cum virtúte mu[lta] & majeſtáte; Allelúia. [*Matth.*] 24. 30.

Oratio.

DEus, qui in præ[clára] ſalutíferæ Crucis in[ven]tióne, paſſiónis tuæ mirá[cula] ſuſcitáſti; concéde ut vi[tális] ligni prétio, vitæ ætérnæ [ſuf]frágia conſequámur; Qui vis & regnas.

mmemoratione ſancti
·i, *Ant.* Dóminus,
ficátus ſum, ix.
Oratio.
ı, quæſumus, omnı-
ıs Deus, ut qui beáti
:i mártyris tui atque
: natalítia cólimus, à
malis imminéntibus
rceſſióne liberémur;
ſtum.
SS. Euſebii & Aviti,
us idóneos nos fecit
: novi teſtaménti;
râ, ſed ſpíritu; Alle-
'or. 3. 6.
uiſti bonus odor ſu-
ɔ, ℟. In iis qui ſalvi
lelúia. 2. *Cor.* 2. 15.
Oratio.
lo Dómine, ſupplica-
ibus noſtris, quas in
ı Euſébii & Aviti feſti-
férimus; ut qui no-
tiæ fidúciam non ha-
órum qui tibi placué-
ibus adjuvémur; Per.
)RAS, *in fine Hymno-*
tologia, Qui per Cru-
líberas, &c. *ſuprà*.
ı *de Feria.*
RIMAM, *Ant.* 7. c.
mórtuus eſt pro pec-
ris, & reſurréxit tér-
:cúndùm Scriptúras;
1. *Cor.* 15. 3. 4.
brevi, ℣. Qui per
nos líberas.
ERTIAM, *Ant.* 2. D.
quod advérsùs nos
ígraphum decréti,
de médio, affígens
illud cruci; Allel. *Coloſſ.* 2. 14.

Capitulum. Philipp. 2. 8. 9.

HUmiliávit ſemetípſum, factus obédiens uſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

℟. *breve*, Dóminus dominórum redémit nos ab inimícis noſtris; * Allelúia, allelúia. ℟. Dóminus. ℣. Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus. * Allelúia. Glória. ℟. Dóminus. *Pſ.* 135. 24.

℣. Chriſtus nos redémit de maledícto legis, ℟. Factus pro nobis maledíctum; Allelúia. *Gal.* 3. 13.

AD SEXTAM, *Ant.* 5. a. Fecit útraque unum, ſolvens inimicítias in carne ſua; ut reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem; Allelúia. *Epheſ.* 2. 14. 16.

Capitulum. Hebr. 2. 10.

DEcébat eum, propter quem ómnia, & per quem ómnia; qui multos fílios in glóriam addúxerat, autórem ſalútis eórum per paſſiónem conſummáre.

℟. *breve*, Apud Dóminum miſericórdia, * Allelúia, allelúia. ℟. Apud Dóminum. ℣. Et copióſa apud eum redémptio. * Allelúia. Glória. ℟. Apud Dóminum. *Pſ.* 129. 7.

℣. Redémit Dóminus Jacob; ℟. Et Iſraël gloriábitur; Allelúia. *Iſai.* 44. 23.

Ad Nonam. *Ant.* 8. G. Verbum crucis, pereúntibus quidem ſtultítia eſt; iis autem qui ſalvi fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt; Allelúia. 1. *Cor.* 1. 18.

Capitulum. *Act.* 5. 30. 31.

Quem vos intereméſtis, ſuſpendéntes in ligno; hunc Príncipem & Salvatórem Deus exaltávit déxterâ ſuâ, ad dandam pœniténtiam Iſraéli, & remiſſiónem peccatórum.

℟. *breve*, Egréſſus es Dómine in ſalútem pópuli tui, * Allelúia, allelúia. ℟. Egréſſus es. ℣. In ſalútem cum Chriſto tuo.* Allelúia. Glória. ℟. Egréſſus es. *Habac.* 3. 13.

℣. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi, ℟. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt; Allelúia. *Pſ.* 84. 11.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. f. Amen dico vobis: Qui non áccipit crucem ſuam, & ſéquitur me, non eſt me dignus; Allelúia. *Matt.* 10. 15. 38.

Capitulum. *Hebr.* 12. 1. 2.

Currámus ad propóſitum nobis certámen, aſpiciéntes in autórem fidei, & conſummatórem Jeſum, qui propóſito ſibi gaúdio ſuſtínuit crucem, confuſióne contémptâ; atque in déxtera ſedis Dei ſedet.

℟. Mihi abſit gloriári, niſi in cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti; per quem * Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo; † Allelúia, allelúia. *Gal.* 6. 14. ℣. Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid vólui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum. *Pſ.* 72. 25. 26.* Mihi. Glória. † Allelúia.

Hymnus, Signum novi, *ſuprà ad Officium Nocturnum.*

℣. Si commórtui ſumus, & convivémus: ℟. Si ſuſtinébimus, & conregnábimus; Allelúia. 2. *Tim.* 2. 11. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Chriſto confixus ſum cruci: vivo jam non ego, vivit verò in me Chriſtus: in fide vivo Fílii Dei qui diléxit me, & trádidit ſemetípſum pro me; Allelúia. *Gal.* 2. 19. 20.

Oratio, Deus, qui in præclára, *ſuprà in Laudibus.*

Fit Commemoratio S. Athanaſii, *Ant.* Beátus vir, ℣. Beátus homo, xxj. *Oratio*, Præſta, *infrà ad Laudes.*

DIE IV.

In feſto

SANCTI ATHANASII,

Alexandrini epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris.

Duplex-minus.

De Communi SS. Doctorum, xxij.

Lectio ij.

Ex Rufino, Sozom. & aliis antiquis Scriptoribus.

Athanáſius, ab Alexándro epiſcopo Alexandrínæ Eccléſiæ diáco-

linátus, ab eo ductus Concílium Nicænum, rii impietátem ácriter iávit. In Alexándri pau- defúncti locum ſuffé- tranquíllo epiſcopátûs diœcéſim omnem per- it. Sed cùm nullis aut is aut minis poſſet ad- t Arium fictè pœnitén- cíperet, nihil non mo- ſt ínquies Arianórum quóminus in pace mu- bíret ſibi commíſſum. Meletiánis juncti ſtru- calumniárum technas, ut ipſum loco dejíce- quas coram Conſtantíno & eo jubénte Alexán- rédiit. In Tyri Conci- rurſus Athanáſium cri- es Ariáni, eum ad Im- em proféctum ut eó- m effúgeret, quaſi cau- eréntem epiſcopátu ab- it. Conſtantíno cógnitâ injuſtítiâ indignánti, l áliam convérſi calúm- ſúggerunt comminátum thanáſium, prohibitú- ne conſuéta annóna ex o Conſtantinópolim de- tur; quâ criminatióne Conſtantínus Athaná- réviros amandávit, ubi míno epíſcopo honorí- céptus eſt.

Lectio iij.

exándriam revocátus, agénte apud Conſtán- atrem *Conſtantíno ju- uti mens Conſtantíni* patris fúerat, novis íterum calúmniis impétitur. A Júlio papa, cui Euſebiáni Concí- lium poſtulántes ſcrípſerant, dum Romæ in Synodo judi- cátur ínnocens, adverſárii judício licèt ab Athanáſio priùs recuſáto, Antiochíæ de- pónunt, & depóſito Gregó- rium Cappádocem ſubſtítuunt. A Synodo Sardicénſi calúm- niis hæreticórum vindicátus, ſedi ſuæ reſtitúitur. Séptimo pòſt anno cùm à Conſtántio Ariánis addictíſſimo ad mor- tem quærerétur, ſex totis an- nis in Ægypti monaſtériis, lo- cíſque deſértis delítuit. Poſt Conſtántii mortem, permit- ténte Juliáno apóſtatâ, revér- ſus, Concílium hábuit cum Chriſti Confeſſóribus de reci- piéndis iis qui ab Ariánis fúe- rant ſedúcti; in quo res gra- víſſimas tantâ prudéntiâ defi- nívit, ut Eccléſiam viſus fúerit imminénti período eripuíſſe. A Juliáno ad mortem quæſí- tus, íterum diſcédere cógitur, & inſequéntes ſe aſtúto con- ſílio elúſit, delituítque Ale- xándriæ uſque ad mortem Ju- liáni. Sub Joviáno imperatóre cathólico pacíficè ſuam rexit Eccléſiam; ſed rurſus movénte perſecutiónem Valénte Ariá- no, in patérno monuménto quátuor menſes latitáre coá- ctus eſt; & ex eo tandem, in- ſtánte pópulo, egréſſus, poſt tot labóres ac ærúmnas, an- no epiſcopátûs quadragéſimo

ſexto, Chriſti verò trecentéſimo ſeptuagéſimo tértio in léctulo ſuo mórtuus eſt.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut excelléntiam Verbi tui, quam beátus Athanáſius aſſéruit, & conveniénter intellígere valeámus, & veráciter profitéri; Per eúndem Dóminum.

Post Vesperas, *fit Commemoratio S. Joviniani, primi Eccleſiæ Autiſſiodorenſis lectoris, & martyris, Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Præſta, ix.

Die V.

In feſto SANCTI JOVINIANI, primi lectoris Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, & mart.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius martyris, vij.

Oratio, Præſta, ix.

Lectio iij.

Ex vita S.Germani, Hiſt. Epiſcoporum Autiſſiodorenſium apud Labb. Martyrologio Adonis, & aliis.

JOviniánus lector Románus, eloquéntiâ & Scripturárum notítiâ præcéllens, ſancto Peregríno cum áliis adjúnctus eſt à beáto Sixto, ut divíni verbi ſemen per Gállias ſpárgeret. Autiſſiodóri miniſtérium ſuum implévit. Superſtitiónibus paganórum fórtiter obsíſtens, Martyrii palmam conſecútus eſt. Corpus ejus ſepúltum in monte Aútrico, juxta ſanctum Corcódomum & álios jacébat juxta beáti Germáni; póſtea decentióri loco recónditum fuit. Século undécimo, capéllam ſancti Peregríni juxta ripam Icaúnæ cùm ab invaſórum mánibus vindicáſſet Goffrídus de campo Alemánno, Autiſſiodorénſis epíſcopus, majórem inde óſſium ſancti Joviniáni partem extráxit; & mónachis è Caritáte ſuper Ligerim ſuo témpore inſtitútis concéſſit.

Veſpera de Feſto ſequenti.

Die VI.

In feſto S. JOANNIS APOSTOLI & evangeliſtæ, ante portam Latinam.

Semiduplex.

Omnia ut in Feſto SS. Philippi & Jacobi, 429. exceptis quæ ſequuntur.

In Primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. a. Flamma non ardébit in te, quia ego ſanctus Iſraël Salvátor tuus; ex quo honorábilis factus es in óculis meis, & glorióſus, ego diléxi te; Allelúia. *Iſai.* 43. 2. 3. 4.

Capitulum. *Iſai.* 43. 1. 2.

NOli timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo: meus es tu. Cùm transíeris per aquas, tecum ero, & flúmina non opérient te; cùm ambuláveris in igne, non combuŕeris.

Santol. Vict.
m Romúleam quis
or íncitat ?
:cípulus Cæſare jú-

rápitur , nil vene-
s
caníties movet.
ólei conjícitur ma-

ıócuit , flamma ſed
ti
ıda ſuo ; ceu pugil
ur ,
fórtior éxilit.
ſtériles pulſus in
ıs ,
: ſócio perfrúitur
:
ra videt , quæ cála-
ıotans ,
i nébulâ tegit.
Chriſtus amet , ſic
at pati ;
ue mori , fúneris ut

ícipes ; non áliis
:
conditiónibus.
íxima laus , máxi-
Fílio ,
que ſacro máxima
ıini ;
erta fides , fóntibus
is ,
divínitus haúſimus.
n.
munícántes Chriſti
gaudéte , ℟. Ut
atióne glóriæ ejus
exultántes ; Alle-
4. 13.

Ad Magníficat , *Ant.* 3. a. Cálicem , quem ego bibo, bibétis ; & baptíſmo , quo ego baptízor , baptizabímini ; Allelúia. *Marc.* 10. 39.

Oratio, Deus , qui beátum ; *infrà ad Laudes.*

Commemoratio S. Joviniani, *Ant.* Juſtum , ℣. Cuſtodívit ; xj. *Oratio* , Præſta , ix.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Lectio j. *de Scriptura occurrente ; ex tribus una.*

Ex libro ſancti Hierónymi preſbyteri advérsùs Joviniánum.

Lectio ij. *Lib.* 1. *cap.* 14.

JOánnes unus ex Diſcípulis, qui mínimus tráditur fuíſſe inter Apóſtolos , & quem fides Chriſti vírginem repéreat , virgo permánſit ; & ídeo plus amátur à Dómino , & recúmbit ſuper pectus Jeſu : & quòd Petrus qui uxórem habúerat , interrogáre non audet , illum rogat ut intérroget. Et poſt Reſurrectiónem , nuntiánte María Magdaléne quòd Dóminus reſurrexíſſet , utérque cucúrrit ad ſepúlcrum, ſed ille prævénit. Cúmque eſſent in navi , & piſcaréntur in lacu Genézareth , Jeſus ſtabat in líttore , nec ſciébant Apóſtoli quem vidérent : ſolus virgo vírginem agnoſcit , [& dicit Petro : Dóminus eſt.]

Lectio iij. *Poſt pauca.*

ESt Joánnes , & Apóſtolus, & Evangeliſta , & Prophéta. Apóſtolus , quia ſcripſit ad

Eccléſias ut magíſter : Evangeliſta, quia librum evangélii cóndidit, quod, excépto Matthæo, álii ex duódecim Apóſtoli non fecérunt : Prophéta, vidit enim in Patmos inſula, in qua fúerat à Domitiáno príncipe ob Dómini martyrium relegátus, Apocalypſim infiníta futurórum myſtéria continéntem. Refert autem Tertulliánus, quòd Romæ miſſus in fervéntis ólei dólium, púrior & vegétior exíverit quàm intráverit.

AD LAUDES MATUTINAS.

Oratio.

DEus, qui beátum Joánnem partícipem in tribulatióne & patiéntia Dómini Jeſu, óleo ſanctæ exultatiónis unxíſti; fac nos, tantæ imitatióne virtútis, communicántes ejúſdem Chriſti paſſiónibus ſic gaudére, ut in revelatióne glóriæ ejus gaudeámus exultántes; Qui tecum vivit.

AD VESPERAS.

Ant. ſola 5. a. Probávit me Deus quaſi aurum, quod per ignem tranſit; veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus, viam ejus cuſtodívi; Allelúia. *Job* 23. 10. 11.

Capitulum. Eccli. 51. 4. 5. 6.

LIberáſti me Deus, ſecúndùm multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus præparátis ad eſcam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de portis tribulatiónum quæ circundedérunt me; à preſſúra flammæ quæ circúndedit me.

Hymnus, Urbem Romúleam, *ut in primis Veſperis.*

℣. Impinguáſti in óleo caput meum : ℟. Et calix meus inébrians quàm præclárus eſt! Allelúia. *Pſ.* 22. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Confitébor nómini tuo Dómine, quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, & in médio ignis non ſum æſtuátus; Allelúia. *Eccli.* 51. 2. 6.

Oratio, Deus, qui beátum, *ſuprà in Laudibus.*

Fit Commemoratio S. Valeriani, Autiſſiod. epiſcopi, Ant. Reſpéxit, xvij. ℣. Quæsívit, xvj. *Oratio*, Omnípotens, xix.

DIE VII.

In feſto

SANCTI VALERIANI,

Autiſſiodorenſis epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, xvij.

Oratio, Omnípotens, xix.

Lectio iij.

Ex Hiſt. Epiſc. Autiſſiod. apud Labb. Vitâ S. Amatoris per Steph. Afric. Concil. Labb. tom. 2. *& aliis.*

VAleriánus epíſcopus, quem álii Valérium ſeu Valerínum appellavére, Autiſſiodorénſem rexit Eccléſiam tértius poſt ſanctum Peregrínum. Hujus præcípuè ſtúdium fuit creſcéntem Dómini víneam cólere, novóſque pálmites inſeréndo amplificare.

álios beátum A-
ıuc júvenem ab
ad ſacræ Scrip-
, & cœléſtes de-
ıortatiónibus al-
Antíſtitis nomen
: Coloniénſi, ſed
ſynodo Sardicén-
ıs præſules légere
s Provínciæ Se-
ſúlibus, ſanctum
relianórum ordi-
um. Corpus ejus
ıo epiſcopátûs in
:o ſepúltum fuit:
átum in baſíli-
ſexto ſéculo ejus
nítur, quinto ab
ɔ, ubi háctenus
:ur. Ejúſdem cór-
ın módica à mul-
ud Caſtrodúnum
Carnoténſi aſſer-
ıtiquíſſima & ce-
tat ejus nóminis
plúrima per ejus
ı mirácula pa-

ſit à Capitulo de

VIII.
ı feſto
ELADII,
'enſis epiſcopi.
ıiduplex.
uni unius S. Pon-

Quæſumus Dómi-

N VESPERIS,
ıtur ſub ſola Ant.
ı Communi, xx.
r.

& à Capitulo ut in primis Veſperis de eodem Communi, xvj.

Fit Commemoratio S. Valeriani, Ant. Beatificávit, ℣. Dedit illi, xx. *Oratio*, Omnípotens Deus, xix.

Lectio iij.

Ex Hiſt. Epiſc. Autiſſ. Labb. tom. 1. Bibliot. MS.

ELádius, ſive Helládius, Autiſſiodorénſis epíſcopus, poſt ſanctum Valeriánum ſedit circa témpora Valentiniáni ſenióris. Suſcéptâ Domínici gregis curâ, verbo & exémplo multos ad Chriſtum convértit. Sanctum Amatórem lítteris ſacris imbútum ordinávit. Martham ejus ſponſam Vírginum ſodalítio ſociávit. Expléto ſacræ milítiæ offício, ſanctitáte & virtútibus inſignis, ad Chriſtum migrávit vigéſimo-tértio pontificátûs ſui anno, die octávâ Máii; & in Aútrico monte, juxta prædeceſſóres ſuos ſepúltus eſt.

Veſpera à Capitulo de Feſto ſequenti.

DIE IX.

In feſto
SANCTI GREGORII
Nazianzeni, Conſtantinopolitani epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris.

Semiduplex.

De Communi SS. Doctorum, xxj. *Oratio*, Omnipotens ætérne Deus, xxiv.

Pridie POST VESPERAS, *fit Commemoratio S. Eladii, Ant.* Beatificávit, ℣. De[illegible]

illi, xx. *Oratio*, Quæſumus Dómine, xix.

Lectio ij.

Ex ipſius S. Greg. Carm. & Orat. ac ex antiq. Script. Eccl.

Gregórius, ob ſingulárem divinárum litterárum ſciéntiam Theólogus appellátus, Ariánzi in Cappadócia ſecúnda natus eſt Gregório patre, qui póſtea Nazianzénæ Ecclésiæ curam ſuſcépit, & Nonnâ matre, quæ nondum in lucem éditum Deo conſecrávit. Adoléſcens, Cæſaréam primùm, deínde Alexándriam, hinc Athénas, diſcéndi ſtúdio, perréxit; ubi amicítiam íniit cum Basílio, & ab Atheniénſibus eloquéntiæ Proféſſor eſt deſignátus. In pátriam revérſus, baptizátus eſt. Tum Préſbyter à patre, invítus licèt, creátus; mox, ne ab eódem Epíſcopus conſecrarétur, fugit in Ponti ſolitúdinem, ubi cum Basílio monáſticæ vitæ inſtitúta cóndidit. Imperánte Juliáno Naziánzum venit, ubi patrem nonagenárium, qui decéptus ab Ariánis confeſſióni Ariminénſi ſubſcripſerat, addúxit ut ſubſcriptiónem revocáret, eúmque mónachis & magnæ gregis parti quæ ab ipſo deſcíverat, reconciliávit. Saſimórum Ecclésiæ à Basílio præféctus, ne cauſa eſſet diſsídii Basílium inter & Anthimum, Tyanénſem epíſcopum de Saſimórum óppido, epiſcopátu ceſſit; & poſtquam aliquándiu in noſocómio ægrótis miniſtráſſet, Naziánzum in auxílium patris eâ conditióne venit, ut illo vitâ functo recéderet.

Lectio iij.

Conſtantinópolim ad reſtaurándam hujus civitátis Ecclésiam miſſus, Ariános & Apollinaríſtas expugnávit: multíſque ab hæreſi revocátis, lápidibus ob fidem Trinitátis appetítus, orat pro perſecutóribus, & ut ſeditióſus tráhitur ad judícium, ſed abſólvitur. Tantis perfúnctum labóribus Gregórium Petrus Alexandrínus Conſtantinopolitanórum Epíſcopum per epíſtolas inſtítuit: at paulò pòſt, mutáto consílio, ad eam ſedem Máximum Cynicum, clero & plebe repugnántibus evéxit. Convocátâ deínde Conſtantinopolitánâ Synodo, Máximus dejícitur; Gregórius verò confirmátur óperâ Melétii Antiochéni, ante advéntum Timóthei Alexandríni & Epiſcopórum Ægypti aliorúmque ex Macedónia: qui cùm adéſſent, negaréntque citra ſuum conſénſum Conſtantinópoli dari epíſcopum potuiſſe, Gregórius in Concílio, ſtúdio pacis, ſe ábdicans, dixit: Si vobis ullómodo diſsídii cauſa ſum, Jonam prophétam vitæ integritáte non ſúpero, projícite me in mare, & hæc tumúltuum procéllæ

. Poſt hæc à Sy-
:ns, cùm Nectá-
útus eſſet, Arián-
it : unde Cæſa-
ıs, in laudem Ba-
fúncti oratiónem
buit. Dehinc Na-
:ſule orbátam ali-
ıiniſtávit ; eique
hæreſi expurgátæ
ı curávit Eulá-
:inde ſecéſſit, ubi
m agens, gravíſ-
tentatiónes ora-
úniis ac vigíliis
emum, Theodó-
e, decéſſit; mul-
·os & energúme-
in vita miráculis.
Capitulo de Feſto

E X.
ı feſto
: HILARII,
ıſis epiſcopi.
iduplex.
uni unius S. Pon-
rat. Exaúdi, xix.
ST VESPERAS,
io S. Gregorii Na-
it. Non recédet,
:xv. *Oratio,* Om-
me Deus, xxiv.
ctio ij.
er Honorat. Ope-
on. vita S. Ger-
Conſtant. Concil.
3. *&c.*
us génere illú-
, *quem cohorta-*
us, lácrymis &
iſto genúerat

Honorátus, poſt ejus óbitum è monaſtério Lirinénſi ád clavum Arelaténſis Eccléſiæ aſſúmptus eſt. Vir fuit potens ópere ac ſermóne, ſacris páginis aſsíduè inhærens : Homílias & Epíſtolas ſcripſit : prædeceſſóris ſui præcónium elegánti ſtylo exarávit. Unâ túnicâ conténtus, æſtátis ardórem, & híemis rigórem inter oratiónes, vigílias & jejúnia æquo ánimo ſuſtinébat. Cilícii aſperitáte corpus mácerans, iter pédibus ſæpe conficiébat. Ut paúperes reficeret, bonórum ſuórum largitióni mánuum labórem adjécit : ut captívos redímeret, ipſa étiam vaſa ſacra véndidit. Infirmitátes ſuórum própria vúlnera réputans, animárum ſalúti ſtrénuè & indeféſsè óperam dedit. Párciùs vivens, raróque ad menſam, ſeculárium áliquem invítans, cibum piâ lectióne condíre ſólitus, plúribus in locis eam conſuetúdinem introdúxit.

Lectio iij.

GErmánum, Autiſſiodorénſem epíſcopum, in urbe Arelaténſi cum totíus pópuli religióſa gratulatióne ſuſcépit : affectu ut patrem, reveréntiâ ut Apóſtolum cóluit. Ipſum étiam Autiſſiodóri ſæpiùs invíſens, ejus consília ávidus exquirébat, quibus utebátur in Diœcéſis adminiſtratióne. Præfuit Synodis Rhegénſi, Arauſicánæ, Vaſénſi.

Præfuit & Synodo in Diœcéſi Veſuntionénſi congregátæ; in qua præſénte eódem ſancto Germáno Chelidónius Veſuntiónis epíſcopus fuit damnátus. Poſt multos álios labóres exantlátos, miráculis clarus, óbiit Areláte, die quintâ Máii, anno ætátis quadragéſimo octávo, reparátæ ſalútis quadringentéſimo quadragéſimo nono.

Die XII.

SANCTI PANCRATII Martyris

Commemoratio.

Pridie Post Vesperas, *Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Deus qui beátum, ix.

Poſt Laudes Matutinas, *Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, *Oratio*, Deus, qui beátum, ix.

Veſpera de Feſto ſequenti.

Die XIII.

In feſto S. MARCELLIANI, Autiſſiodorenſis epiſcopi.

Semiduplex.

De Communi unius S. Pontificis, xvj. *Orat.* Omnípotens, xix.

Lectio iij.

Ex Hiſt. Epiſc. Autiſſiod. apud Labb. & vita S. Germani per Conſtant.

Sancto Peregríno apud Baugíacum vicum ſempitérnam martyrii corónam adépto, ſanctus Marcelliánus natióne Gallus, conſpirántibus ómnium fidélium votis, relícti gregis curam ſuſcépit. Amplificándæ fidei, & ſalútis animárum procurándæ deſidério ſuccénſus, verbi divíni prædicatióni ſtrénuè & conſtánter incúbuit. Quo in offício adjutóres hábuit ſancti Peregríni ſócios Marſum preſbyterum, Corcódomum diáconum, Alexándrum & Joviniánum ſubdiáconos; quibus póſtea Florentínum adjúnxit. Explétis in paſtoráli ſolicitúdine annis círciter trigínta, piis labóribus perfúnctus, migrávit ad Dóminum die Máii décimâ tértiâ, imperánte Conſtantíno magno, & in monte Aútrico ſepúltus eſt.

¶ *Si Feſtum S. Peregrini occurrat in Vigilia vel Hebdomada Pentecoſtes, transferetur in Feriam* ij. *poſt Feſtum SS. Trinitatis.*

Si in die Aſcenſionis, transferetur in Feriam vj. *ſequentem, tuncque poſt Veſperas Aſcenſionis fiet Commemoratio ſolemnis S. Peregrini, per Antiphonam* Vocáberis, *integrè. Deinde Canticum* Magníficat. *Et poſt* Sicut erat, &c. *repetitur eadem Antiphona* Vocáberis, *deinde* Dóminus vobíſcum, &c. *Oratio*, Dírige, *infrà*, 454. *Et ſic in ſimili caſu quoties facienda eſt Commemoratio ſolemnis.*

Ipſa dies in quam transfertur Feſtum S. Peregrini, feſtivatur à populo.

DIE XVI. MAII.

IN FESTO S. PEREGRINI,

AUTISSIODORENSIUM APOSTOLI, ET PRIMI EPISCOPI AC MARTYRIS.

SOLEMNE.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni f. dupl.*

SErve meus apprehéndi te, à longínquis vocávi te; ne tímeas, quia ego tecum ſum; Allelúia. *Iſai.* 41. 8. 9. 10.

Ant. 4. d. Ego mitto te aperíre óculos cæcórum, ut convertántur à ténebris ad lucem, & de poteſtáte ſátanæ ad Deum; Allelúia. *Act.* 26. 17. 18.

Ant. 7. *d.* Surge, & vade in civitátem, & prædica in ea prædicatiónem, quam ego loquor ad te; Allelúia. *Jona* 3. 2.

Ant. 2. D. Incurvábitur ſublímitas hóminum, & humiliábitur altitúdo virórum, & idóla pénitùs conteréntur; Allelúia. *Iſai.* 2. 17. 18.

Ant. 5. *F.* Erit fides in tempóribus tuis; divítiæ ſalútis, ſapiéntia & ſciéntia; Allelúia. *Iſai.* 33. 6.

Capitulum. Iſai. 46. 12. 13.

HÆc dicit Dóminus: Audíte me duro corde qui longè eſtis à juſtítia: propè feci juſtítiam meam, non elongábitur, & ſalus mea non morábitur.

℟. Ego ſuſcitávi eum ad juſtítiam, & omnes vias ejus dírigam; * Ipſe ædificábit civitátem meam, & captivitátem meam dimíttet; Allelúia, allelúia. *Iſai.* 45. 13. ℣. Vas electiónis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram géntibus. *Act.* 9. 15.* Ipſe. Glória. *Repetitur* ℟. Ego.

Hymnus.

TANTIS quis grádiens páſſibus it gigas?
Ut ſævi túmidas déſpicit æquoris
Iras! ut nova Chriſto
Ardet ſúbdere péctora!

HUNC afflàta Deo proſéquitur cohors:
Quò ſe cunque ferunt, ſignat iter fides;
Pulſis éxplicat umbris
Se ſe lúcida Véritas.

FELIX præ réliquis tu tamen úrbibus,
Felix hoſpítio príncipe cívitas,

Quam ſedem Peregrínus
Et Paſtor legit, & Pater.
Hìc ſupra ſólidam firma jacit petram
Fundaménta domûs: illa furéntibus
Inconcúſſa procéllis,
Altum ſurget in æthera.
Sanctorum séries hinc tibi Præſulum,
Puras unde fides trádita per manus:
Hinc Autiſſiodóro
Pro cognómine ſanctitas.
Unctus qui próprio ſánguine Póntifex,
Par ſit, Chriſte, tibi cum Patre glória;
Qui connéctis utrúmque,
Laus compar tibi Spíritus.
Amen.

℣. Dóminus dabit voci ſuæ vocem virtútis. ℟. Date glóriam Deo ſuper Iſraël; Allelúia. *Pſ.* 67. 35.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. *dupl.* Vocáberis cívitas juſti, urbs fidélis. Qui dereliquérunt Dóminum conſuméntur; confundéntur enim ab idólis quibus ſacrificavérunt; Allelúia. *Iſai.* 1. 26. 28. 29.

Oratio.

Dirige ad te, Dómine, tuórum corda ſervórum, intercedénte beáto Peregríno mártyre tuo atque pontífice; ut de infidelitátis ténebris liberáti, nunquam à veritátis tuæ luce diſcédant; Per.

Ad Completorium, *Antiphona ut in die*, *infrà*, 461.

Orationes, Dírige ad te, *ſuprà*, & Véritas, *ſub una* [...] *cluſione.*

AD OFFICIU[M]
Nocturnum.

Invitatorium, Dómi[nus] qui dedit nobis Doctórem [ju]ſtitiæ, * Veníte, adorém[us] Allelúia. *Joël* 2. 23.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus

Autricam vixdum [Pe]regrínus urbem
Attigit, forti tonat ore; [...]dam
Vana divórum reſolúta [...]cunt
Templa ruínam.
Strata per vicos ſimul ſordent:
Déſerens arces petit antra [...]men;
Et procul, pennâ trepidá[ns] victus
Avolat error.
Scilicet vaſtis, mora nu[lla], campis
Impigri vellunt ſtérilem [co]lóni
Cárduum, verſis melióra [...]dunt
Sémina ſulcis.
Hæc quidem ſævâ lat[ent] brumâ:
Mox ubi læto pluet æ[thra] imbre,
Quanta ſe ſacro feret irri[gata]
Sánguine meſſis!
Qui gregem fuſo rédi[mis] cruóre,
Laus tibi, Paſtor bone: [...] fidéles

uſtódes óvibus, bení-
aos
Mitte paréntes.
.men.
ni de I. Nocturno Do-

1. ſ. *dupl.* Fide obe-
ı locum exíre, quem
rus erat in heredità-
lleluia. *Hebr.* 11. 8.
1. a. Surréxit, & ábiit
erbum Dómini, & cœ-
oíre in civitátem; Alle-
na 3. 3. 4.
4. ſ. Incitabátur ſpíri-
; in ipſo, videns idolo-
léditam civitátem; Al-
Act. 17. 16.
eníte, fílii, audíte me;
ıórem Dómini docébo
llelúia. *Pſ.* 33. 12.
Epíſtola prima beáti
i apóſtoli ad Theſſa-
lonicénſes.
j. *c.* 2. 4. *ad* 13.
ut probáti ſumus à
)eo, ut crederétur no-
is Evangélium, ita ló-
; non quaſi homínibus
es, ſed Deo qui probat
ıoſtra. Neque enim ali-
fúimus in ſermóne
ónis, ſicut ſcitis, neque
ıſióne avarítiæ; Deus
ſt: nec quæréntes ab
bus glóriam, neque à
neque ab áliis. Cùm
us vobis óneri eſſe, ut
apóſtoli; ſed facti ſu-
rvuli in médio veſtrûm,
n ſi nutrix fóveat fílios
a deſiderántes vos,
cúpidè volebámus trádere vo-
bis non ſolùm Evangélium
Dei, ſed étiam ánimas noſtras;
quóniam caríſſimi nobis facti
eſtis. Mémores enim eſtis, fra-
tres, labóris noſtri, & fatiga-
tiónis; nocte ac die operántes,
ne quem veſtrûm gravarémus,
prædicávimus in vobis Evan-
gélium Dei. Vos teſtes eſtis,
& Deus, quàm ſanctè & juſtè,
& ſine queréla vobis, qui cre-
didíſtis, fúimus: ſicut ſcitis,
quáliter unumquémque ve-
ſtrûm (ſicut pater fílios ſuos)
deprecántes vos & conſolán-
tes, teſtificáti ſumus, ut am-
bularétis dignè Deo qui vo-
cávit vos in ſuum regnum &
glóriam.

℟. Intendébant turbæ his
quæ ab eo dicebántur, vidén-
tes ſigna quæ faciébat: * Cùm
verò credidiſſent Evangeli-
zánti, baptizabántur viri ac
mulíeres; Allelúia, allel. *Act.*
8. 6. 12. ℣. Deferéntes cære-
mónias patrum ſuórum, quæ
in multitúdine deórum erant,
unum Deum cœli coluérunt.
Judith 5. 8. 9. * Cùm verò.

Lectio ij.

Ex ejus actis apud Bolland. Conſtant. in vita S. Germani: & Hiſt. Epiſc. Autiſſiod. apud Labb. tom. 1.

PEregrínus civis Románus, ſæviénte in Chriſtiános gentílium furóre, à Xyſto ſeu Sixto ſecúndo, pontífice Románo, cum Marſo preſbytero, Corcódomo diácono,

Joviniáno & Alexándro ſubdiáconis, ac Joviniáno lectóre, pro divínæ fídei propagatióne in Gállias miſſus eſt. Poſtquam Maſsíliæ, deínde Lugdúni pretiosíſſima Evangélii ſémina ſparsíſſet, Autiſſiodórum profectus eſt, ut evérsâ ſátanæ tyránnide, Chriſti regnum ſtabilíret. Ibi verbum Dei locútus eſt cum fidúcia; & Dómino dante ſigna & prodígia fieri per manus ejus, omnes penè Autiſſiodorénſes Chriſto mancipávit. Mox juxta ripam Icaúnæ ad portam Urbis Balneárem, Chriſti ſalvatóris nómine conſecrávit Eccléſiam. Relíctis in Urbe ad gregis cuſtódiam Sóciis, Interamnénſem regiónem idololatríæ déditam in Chriſti ditiónem redígere aggréſſus eſt. Multitúdinem paganórum ad Jovis feſta congregátam líberè íncrepans, furórem illórum in ſe concitávit. Baugíaci in cárcerem retrúſus cùm fuíſſet, multi per eum ad Chriſtiánam fidem addúcti ſunt. Coram júdice ſenex venerándâ canítie ſpectábilis, ſíſtitur; váriis honóribus ſimul & minis ut diis ſacrificáret tentátus, uni Deo conſtánter adhærens, cápite truncátur, die décimâ ſextâ Máii, quarto ineúnte ſéculo.

℟. Vir ætáte provéctus & vultu decórus, * Glorioſíſſimam mortem magìs quàm ódibilem vitam compléctens, voluntáriè præíbat ad ſupplicium; Allelúia, allel. *2. Mach. 6. 18. 19.* ℣. Propter opus Chriſti uſque ad mortem accéſſit, tradens ánimam ſuam. *Philip. 2. 3.* * Glorioſíſſimam.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Marcum.

Lectio iij. c. 16. 15. ad 18.

In illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Euntes in mundum univérſum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 233. Aliàs de Diverſis, 86.

Audíſtis quid díxerit Dóminus diſcípulis ſuis poſt reſurrectiónem. Miſit eos ad Evangélium prædicándum, & factum eſt. Prædicátum eſt Evangélium; pervénit ad nos. Bréviter conſtítuit nobis, loquens diſcípulis ſuis, quid faciámus, quid ſperémus; ait enim: [Qui credíderit, & baptizátus fúerit, ſalvus erit.] Exígitur à nobis fides; offértur ſalus. Erígite fidem, evígilet cor veſtrum: recordámini hóminem in quo decépti ſumus, recordámini hóminem à quo redémpti ſumus. Ille homo nunquid filius hóminis? Adam homo erat, filius hóminis non erat. Ideo Dóminus Chriſtus aſsíduè ſe dicit Fílium hóminis, ut fáciat nos recordári hóminem qui non fuit filius hóminis: ut recordémur in illo mortem, in illo

illo peccátum, in
ſiónem peccatórum;
iculum, in iſto liber-
ı illo damnatiónem,
ſolutiónem.
tis quáliter unum-
veſtrûm (ſicut pa-
ſuos) deprecántes
onſolántes * Teſtifi-
ıs, ut ambularétis
:o, qui vocávit vos
regnum & glóriam;
allelúia. 1. *Theſſ.* 2.
·. Filii mei, nolíte
; vos elégit Dómi-
ılátis eum. 2. *Par.*
Teſtificáti. Glória.
℟. Scitis.
eum.

L A U D E S
T U T I N A S.

rdotalis, Ecce ſuper
pedes evangelizántis
iántis pacem: ℟. Cé-
a feſtivitátes tuas,
vota tua; Allelúia.
. 15.
ni de Dominica.
ına 3. *toni.* a.
illi Dóminus in præ-
s ſuis poteſtátem,
cob teſtimónia, &
ı lucem dare Iſraël;
ccli. 45. 21.
c. Adjuvábant eum
ıs, & præliabántur
Iſraël cum lætítia;
. *Mach.* 3. 2.
b. Dixit Rex: Qua-
óras Bel? Qui ait:
dóla manufácta, ſed
eum, qui creávit
cœlum & terram; Allelúia. *Dan.* 14. 3. 4.

Ant. 4. E. Trádidit eum.

Canticum. Baruch 5. 1. *ad* 5.

EXue te, Jerúſalem, ſtolâ luctûs,* & vexatiónis tuæ.

Indue te decóre, * & honóre ejus, quæ à Deo tibi eſt, ſempitérnæ glóriæ.

Circúndabit te Deus diploïde juſtítiæ, * & impónet mitram cápiti honóris ætérni.

Deus enim oſténdet ſplendórem ſuum in te, * omni qui ſub cœlo eſt.

Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempitérnum: * pax juſtítiæ, & honor pietátis.

Exúrge, Jerúſalem, & ſta in excélſo: * & circúnſpice ad oriéntem.

Et vide collèctos filios tuos, ab oriénte ſole uſque ad occidéntem, * in verbo ſancti gaudéntes Dei memóriâ.

Glória Patri.

[*Et dicitur per Octavam cùm ſit de Octava.*]

Ant. Trádidit eum Rex in cárcerem, & erat ibi clauſus; fuit autem Dóminus cum eo; Allelúia. *Gen.* 40. 20. 21.

Ant. 5. a. Rex accénſus irâ, in hunc crudéliùs deſævit; & hic mundus óbiit, per ómnia in Dómino confídens; Allelúia. 2. *Mach.* 7. 39. 40.

Capitulum. 2. *Cor.* 1. 5. 6.

SIcut abúndant paſſiónes Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abúndat conſolátio

noſtra : ſive autem tribulámur, pro veſtra exhortatióne & ſalúte; ſive conſolámur, pro veſtra conſolatióne.

Hymnus.

Cursu paráčto quò rapit
 ímpetus?
Quò te quiétis néſcia cáritas;
 Hìc meta; tantis tolle factis
 Eméritam, Peregríne, palmam.

Suadere vox hæc ſcílicet
 éfficax,
Totis perórat dum cruor ártubus,
 Quis hæc per arguménta
 teſti
 Crédere quis neget aſſerénti;

Nil profutúri déſine vérberis
O lictor, alto péctore mílitat
 Bellátor ingens, menſque
 creſcit
 Corpóreis opulénta damnis.

Gregem novéllum, dum caput éripis
Tyránne, fruſtrà pérdere cógitas.
 En fœminas hoc Chriſtiános
 Sánguine, mérgere quo
 labóras.

Te noſtra Patrem ſi quid adhuc movent,
Nos à ſupérnis réſpice ſédibus;
 Nos eſſe ſudóris meménto
 Eſſe tui ſóbolem cruóris.

Te laudet unum, te, Deus,
 ómnium
Vox una laudet, ſive polo
 cohors
 Triúmphat alto, ſive duris
 Bellat adhuc tua bella terris. Amen.

℣. Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ℟. Ferrum pertránſiit ánimam ejus; Allelúia. *Pſ.* 104. 18.

Ad Bened. *Ant.* 3. E. *dupl.* Pater noſter tentátus eſt, & per multas tribulatiónes probátus, Dei amícus effectus eſt: ſic omnes qui placuérunt Deo, per multas tribulatiónes tranſiérunt fideles; Allelúia. *Judith* 8. 22.

Oratio.

Deus, qui nos de ténebris in admirábile lumen tuum per beátum Peregrínum vocáre dignátus es: fac, quæſumus, hujus ſancti Mártyris & Pontíficis labóribus in Chriſto génitos, in Evangélio quod prædicávit immóbiles permanére; Per eúndem Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Dominica.*

Ad Primam, *Ant.* Dedit illi Dóminus.

Oratio, Deus, qui nos de ténebris, *ſuprà*, & Dómine ſancte, Pater omnípotens, *ſub eadem concluſione.* [*Et ſic per Octavam cùm ſit de Octava.*]

C A N O N.

Ex Synodo Autiſſiodorénſi.

An. 1456.

Omnes & ſínguli ſub excommunicatiónis pœna, diébus Domínicis, & áliis in civitáte & diœcéſi Autiſſiodo-

feſtivári præcéptis, ſal-
ſiſſæ íntegræ in ſuis Ec-
Parochiálibus intérſint;
ique divína offícia, prout
olémnitas éxigit, audíre
mittant.
TERTIAM, *Ant.* Adju-
it eum.
itulum. 2. *Cor.* 10 4. 5.
Rma milítiæ noſtræ non
carnália ſunt, ſed poténtia
ad deſtructiónem muni-
m, consília deſtruéntes,
mem altitúdinem extol-
m ſe advérsùs ſciéntiam
& in captivitátem redi-
s omnem intelléctum in
uium Chriſti.
breve, Omnia ſuſtíneo
er eléctos, * Allelúia,
iia. ℟. Omnia. ℣. Ut &
ſalútem conſequántur.
lelúia. Glória. ℟. Om-
Tim. 2. 10.
Omnibus ómnia factus
℟. Ut omnes fácerem
s; Allelúia. 1. *Cor.* 9. 22.
D SEXTAM, *Ant.* Dixit

itulum. *Eccli.* 34. 16.
Ui timet Dóminum nihil
trepidábit, & non pavé-
nóniam ipſe eſt ſpes ejus.
breve, Póſitus ſum præ-
or & Apóſtolus, & ma-
Géntium: * Allelúia,
iia. ℟. Póſitus ſum. ℣. Ob
caufam hæc pátior. * Al-
. Glória. ℟. Póſitus ſum.
m. 1. 11. 12.
Labóro uſque ad víncula
malè óperans: ℣. Sed
verbum Dei non eſt alligá-
tum; Allelúia. 2. *Tim.* 2. 9.

AD NONAM, *Ant.* Rex ac-
cénſus irâ.

Capitulum. *Philipp.* 2. 16. 17.

NOn in vácuum cucúrri, neque in vácuum laborávi; ſed etſi ímmolor ſupra ſacrificium & obſéquium fidei veſtræ, gaúdeo & congrátulor ómnibus vobis: idípſum autem & vos gaudéte & congratulámini mihi.

℟. *breve*, Bonum certámen certávi, curſum conſummávi; *Allelúia, allelúia. ℟. Bonum. ℣. Repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ. * Allelúia. Glória. ℟. Bonum. 2. *Tim.* 4. 7. 8.

℣. Tu Deus meus exaudíſti oratiónem meam; ℟. Dedíſti hereditátem timéntibus nomen tuum; Allelúia. *Pſ.* 60. 6.

AD VESPERAS.

Antiphona 7. *toni.* a.

MIhi data eſt grátia hæc in géntibus evangelizáre inveſtigábiles divítias Chriſti; Allelúia. *Epheſ.* 3. 8.

Pſalmus, Dixit Dóminus Dómino meo, 22.

Ant. 1. *D.* Opus meum vos eſtis in Dómino, etſi áliis non ſum Apóſtolus, ſed tamen vobis ſum; Allelúia. 1. *Cor.* 9. 1. 2.

Pſalmus, Confitébor, 22.

Ant. 4. d. Signa Apoſtolátûs mei facta ſunt ſuper vos in omni patiéntia, in ſignis & prodígiis, & virtútibus; Allelúia. 2. *Cor.* 12. 12.

Pſalmus, Beátus vir, 23.

Ant. 5. a. Dei ædificátio eſtis, ſecúndùm grátiam quæ data eſt mihi, ut ſápiens architéctus fundaméntum póſui; Allelúia. 1. *Cor.* 3. 9.

Pſalmus, Laudáte púeri, 23.

Ant. 2. D. In Chriſto Jeſu per Evangélium ego vos génui; rogo ergo vos, imitatóres mei eſtóte, ſicut & ego Chriſti; Allelúia. 1. *Cor.* 4. 15. 16.

Pſalmus, Lauda Jerúſalem Dóminum, 126.

Capitulum. *Iſai.* 51. 1. 2.

ATténdite ad petram unde excíſi eſtis, & ad cavérnam laci de qua præcíſi eſtis: atténdite ad Abraham patrem veſtrum.

℟. Etſi córpore abſens ſum, ſed ſpíritu vobíſcum ſum; * Gaúdens, & videns firmaméntum ejus quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ; Allelúia, allelúia. *Coloſſ.* 2. 5. ℣. Jurávit Dóminus fácere vos ſibi pópulum: abſit autem à me ut ceſſem oráre pro vobis. 1. *Reg.* 22. 23. * Gaúdens. Glória. *Repetitur* ℟. Etſi.

Hymnus.

DIVULSOS rábies quos
modò ſpárſerat,
Gemmas qui ſúperent, ſédula
cólligit
Hos artus píetas, ſervat & últimis
Munus nóbile ſéculis.
HOC nos ergo caput nos venerábile
Os illud méritis ſigimus óſculis,
Nobis unde fides, m[...]
libus
Fluxit grátia córdib[...]
SACRO ſpirat adhuc
ſánctitas,
Hæc nos grandíloqu[...]
ſiléntio
Quamvis muta doce[...]
ubi déficit
Sanguis díſſerit élo[...]
HIC nos aſsíduus pr[...]
dárguit:
Quam ſudóre ſibi, q[...]
ſánguine
Palmam quæſíerit,
ótio
Nos ſperémus inút[...]
FERRO poſſe mori [...]
non datur,
Caſtis poſſe datur vív[...]
ribus;
Hoſtem quid ſtólidi
mus? óbvia
Noſmet víncere hú[...]
HANC tu ſáncte Pa[...]
dato laúream
Patri par Sóboles, t[...]
Spíritus,
Per quem dira valen[...]
gere tártara,
Cœlum ſcándere M[...]
Amen.

℣. Deus non perdet nepótes elécti ſui: ℟. E[...] ejus qui díligit Dó[...] non corrúmpet; A[...] *Eccli.* 47. 24.

Ad Magníf. *Ant.* 5. [...] Dedit ipſi Dóminus fo[...]nem ut aſcénderet in [...]ſum terræ locum, ſeme[...] obtínuit hereditate[...]

eſt óbſequi ſancto
Allelúia. *Eccli.* 47. 11.

io, Deus, qui nos de
s, *ſuprà ad Laudes.*
COMPLETORIUM.
8. G. Non óccidet ul-
tuus, & luna tua non
ur, quia erit tibi Dó-
n lucem ſempitérnam;
tuus omnes juſti;
. *Iſai.* 60. 20. 21.
unc dimíttis, *Ant.* 3. g.
nus noctis filii neque
rum: nos qui diéi ſu-
óbrii ſimus, indúti lo-
idei; Allelúia. 1. *Theſſ.*

io, Deus, qui nos de
s, *ſuprà ad Laudes, &*
, *ſub una concluſione.*
ic per Octavam, cùm
ctava.]

DIEBUS
A OCTAVAM
PEREGRINI.

Feſtum S. Peregrini oc-
Feriâ vj. *poſt Octavam*
nis, hoc anno omitti-
va S. *Peregrini.*
veniente Vigiliâ Pente-
hil ampliùs fit de Octa-
eregrini, niſi Comme-
poſt Laudes hujus Vigi-
um.

Octavam Aſcenſionis
net die Octavâ fit tan-
nmemoratio poſt Lau-
utraſque Veſperas de
S. Peregrini.]
e ut in die, exceptis
ntur.

Pſalmi ſecundùm Feriam.
Nihil duplicatur.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ant. ſola, Fide obedívit, *prima de Nocturno diei.*

Lectio j. *&* ij. *de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.*

Lectio iij. *ut infrà quâlibet die.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. ſola, Dedit illi Dóminus, *prima de Laudibus diei. Canticum ut in die Feſti.*

AD PRIMAM, *Canon ut notatur in Proprio de Tempore.*

AD VESPERAS.

Ant. ſola, Mihi data eſt, *prima de Veſperis diei. Non dicitur Reſponſorium.*

DOMINICA intrà Octavam vel ipſâ die Octavâ, occurrente, totum Officium fit de Dominica incipiendo à primis Veſperis quæ erunt integræ de Sabbato ut in Pſalterio, cum Commemoratione Octavæ poſt utraſque Veſperas & Laudes. Completorium totum de Dominica; non dicuntur duæ Orationes: Et ſic ad Primam.

DIE XVII.
De Octava
SANCTI PEREGRINI.
De ſermóne ſancti Gregórii magni.

Homil. 35. *in Evang. poſt med.*

Lectio iij.

QUia natálem Mártyris hodiérnâ die cólimus, fratres mei, nequáquam nos à virtúte ejus patiéntiæ exiſtimáre extráneos

debémus. Si enim, adjuvánte nos Dómino, virtútem patiéntiæ serváre conténdimus, & in pace Ecclésiæ vívimus, & tamen martyrii palmam tenémus. Duo quippe ſunt martyrii génera, unum in mente, áliud in mente ſimul & actióne. Itaque eſſe mártyres póſſumus, etiámſi nullo percutiéntium ferro trucidémur. Mori quippe à perſequénte, martyrium in apérto ópere eſt; ferre verò contumélias, odiéntem diligere, martyrium eſt in occúlta cogitatióne.

Veſpera de Feſto ſequenti.

DIE XVIII.

In feſto

SANCTI CORCODOMI, primi Diaconi Eccleſiæ Autiſſiodorenſis.

Semiduplex.

De Communi SS. Clericorum, quod idem eſt ac SS. Laïcorum, xxx. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie IN VESPERIS, *poſt Hymnum.*

℣. Filii Levi erunt ſub manu filiórum Aáron ℞. In cultum domûs Dómini; Allelúia. 1. *Par.* 23. 28.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Erunt in veſtíbulis, & in ſanctuário, & in univérſis opéribus miniſtérii templi Dómini; Allelúia. 1. *Par.* 23. 28.

Oratio, Adéſto, xxxiij.

Fit Commemoratio Octavæ ſancti Peregrini, *Ant.* Dedit, ℣. Deus, 460. *Oratio*, Deus, qui nos de ténebris, 458.

Deinde S. Eugeniæ virginis & martyris, *Ant.* Vincéntii, ℣. Heréditas, xxxv. *Oratio*, Deus, qui inter, xxxvj.

Lectio iij.

Ex libello converſionis S. Mamertini, apud Conſtant. in vita S. Germani. Martyrol. Hieronym. & MS. S. Juliani Autiſſiod.

CORcódomus diáconus ſancto Peregríno in Gállias proficiſcénti à beáto Sixto ſecúndo comes adjúnctus eſt. Strénuum ſe & inconfusíbilem in evangélico múnere operárium, Autiſſiodóri exhíbuit. Divíni amóris igne ſuccénſus, ſánguinem pro Chriſto profúndere máximè exoptávit, ut ſicut ſancti Peregríni ſócius itíneris & labórum fúerat, paſſiónis quoque eſſet & mortis: ſed pace à Conſtantíno Ecclésiæ réddita, voti compos eſſe non pótuit. Obiit in pace die décimâ octávâ Máii, & in monte Aútrico ſepúltus eſt. Ad ejus ſepúlcrum quod multis cláruit miráculis, Mamertínus orans ab idolórum cultu ad Chriſti fidem convérſus eſt. Corpus ejus in monte Aútrico, magno populórum concúrſu diu cultum eſt. In Eccléſiam ſancti Amatóris póſtea tranſlátum, ibi quiévit, donec ab hæréticis Calviniánis diréptum eſt, præter cápitis partem, quæ in vicíno ſancti Juliáni monaſtério etiámnum religióſè ſervátur.

ıudes Matutinas,
mum.
ómini eſt aſſúmptio
℟. Et ſancti Iſraël re-
; Allelúia. *Pſ.* 88. 19.
nedíctus, *Ant.* 2. D.*
ıum corpus ſumus in
ſínguli autem alter al-
embra; habéntes do-
, ſecúndùm grátiam
ı eſt nobis, differén-
lúia. *Rom.* 12. 5. 6.
ommemoratio Octavæ
ni, *Ant.* Pater noſter,
iliavérunt, *Oratio*,
i nos de ténebris, 458.
e S. Eugeniæ, *Ant.* Fa-
℣. Deus præcínxit me,
eus, qui inter, xxxvj.
Vesperas, *poſt*
a.
ınes cecidérunt mihi
áris; ℟. Etenim heré-
a præclára eſt mihi;
. *Pſ.* 15. 6.
agníficat, *Ant.* 8. G.*
s pars hereditátis
cálicis mei: tu es qui
hereditátem meam
llelúia. *Pſ.* 15. 5.
, Adéſto, xxxiij.
ommemoratio Octavæ
ini, *ut heri.*

Die XIX.

De Octava

TI PEREGRINI.

ancti Máximi epíſcopi.
ali SS. Tauric. Mart.

Lectio iij.

Um ſanctórum Már-
yrum, *fratres*, *devo-*
ſſimè natálem cele-
bráre debémus, tum præcípuè
eórum ſolémnitas totâ nobis
veneratióne curánda eſt, qui
in noſtris domicíliis próprium
ſánguinem profudérunt. Nam
licèt univérſi Sancti ubíque
ſint, & ómnibus proſint, ſpe-
ciáliter illi tamen pro nobis
intervéniunt qui & ſupplícia
pertulére pro nobis. Martyr
enim cùm pátitur, non ſibi
tantùm pátitur, ſed & cívibus.
Sibi enim pátitur ad præmium,
cívibus ad exémplum: ſibi
pátitur ad réquiem, cívibus
ad ſalútem. Exémplo enim
eórum didícimus Chriſto cré-
dere, didícimus contuméliis
vitam ætérnam quærere, mor-
tem didícimus non timére.

Post Vesperas, *fit Com-*
mem. S. Baudelii martyris, *Ant.*
Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij.
Oratio, Deus, qui beátum, ix.

Deinde S. Auſtregiſili, *Bitu-*
ricenſis epiſcopi, *Ant.* Reſpéxit,
xvij. ℣. Quæſívit, xvj. *Ora-*
tio, Quæſumus, xix.

Die XX.

De Octava

SANCTI PEREGRINI.

De ſermóne ſancti Máximi
epíſcopi.

In Natali SS. Tauric. Mart.
circa med.

Lectio iij.

CUncti Mártyres de-
votíſſimè percoléndi
ſunt, ſed ſpeciáliter
ii venerándi ſunt à nobis quo-
rum relíquias poſſidémus. Illi
enim nos oratiónibus ádju-

vant, iſti étiam ádjuvant paſſióne. Cum his autem nobis familiáritas eſt; ſemper enim nobíſcum ſunt, nobíſcum morántur; hoc eſt, & in córpore nos vivéntes cuſtódiunt, & de córpore recedéntes excípiunt: hìc ne peccatórum nos labes aſſúmat: ibi ne inférni horror invádat. Nam ídeò hoc à majóribus províſum eſt, ut Sanctórum óſſibus noſtra córpora ſociémus: ut dum illos Chriſtus illúminat, à nobis tenebrárum calígo diffúgiat.

Fit Commemoratio S. Baudelii, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, *Oratio*, Deus, qui beátum, ix.

Deinde S. Auſtregiſili, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Quæſumus, xix.

Post Vesperas *fit Commem. S. Vallis, Autiſſiod. preſbyteri, Ant.* Sanctificábor in iis qui appropínquant mihi, & in conſpéctu omnis pópuli glorificábor; Allelúia. *Levit.* 10. 3.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári; ℟. Et Sancti ejus exultatióne exultábunt; Allelúia. *Pſ.* 131. 16.

Oratio.

Domine Deus, qui fámulum tuum Vallem ut ſacerdótio tibi fungerétur, à pópulo ſegregáſti; præſta, quæſumus, ut ejus exémpla ſectántes, genus eléctum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

Die XXI.

De Octava

SANCTI PEREGRINI.

De ſermóne ſancti Gregórii Nyſſéni.

Serm. in S. Theodorum mart.

Lectio iij.

Si quis étiam púlverem quo Mártyris óbſitus túmulus ac conditórium eſt, auférre ſinat, pro múnere pulvis accípitur, ac tanquam res magni prétii terra theſáuro repónitur. Nam ipſas attíngere relíquias, ſi cui tandem caſu áliquo id obtígerit, facultáſque fúerit, quàm ſit munus deſiderábile ſummiſque viris expeténdum norunt expérti, ac qui ejus deſidérii cómpotes extitérunt. Quaſi enim ipſum vivens ac florens, qui vident corpus, ampléctúntur, óculis, ori, aúribus, ómnium ſénſuum órganis adhibéntes, tumque pietátis atque afféctûs lácrymas velut íntegro ac conſpícuo Mártyri libántes, ſúpplices interceſſórem rogant, obſecrántes velut Dei ſatéllitem, velut qui dona accípiat, cùm velit invocántes. Ex his ómnibus, pia plebs, díſcite quòd pretióſa eſt in conſpéctu Dómini mors Sanctórum ejus.

Fit Commemoratio S. Vallis, Ant. Euge ſerve bone, & fidélis, quia ſuper pauca fuiſti fidélis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaúdium Dómini tui; Allelúia. *Matt.* 25. 21.

:o ſacrificium
de Altiſſimo
ia. *Pſ.* 49. 14.
ine Deus, *ut*

ſto ſequenti;
dies Octava

XII.
ſto
OLITARII.
lex.
um occurrat
avam Aſcen-
nticipationem
S. Peregrini,
tione S. Ro-
na.]
nctorum Mo-
.
ESPERIS,
tens, xxix.
ratio Octava
t. Dedit ipſi,
Oratio, Deus,
ris, 458.
lenæ virginis
Ant. Obau-
, xxxvij. *Ora-*
habitáculum,

iij.
nedict. & vita
ud Bolland.
aii.
s in pago Au-
énſi, loco qui
ab antíquis ap-
gè à fonte per-
ui vitam egit,
vitæ ſolitáriæ
o traxit. Cùm

ſanctitáte clarus, in Dómino obdormiiſſet, multis étiam poſt óbitum effúlſit miráculis. Corpus ejus è própria Baſílica in Eccléſiam ſancti Amatóris primò tranſlátum; póſtea, ſedénte Heribáldo pontífice, in cœnóbium ſancti Germáni honorífice delátum eſt. Ibi cùm áliquot annis quievíſſet; peténti Anſegíſo Senonénſi præſuli Walæ epíſcopi Autiſſiodorénſis fratri, ab Hugóne abbáte ſacri córporis pars major concéſſa fuit: & póſtea várias in Eccléſias urbis Senonénſis deportáta. (Hâc die in vetuſtíſſimis Martyrológiis notátur tranſlátio beátæ Hélenæ vírginis Autiſſiodorénſis, quæ ſedénte ſancto Amatóre virtútibus ac miráculis refúlſit.)

Fit Commemoratio Octavæ S. Peregrini, *Ant.* Pater noſter, ℣. Humiliavérunt, *Oratio*, Deus, qui nos de ténebris, 458.

Deinde S. Helenæ, *Ant.* Gaudens, ℣. Sitívit, *Oratio*, Deus, qui habitáculum, xxxix.

Veſpera de die Octava ſancti Peregrini.

DIE XXIII.
Octava
SANCTI PEREGRINI.
Duplex-minus.

¶ *Si dies Octava S. Peregrini inciderit in Vigiliam Pentecoſtes, anticipabitur in Feriam* vj. *præcedentem.*]

Omnia ut in die Feſti, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria. Nihil duplicatur.

Pridie In Vesp. *Omnia ut in ſecundis Veſp. Feſti, ſine Reſp.*

Fit Commem. S. Romani, Ant. Omnis, ℣. Beáta gens, xxx. *Orat.* Omnípotens, xxix.

Deinde S. Deſiderii, Lingonenſis epiſc. & mart. Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Orat.* Deus, cujus grátia, x.

Lectio j. *de Scriptura occurr.*

Lectio ij.

Ex Conſtant. MS. S. Dionyſii Pariſ. Bolland. & aliis.

PEregríni caput & corpus à Chriſtiánis laténter ſubláta Baugíaci ſepúlta ſunt. Poſt rédditam Eccléſiæ pacem ibídem erécta eſt ſub invocatióne hujus Mártyris Basílica, & ipſis lóculis has ſacras exúvias includéntibus altáre ſuperimpóſitum cum título ſancti Peregríni, ibíque ævo ſancti Germáni adhuc quieſcébant. Aliquot poſt ſécula corpus inde aſſúmptum, ad unam ex Eccléſiis monaſtérii ſancti Dionyſii prope Paríſios, ſicut ália ex áliis locis delátum; moxque in Basílicam majórem, ut índicant noni ſéculi ſcriptóres, illátum fuit; ſed caput cum vértebris Baugíaci remánſit. Poſt annos trecéntos hujus Basílicæ de novo ab abbáte Sugério conſtrúctæ, multíſque ſacéllis adornátæ, Hugo de Matiſcóne Autiſſiodorénſis epíſcopus dedicatióni intérfuit, & altáre ad oriéntem, ubi beáti Pontíficis adhuc cernúntur relíquiæ, conſecrávit anno milléſimo centéſimo quadragéſimo quarto.

Lectio iij.

CIrca annum milléſimum ducentéſimum vigéſimum Guillélmus de Seligníaco ex Autiſſiodorénſi Pariſiénſis epíſcopus, monaſtérium ſancti Dionyſii ádiit, ſacellúmque, in quo cuſtodiúntur ſancti Peregríni relíquiæ, ut majóri cultu honorarentur, ſuis munéribus adornávit. Sequénti ſéculo Joánna regína Philippi Valéſii conjux ab hujus monaſtérii abbáte unum ex óſſibus córporis ſancti Peregríni obtínuit, ſimíliter & álterum Cárolus quartus imperátor, quod Pragénſi Eccléſiæ Metropolitánæ concéſſit. Eccléſia Autiſſiodorénſis partem bráchii diu poſſédit: verùm eâ amíſsâ ob tumúltus hæreticórum, Domínicus *Seguiérius* médiam oſſis crurális partem à mónachis ſancti *Dionyſii* accéptam, pretióſâ thecâ incluſam, Cathedráli ſuæ dedit.

Fit Commemoratio S. Deſiderii, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, ix. *Oratio,* Deus, cujus grátia, x.

Ad Vesperas *non dicitur Reſponſorium,*

Fit Commemoratio SS. Donatiani & Rogatiani martyrum, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xij. *Oratio,* Deus, qui in córdibus, xiv.

XXIV.
ATIANI
Nametenſium
yrum
moratio.
Matutinas, Ant.
tæ, Orat. Deus,
is, xiv.
iales cum Com-
. Urbani, Ant.
. Vincénti, vij.
potens, x.
XXV.
URBANI,
martyris
moratio.
Matutinas, Ant.
lorificátus ſum,
mnipotens, x.
Feſto ſequenti.
XXVI.
feſto
SOCIORUM,
tyrum.
- majus.
VESPERIS.
mmuni plurium
. præter ea qua
propria.
nnus.
quanta! ſacro
ánguine
ta ruunt? quod
celus?
océntes
ine ſánctitas.
pécimen nóbile
m,
e, refers unus,
,
ere primus
cúribus.

Nec tu, Cotte, minor, quem
nihil ímpia
Terrent juſſa ſacrum quin rá-
pias caput,
Et cum dívite præda
Fur laudábilis ávoles.
At non ſilva teget; ſæva fu-
réntium
Te mox aſſéquitur turma ſa-
téllitum:
Dum fers Mártyris artus,
Tollis præmia mártyris.
Tanto queis déderas vín-
cere præmio,
Nos exémpla, Deus, grándia
fac ſequi:
Fac ſentíre poténtûm
Nos ſuffrágia Mártyrum.
Trinus qui páriter, quà
Deus unus eſt,
Laus indivíduo máxima Nú-
mini,
Tanto Númine pleni
Vincunt fúnera Mártyres.
Amen.

℣. Pro nómine Dei profé-
cti ſunt, ℟. Nihil accipiéntes à
Géntibus; Allelúia. 3. Joan. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F.
Reliquérunt quæcúnque ha-
bébant. Deſcendérunt in de-
ſértum. Et renuntiátum eſt
viris regis quóniam diſceſsiſ-
ſent in loca occúlta, & abiiſ-
ſent poſt illos multi; Allelúia.
1. *Mach.* 2. 28. 29. 31.

Oratio, Da pópulo tuo,
infrà in Laudibus.

AD OFFICIUM
NOCTURNUM.

Invitatorium, Legitimè
certántes coronántem Dómi-

num, * Veníte, adorémus; Allelúia. 2. *Tim.* 2. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Strages quanta, *ſuprà in primis Veſperis.*

Tres Pſalmi de Feria, notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 6. F. Sapiéntia diréxit ópera eórum in mánibus ſancti. Iter fecérunt per deſérta; & in locis deſértis fixérunt caſas. Stetérunt contra hoſtes; & invocavérunt te Dómine; Allelúia. *Sap.* 11. 1. 2. 3. 4.

℣. Bonus Dóminus, & confórtans in die tribulatiónis; ℟. Et ſciens ſperántes in ſe; Allelúia. *Nahum* 1. 7.

Lectio j. *de Scriptura occurrente; tribus in unam coactis.*

℟. Secéſſerat in deſértum locum: ibíque inter feras vitam in móntibus cum ſuis agébat: & fœni cibo veſcéntes, demorabántur, * Ne partícipes eſſent coinquinatiónis; Allelúia, allelúia. 2. *Mach.* 5. 27. ℣. Hortabátur omnes in propóſito cordis permanére in Dómino. *Act.* 11. 23. * Ne partícipes.

Lectio ij.

Ex eorum actis apud Bolland. Hiſtor. Epiſc. Autiſſ. apud Labb. Chartis Capituli Autiſſiod. & Proceſſ. verbal.

Perſequénte Chriſtiános Aureliáno, Priſcus, Chriſti ſuos ut fúgerent adménentis memor, cum ingénti ſociórum número à Sequanórum Veſuntioníſque fínibus egréſſus eſt. Elápſi fugâ, in Cociacum Autiſſiodorénſis agri vicum denſis tunc ſilvárum umbris opácum ſeceſſérunt. Ibi divínis opéribus & oratióni diu noctúque incumbéntes, deprehéndit Alexánder milítiæ præféctus. Váriis ártibus, ut gentílium diis immolárent, nihil omitténti omnes, hortánte Priſco, fórtiter reſtitérunt. Vanos & írritos erga ſanctam multitúdinem conátus advértens Alexánder, Priſcum gládio pércuti præcépit: ceteróſque eádem ſenténtiâ trucidátos, cum Priſci córpore in púteum prójici juſſit, die vigéſimâ ſextâ Maii, circa annum ducentéſimum ſeptuagéſimum quartum. Priſci caput unus ex ſóciis, Cottus nómine, ſublátum, cùm per déviam ſolitúdinem fúgiens aſportáret, ab inſequéntibus comprehénſus quarto ab urbe Autiſſiodorénſi milliário, & juxta viam Régiam interféctus, ibi à fidélibus cum ſancti Priſci cápite ſepúltus eſt.

℟. Viri regis dixérunt ad eos: Reſíſtitis & nunc adhuc? fácite ſecúndùm verbum regis, & vivétis. Et dixérunt: Non faciémus: * Moriámur omnes in ſimplicitáte noſtra; Allelúia, allelúia. 1. *Mach.* 2. 33. 34. 37. ℣. Unanímiter levavérunt vocem ad Deum, & dixérunt: Dómine, réſpice in minas eórum. *Act.* 4. 24. 29. * Moriámur.

Lectio iij.

Priſci caput, reve-
eo, cùm inveniſſet
rmánus; eódem in
ſiam extrúxit, quæ
c ſancti Priſci nó-
det. Ducéntos cír-
annos beátus Defi-
ſſiodorénſis epíſco-
i corpus repértum,
prope ſancti Priſci
lúſit. Século décimo
ánnes Ballétius præ-
corpus in theca inau-
orificéntiùs collocá-
rórum Mártyrum oſſa
a in púteo negléćta
t uſque ad témpora
ermáni. Cui cùm di-
motuíſſent, in eódem
didit Eccléſiam, ac
mum cœnóbium,
ći Aunárii ævo mo-
Cociacénſe ad San-
abátur, & bellis ſe-
s pénitùs delétum
plúrimæ Sanćtórum
vária in loca depor-
ſent; anno tamen
quadringentéſimo
o ſexto Petrus de
epíſcopus Autiſſio-
Eccléſiam Cociacén-
ſolémni perlúſtrans,
n óſſibus ingéntes
capſas complévit, &
Eccléſiam Cathedrá-
vit. Quæ pígnora,
eam vaſtántibus, diſ-
t. Hanc jaćtúram ut
etrus Bróccius, anno
ſexcentéſimo ſexa-
géſimo ſecúndo, unum ex illis óſſibus ab Eccléſia Cociacénſi ad Cathedrálem détulit. Aliquam ſanćtárum reliquiárum partem habére ſe gloriántur plures Eccléſiæ in Diœcéſibus Pariſiénſi, Carnoténſi, ac Meldénſi. Unde Sanćtórum fama crevit & cultus.

℟. Decolláti propter teſtimónium Jeſu, & propter verbum Dei, non adoravérunt béſtiam, neque imáginem ejus. * Et vixérunt, & regnavérunt cum Chriſto; † Allelúia, allelúia. *Apoc.* 20. 4. ℣. Impius occídit eos in una die, & in púteum magnum projécit. 1. *Mach.* 7. 16. 19.* Et vixérunt. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudáte gentes pópulum Dei; ℟. Quia ſánguinem ſervórum ſuórum ulciſcétur; Allel. *Deut.* 32. 43.

Hymnus.

FELIX prome dies; prome recónditas
Hoc in tempus opes. Mártyribus ſui
Jam reddántur honóres,
Jam terris decus Aútricis.
HÆC, Germáne, tuis débita flétibus
Dives gaza Deo pródiit índice;
Ingens unde fidéli
Spes & præſídium gregi.
SPARSOS tu lápides cólligis: hinc domus

Ipſo digna domus conſtrúitur
Deo:
Addit ſpléndida Priſcus
Sacro cúlmina vértice.

Astris quanta præit luna minóribus,
Hic tantùm ſócios innumerábiles
Claro nómine vincit
Sacris Præſes in ædibus.

Sacro ſudat adhuc área ſánguine.
Quæ ſpectas, Deus his ínſidet óſſibus;
Ingreſſúre, propháni
Sordes élue péctoris.

Hic ne degéneres nos cruor árguat;
Illis unde vigor, nos, Pater óptime,
Fac victrícis inúndent
Nos & flúmina grátiæ.

Sit laus Trine tibi, ſit Deus Unice;
Quo nos cúnque tuos cármine Mártyres,
Hoc te pángimus ipſo,
Rex & glória Mártyrum.
Amen.

℣. Cum Dómino ſanctórum míllia: ℟. Omnes ſancti in manu illíus ſunt; Allelúia. *Deut.* 33. 2. 3.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. f. Tantam habéntes impóſitam nubem téſtium, per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen; Allelúia. *Hebr.* 12. 1.

Oratio.

Da pópulo tuo, quæſumus, Dómine, de ſanctórum Priſci & Sociórum ejus glorióſo certámine lætári: ut qui terras íncolunt tot Mártyrum ſánguine impinguátas, eórum perpétuis mereántur fovéri præsídiis; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum; qui tecum.

AD VESPERAS.

Hymnus, Felix prome dies, *ſuprà in Laudibus.*

℣. In multitúdine electórum habébit laudem: ℟. Et inter benedíctos benedicétur; Allelúia. *Eccli.* 24. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. f. Sit memória illórum in benedictióne: & oſſa eórum púllulent de loco ſuo: & nomen eórum permáneat in ætérnum; Allelúia. *Eccli.* 46. 14. 15.

Oratio, Da pópulo tuo, *ſuprà ad Laudes.*

FESTA JUNII.

DIE II.

In feſto

SS. POTHINI,

Lugdunenſis epiſcopi, Blandinæ vírginis, & Sociorum, martyrum.

Semiduplex.

De Communi plurium Martyrum, xj.

Oratio, Deus, qui in córdibus, xiv.

Fit Commemoratio SS. *Marcellini preſbyteri, & Petri exorciſtæ, martyrum*, *Ant.* Beati, ℣. Multæ, Oratio, Mártyrum tuórum, xiv.

ſtola Eccleſiárum Vien-
ſ & Lugdunénſis ad
éſias Aſiæ & Phrygiæ.
uſeb. Hiſt. lib. 5. cap. 1.

Lectio ij.

E.tíſſimus Pothínus qui
epiſcopátum Lugdunén-
ſis Eccléſiæ adminiſtrá-
nagenário major, & cór-
dmodum infírmo, ob
tem quidem córporis
llitátem ægrè ſpíritum
s, céterùm præ cupidi-
minéntis martyrii mirá-
critáte ánimi firmátus,
únal ferebátur. Perlátus
à milítibus ad tribúnal,
uéntibus ipſum Magi-
us civitátis, & univérsâ
váriis eum acclamatió-
impeténte, tanquam
hriſtus eſſet, egrégium
teſtimónium. Interro-
verò à Præſide, quiſnam
hriſtianórum Deus, reſ-
: Si dignus fúeris, co-
s. Poſt hæc abſque ullo
itátis reſpéctu raptá-
tque innúmeris plagis
s eſt: cùm ii quidem
ópiùs aſtábant cálcibus
mis illum contumelióſè
rent; qui verò lóngiùs
nt, quidquid ad manum
in ipſum conjícerent.
e vix adhuc ſpirans in
em projéctus eſt, tan-
e poſt bíduum ánimum
vit.

Lectio iij.

*Atúrus neóphytus, & anctus diáconus Vien*nénſis, cum Blandína ancílla pluribúſque áliis ducti ſunt ad béſtias in amphitheátrum, ad públicum ſpectáculum. Et Matúrus quidem ac Sanctus ómnia tormentórum génera in amphitheátro ſubiérunt. Hi ergo máximo certámine perfúncti, cùm vitálem ſpíritum diu protraxíſſent, tandem juguláti ſunt. Blandína verò ad palum ſuſpénſa, béſtiis objécta eſt. Cúmque nulla tunc béſtia corpus illíus attigíſſet, depóſita ex ſtípite, rurſus in cárcerem conjícitur, in áliud certámen reſerváta. Ineúnte ſolémni apud nos mercátu, Præſes beatíſſimos Mártyres ad tribúnal addúci juſſit tanquam in theatráli pompa eos pópulo oſténtans. Cúmque illos dénuo interrogáſſet; quicúnque cives Románi repérti ſunt, cápite truncáti, réliqui tráditi ſunt béſtiis. Poſt hos omnes último tandem ſpectaculórum die beáta Blandína ómnium poſtréma, poſt flagra, poſt ferárum vellicatiónes, poſt ſartáginem, retículo inclúſa, tauro objécta eſt; à quo diu in altum jactáta, tandem & ipſa víctimæ inſtar juguláta eſt.

In Laudibus, pro Commemoratione SS. Marcellini & Petri, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xij. *Oratio,* Mártyrum tuórum, xiv.

Veſpera à Capitulo de Feſto ſequenti.

Die III.
In feſto
SANCTÆ CLOTILDIS,
Reginæ Francorum.
Semiduplex.

De Communi ſanctarum Viduarum, xliv.

Pridie In Vesperis, *Oratio*, Réſpice, *infrà.*

Fit Commemoratio SS. Pothini, Blandinæ, & Sociorum, Ant. Datæ ſunt, xvj. ℣. Lætítia, xv. *Oratio*, Deus, qui in córdibus, xiv.

Lectio ij.

Ex Hiſt. Franc. & Heric. lib. 1. & 2. miracul. S. Germani apud Labb.

CLotíldis Chilperíci Burgundiónum regis filia, poſt paréntum necem, à pátruo Gundobáldo rege educáta, Clodovéo adhuc éthnico in cónjugem trádita eſt. Cùm primogénitum peperíſſet, eum toleránte magìs quàm approbánte Clodovéo baptizári juſſit. Quo infánte in albis defúncto, id ægrè ádmodum tulit Clodovéus, ac baptíſmo imputávit. Alterum filium Regína cùm genuíſſet, hunc quoque baptizári vóluit. Qui cùm ægrotáre cœpiſſet, affirmánte Rege fore ut idem ei quod fratri contíngeret, matris précibus convaluit. At Regína non ceſſábat hortári virum, ut abjéctâ idololatríâ, Deum verum cóleret: ſed ille ſuperſtitióni Francórum adhærére non déſtitit; donec in expeditióne Alamánnica inclinátam cernens ſuórum áciem, monitórum cónjugis memor, auxílio Chriſti imploráto, de hóſtibus triumphávit. Cui apud Remos læta uxor occúrrens, ubi órdinem rei geſtæ cognóvit, advocávit ſanctum Remígium à quo Rex fidem edóctus, baptizátus eſt, & chríſmate ſacro inúnctus.

Lectio iij.

CUm urbs Autiſſiodorénſis in poteſtátem Clodovéi deveníſſet circa annum quingentéſimum, mox Regína ſupra túmulum beáti Germáni inſígnem extrúxit Baſílicam. Hujus dedicatióni adéſſe vóluit Lupum è ſuperióri Burgúndia præſulem, qui ſanctitáte clarus illic óbiit, ac ſepúltus eſt. Poſt mortem Clodovéi Túronos ádiit Clotíldis; ibíque ad ſepúlcrum ſancti Martíni ſummâ pietáte réliquum vitæ exégit, pernox in vigíliis, eleemóſynis aliíſque piis opéribus inténta, muníſica erga Eccléſias, & monaſtéria. Tandem plena diérum, Túronis migrávit ad Dóminum: & Paríſios inter pſalléntium choros tranſláta, ſepúlta eſt à filiis Childebérto & Clotário régibus, ad latus Clodovéi, in ſacrário Baſílicæ beatórum Petri & Pauli, ubi corpus ſanctæ Genovéfæ quiéſcit.

Oratio.

REſpice, quæſumus, Dómine, ad Francórum beni-

[...]nus impérium; & quibus per [...]evótam ſanctæ Clotíldis in[...]tantiam donum fidei contu[...]iſti, iíſdem per ejus interceſ[...]iónem tríbue ſincérum Chriſ[...]tiánæ pietátis afféctum; Per.

Die VI.

In feſto

[S]ANCTI CLAUDII,

Veſuntini epiſcopi.

Semiduplex.

De Communi unius S. Pontificis, xvj. *Orat.* Quæſumus, xix.

Lectio iij.

Ex Seculo 2. Benedict.

Claúdius, Veſuntionénſis epíſcopus ſubſcrípſit Concílio Epaunénſi, [a]nno Chriſti quingentéſimo [d]écimo ſéptimo, & Concílio [L]ugdunénſi, anno ſequénti; [i]n quibus multa circa diſci[p]línam Eccleſiáſticam egré[g]iè ſancíta ſunt. Cùm ſedem [p]er annos ſeptem ſumma cum [l]aude tenuíſſet, abdicáto epiſ[c]opátu, ad Jurénſe monaſté[r]ium ſe cóntulit, ubi moná[ſ]tici inſtitúti régulam amplé[x]us eſt. Injurióſo illíus cœ[n]óbii ſanctíſſimo abbáte vitâ [f]uncto, ómnium votis expetí[t]us, in ejus locum ſufféctus [e]ſt. Cui monaſtério per annos [q]uinquagínta deínceps præ[f]uiſſe tráditur. Dénique longa [v]itæ ſpátia eménſus, &méri[t]is plenus ábiit ad Dóminum, [a]nno Chriſti quingentéſimo [o]ctogéſimo primo. Corpus [e]jus in *Jurénſi monaſtério ſe[p]últum eſt, & uſque nunc in*corrúptum, & íntegrum ſervátur in eódem monaſtério, quod ob ejus ſanctitátis celebritátem à ſéculis áliquot ſancti Claúdii nomen óbtinet.

Die VIII.

SS. MEDARDI,

Noviomenſis epiſcopi,

ET GILDARDI,

Rothomagenſis epiſcopi

Commemoratio.

Pridie Post Vesperas, *Ant.* Super muros tuos Jerúſalem conſtítui cuſtódes; totâ die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt; Allelúia. *Iſai.* 62. 6.

℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exúltent; Allelúia. *Pſ.* 131. 9.

Oratio, Deus, qui pópulis, *infrà.*

Poſt Laudes Matutinas, *Ant.* Cùm apparúerit Princeps Paſtórum, percipiétis immarceſsíbilem glóriæ corónam; Allelúia. 1. *Petr.* 5. 4.

℣. Dilígite lumen ſapiéntiæ, ℟. Omnes qui præéſtis in pópulis; Allelúia. *Sap.* 6. 23.

Oratio.

Deus, qui pópulis tuis indulgéntiâ cónſulis, & amóre domináris, quique illis regéndis vicários caritátis tuæ præficis miníſtros; da, quæſumus, intercedéntibus beátis Medárdo & Gildárdo pontifícibus, ſpíritum ſapiéntiæ, quibus dedíſti régimen diſciplínæ, ut de profectu ſanctárum óvium fiant gaúdia ætérna Paſtórum; Per Dóminum.

DIE X.

SANCTI CENSURII,

Autiſſiodorenſis epiſcopi

Commemoratio.

Pridie POST VESPERAS, *Ant.* Reſpéxit, xvij. ℣. Quæſívit, xvj. *Oratio*, Omnípotens, xix.

Poſt Laudes Matutinas, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Omnípotens, xix.

Ipſâ die poſt Veſperas, *Ant.* Beatificávit, ℣. Dedit illi, xx. *Oratio*, Omnípotens, xix.

DIE XI.

In feſto

SANCTI BARNABÆ,

Gentium apoſtoli.

Duplex-minus.

Pridie POST VESPERAS *diei Octavæ Aſcenſionis*, *pro Commemoratione*, *Ant.* Bárnabas (quod eſt interpretátum filius conſolatiónis) levítes, Cyprius génere, cùm habéret agrum, véndidit eum, & áttulit prétium ante pedes Apoſtolórum; Allelúia. *Act.* 4. 36. 37.

℣. Beátus qui intélligit ſuper egénum & paúperem: ℞. In die mala liberábit eum Dóminus; Allelúia. *Pſ.* 40. 2.

Oratio, Deus, qui beátum, *infrà ad Laudes.*

Deinde S. Cenſurii, *Ant.* Beatificávit, ℣. Dedit illi, xx. *Oratio*, Omnípotens, xix.

AD OFFICIUM

NOCTURNUM.

Invitatorium, Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum * Veníte, adorémus; Allelúia. *Joan.* 13. 13.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SUPREME quales árbiter
Tibi miniſtros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vaſis amas commíttere!

HÆC nempe plena lúmine
Tu vaſa frangi præcipis:
Lux inde magna rúmpitur,
Ceu, nube ſciſſâ, fúlgura.

TOTUM per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant;
Verbo graves, Verbo Deo,
Tonant, corúſcant, pérpluunt.

CHRISTUM ſonant: verſæ ruunt
Arces ſupérbæ dæmonum:
Circùm tubis clangéntibus,
Sic verſa quondam mœnia.

FAC, Chriſte, cœléſtes tubæ
Somno graves nos éxcitent:
Accénſa de te lúmina
Pellant tenébras méntium.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Pſalmi de Feria, aſſignati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 6. F. Quod dico vobis in ténebris, dicite in lúmine; & quod in aure audítis, prædicáte ſuper tecta; Allelúia; Matt. 10. 27.

Cuſtodíte præcépta
t fácite ea : ℟. Ego
is qui ſanctífico vos ;
. *Levit.* 20. 8.
j. *de Scriptura occur-*
x duabus una.
Mementóte ſermónis
iem ego dixi vobis :
eſt ſervus major Dó-
o ; ſi me perſecúti ſunt,
erſequéntur ; Allelúia,
Joan. 15. 20. ℣. Lo-
t advérsùm me linguâ
, & ſermónibus ódii
edérunt me. *Pſ.* 108.
n eſt ſervus.

Lectio ij.
lis Apoſt. & Uſuardo.
.rnabas, qui & Joſeph,
evítes, Cyprius géne-
e, agro véndito quem
›at, prétium áttulit ad
ıpoſtolórum : ad quos
a Paulum addúxit re-
ınvérſum. Jeroſólymis
ıiam miſſus ab Ecclé-
e accéperat quoſdam
pulos Dóminum Je-
æcis annuntiáſſe, cùm
grátiam Dei, gavíſus
hortabátur omnes in
:o cordis permanére
ino. Proféctus eſt inde
ut quæreret Paulum ;
:ùm inveníſſet, perdú-
ochíam : & annum to-
ıverſáti ſunt ibi in Ec-
& docuérunt turbam
; ita ut cognomina-
rimùm Antiochíæ diſ-
Chriſtiáni. Ortâ fame
ɔ *prædíctâ*, collêctas
eleemóſynas ad fratres in Ju-
dæa habitántes cum Paulo dé-
tulit. Quo expléto miniſtério
revérſi ſunt, aſſúmpto Joán-
ne, cui cognómen erat Mar-
cus. Cùm autem Antiochíæ in
Ecclésia cum céteris Prophé-
tis & Doctóribus miniſtrárent
Dómino, & jejunárent, dixit
Spíritus-ſanctus : Segregáte
mihi Saulum & Bárnabam in
opus ad quod aſſúmpſi eos.
Tunc jejunántes, & orántes,
imponentéſque eis manus, di-
miſérunt illos.

℟. Nolíte timére oppró-
brium hóminum, & blaſphé-
mias eórum ne metuátis : * Sa-
lus autem mea in ſempitér-
num erit : Ego, ego ipſe con-
ſolábor vos ; Allelúia, allelúia.
Iſai. 51. 7. 8. 12. ℣. Tradémini
à paréntibus, & amícis, & mor-
te affícient ex vobis ; & éritis
ódio ómnibus propter nomen
meum. *Luc.* 21. 16. 17. * Salus.

Lectio iij.

Itaque Seleúciam venérunt, inde Cyprum : ac multas
prætérea urbes regionéſque
peragrárunt, prædicántes E-
vangélium, & conſtituéntes
per ſíngulas Ecclésias Preſby-
téros. Cùm autem Lyſtris
propter claudum à Paulo ſa-
nátum pro diis haberéntur,
vocaréntque turbæ Bárnabam
Jovem, Paulum verò Mercú-
rium, vix deterruérunt turbas
ne ſibi immolárent. Reverſi
Antiochíam, ortâ ibi ſeditió-
ne propter Judæos, qui volé-

bant gentes ad Deum convérſas circuncídi, rem ad Apóſtolos retulérunt, qui in Concílio Jeroſolymitáno ſuper ea re decrétum ſtatuérunt, remiſerúntque eos ad Eccléſiam Antiochíæ, adjúnctis Judâ & Silâ, ſcribéntes per manus eórum. Poſtrémò Bárnabas digréſſus à Paulo, unà cum Marco navigávit in Cyprum. Multis demum perſúnctus pro Chriſto labóribus, glorióſò fine quiévit. Refert Alexánder Cyprius corpus ejus in inſula Cypro, Zenóne imperánte, repértum eſſe, ad cujus pectus erat Evangélium Matthæi, ipsíus Bárnabæ manu conſcríptum.

℟. Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodo aut quid loquámini: * Non enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, qui lóquitur in vobis; † Allelúia, allelúia. *Matt.* 10. 19. 20. ℣. Spíritus meus erit in médio veſtrûm, nolíte timére. *Agg.* 2. 6.* Non enim. Glória. † Allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus; Allelúia. *Pſ.* 95. 3.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 8. G. Bárnabas Saulum perdúxit Antiochíam: & docuérunt turbam multam, ita ut cognominaréntur primùm Antiochíæ diſcip[uli] Chriſtián[i]; Allelúia. *Act.* 25. 26.

Capitulum. *Act.* 11. 23.

HOrtabátur Bárnabas [om]nes in propóſito c[ordis] permanére in Dómino; [quia] erat vir bonus, & plenus [Spi]ritu-ſancto, & fide.

Hymnus. *Santol.*

COELO datur quiéſc[ere]
Terris relíctis, Bárna[ba]
Solémnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

QUEM propter, agro [ven]dito,
Opes cadúcas déſeris,
Magno repéndens fénor[e]
En fundus ipſe ſit tuus.

TU ſacra per jejúni[a]
Tu públicas inter preces
Jubénte ſancto-Spíritu,
Chriſti creáris núntius.

QUAS non adis m[...] plagas,
Pauli labórum párticeps
Vos unus ambo ſpíritus
Vos una junxit cáritas.

QUAM veſtra gens C[hri]ſti fidem
Luci rebéllis réppulit,
Nil hæſitántes bárbaris
Portáſtis illam géntibus.

FAC, Chriſte, noſtr[um] tuum
Cùm lumen offert ménti[bus]
Amóre ne noctis ſuæ
Cœléſte donum réſpuant.

UNI ſit & trino De[o]
Supréma laus, ſummum de[cus]
De nocte qui nos ad ſu[am]
Lumen vocávit glóriæ.

icábunt juſti natió-
t dominabúntur pó-
elúia. *Sap.* 3. 8.
ıedíctus, *Ant.* 3. E.
Ecclésia, quæ erat
, Prophétæ & Do-
quibus Bárnabas:
ibus autem illis Dó-
jejunántibus, dixit
ıus-ſanctus: Segre-
Saulum & Bárna-
ous ad quod aſſúmpſi
lúia. *Act.* 13. 1. 2.

Oratio.

, qui beátum Bárna-
plenum fide & Spí-
), ad opus vocatió-
nverſiónis géntium
dignátus es; concé-
mores óperis & cari-
, dignè Evangélio
ıod prædicávit, con-
ereámur; Per eún-
in unitáte ejúſdem.

memoratio Feriæ VI.
am Aſcenſionis.

ıRAS, *in fine Hym-*
oxologia,

tor in cœlum redis,
ſit glória,
e cumque Spíritu,
rna ſécula. Amen.
de Feria.

na, Capitula, ℟. ℟.
℣. *ut in Communi*
m, v. *&* vj.

ESPERAS.

mi de Feria.

a 8. G. Judæi exci-
perſecutiónem in
Bárnabam; & eje-
, at illi, excúſſo

púlvere pedum in eos, venérunt Icónium; Allelúia. *Act.* 13. 50. 51.

Capitulum. Act. 13. 45. 46.

JUdæi contradicébant his quæ à Paulo dicebántur, blaſphemántes. Tunc conſtánter Paulus & Bárnabas dixérunt: Vobis oportébat primùm loqui verbum Dei; ſed quóniam repéllitis illud, & indígnos vos judicátis ætérnæ vitæ, Ecce convértimur ad gentes.

Hymnus, Cœlo datur quiéſcere, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus, ℟. Nimis confortátus eſt principátus eórum; Allelúia. *Pſ.* 138. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Audiéntes gentes Paulum & Bárnabam, gavíſæ ſunt, & glorificábant verbum Dómini: & credidérunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam; Allelúia. *Act.* 13. 48.

Oratio, Deus, qui beátum Bárnabam, *ſuprà in Laudibus.*

Fit Commemoratio Feriæ.

DIE XIV.

S. BASILII MAGNI, Cæſarienſis epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris

Commemoratio.

Pridie POST VESPERAS, *Ant.* Beátus vir, ℣. Beátus homo, xxj. *Oratio,* Omnípotens, xxiv.

Poſt Laudes Matutinas, Ant. Tibi Deus, ℣. Annuntiávi, *Oratio,* Omnípotens, xxiv.

Ipſâ die Post Vesperas, *Ant.* Non recédet, ℣. Sápiens, xxv. *Oratio*, Omnípotens, xxiv.

Die XVI.

SS. CIRYCI & JULITTÆ matris ejus, martyrum *Commemoratio.*

Pridie Post Vesperas, *Ant.* Communicántes, ℣. Viríliter, xij. *Oratio*, Mártyrum, xiv.

Fit etiam Commemoratio S. Felicis pueri, in territorio Autiſſiodorenſi martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, vij. *Oratio*, Præſta, ix.

Poſt Laudes Matutinas, Ant. Beáti, ℣. Multæ tribulatiónes, *Oratio*, Mártyrum, xiv.

Fit etiam Commemoratio ſanƈti Felicis, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, *Oratio*, Præſta, ix.

Post Vesperas diei, *Ant.* Datæ ſunt, xvj. ℣. Lætitia, xv. *Oratio*, Mártyrum, xiv.

Non fit Commemoratio ſanƈti Felicis.

Die XIX.

SS. GERVASII & PROTASII martyrum *Commemoratio.*

Pridie Post Vesperas, *Ant.* Communicántes, ℣. Viríliter, xij.

Oratio, Deus, qui in córdibus, xiv.

Poſt Laudes Matutinas, Ant. Beáti, ℣. Multæ tribulatiónes, *Oratio*, Deus, qui in córdibus, xiv.

Ipſâ die Post Vesperas, *Ant.* Datæ ſunt, xvj. ℣. Lætitia, xv.

Oratio, Deus, qui in córdibus, xiv.

COMMUNE

COMMUNE SANCTORUM.

Pars Verna.

OMMUNE .POSTOLORUM.

PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni*. D.

EXiit Jeſus in montem oráre, & erat pernoctans in oratióne Dei. Et cùm s factus eſſet, vocávit diſulos ſuos. *Luc.* 6. 12. 13.

Ant. 6. F. Elégit duódecim ipſis, quos & Apóſtolos ninávit. *Luc.* 6. 13.

Ant. 3. a. Vocávit ad ſe quos uit ipſe; & venérunt ad n. Et fecit ut eſſent duódeı cum illo, & ut mitteret : prædicáre. *Marc.* 3. 13. 14.

Ant. 8. G. Dedit illis virtúa & poteſtátem ſuper ómnia mónia, & ut languóres cuent. *Luc.* 9. 1.

Ant. 1. D. Ignobília mundi, contemptibília elégit Deus; ea quæ non ſunt, ut ea quæ t deſtrúeret; ut non glorié- omnis caro in conſpéctu s. 1. *Cor.* 1. 28. 29.

apitulum. Iſai. 66. 19. 20.

HÆc dicit Dóminus: Annuntiábunt glóriam meam ıtibus, & addúcent omnes tres *veſtros de cunctis gén*-*ıs donum Dómino.*

In Duplicibus-majoribus,

℟. Meſſis quidem multa, operárii autem pauci; * Rogáte dóminum meſſis, ut mittat operários in meſſem ſuam. *Luc.* 10. 2. ℣. Oráte ut reſpíciat Dóminus pópulum ſuum Iſraël. *Judith* 8. 32. * Rogáte. Glória. * Rogáte.

Hymnus. *Santol. Vict.*

COELESTIS aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Biſſéna mundi lúmina,
Olim futúri júdices.

MERSIS gravi calígine,
Per vos dies renáſcitur;
Quos vanus error lúſerat,
Illúſtrat ipſa Véritas.

NON vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo ſed irríſæ Crucis,
Chriſto rebélles ſúbditis.

QUIBUS gemébat ſúbditus,
Rumpúntur orbis víncula:
Jam gaudet excúſſo jugo,
Liber Dei ſub légibus.

VULGATA terris ómnibus,
Per vos Dei myſtéria:
Sic veſtra terris ómnibus
Præclára facta pérſonant.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquéntur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144. 5.

Ant. ad Magníficat, *& Oratio, ut in Proprio Sanctorum.*

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 1. a. Per manus Apoſtolórum fiébant ſigna & prodígia multa. *Act.* 5. 12.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Magnificábat eos pópulus: magìs autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo. *Act.* 5. 13. 14.

Duæ Orationes, de Feſto & de Pſalterio.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Apoſtolórum Magíſtrum & Dóminum, *Veníte, adorémus; *Tempore Paſchali*, Allelúia. *Joan.* 13. 13.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SUpreme quales árbiter
Tibi miníſtros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vaſis amas committere!

Hæc nempe plena lúmine
Tu vaſa frangi præcipis:
Lux inde magna rúmpitur,
Ceu, nube ſciſsâ, fúlgura.

Totum per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant;
Verbo graves, Verbo Deo,
Tonant, corúſcant, pérpluunt.

Christum ſonant: verſæ ruunt
Arces ſupérbæ dæmonum:
Circùm tubis clangéntibus,
Sic verſa quondam mœnia.

Fac, Chriſte, cœléſtes tubæ
Somno graves nos éxcitent;
Accénſa de te lúmina
Pellant tenébras méntium.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus;
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

Pſalmi de Feria.

[*In Annualibus & Solemn. Pſalmi de Dominica in toto Officio. Temp. Paſch. ad Officium Nocturnum, tres tantùm Pſalmi de I. Nocturno Dominicæ; & ſic in omni Communi.*]

In I. Nocturno.

Ant. 1. *f.* Convocátis duódecim diſcípulis ſuis, hos miſit Jeſus dicens: Eúntes prædicáte, quia appropinquávit regnum cœlórum. *Matt.* 10. 1. 5. 7.

Ant. 2. D. Infirmos curáte, mórtuos ſuſcitáte, leproſos mundáte, dæmones ejícite: gratìs accepíſtis, gratìs date. *Matt.* 10. 8.

Ant. 3. E. Nihil tuléritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecúniam, neque duas túnicas habeátis. *Luc.* 9. 3.

℣. Sanctificámini, & eſtóte ſancti; ℟. Quia ego ſum Dóminus Deus veſter. *Lev.* 20. 7.

Pater noſter.

Benedictiones ut poſt Pſalterium.

Tres primæ Lectiones de Scripturâ occurrente.

[In Annualibus & Solem

ctiones propriæ. Tem-
ſchali , Lectio j. *de*
a occurente, ex tribus
& iij. *de Feſto. Si unica*
de Feſto , j. *&* ij. *erit*
ura , ex tribus duæ,
ſto ; & ſic in omni alio
ii.]
Lect. ℟. In viam gén-
abiéritis ; ſed pótiùs,
oves , quæ periérunt
ſraël. *Matt.* 10. 5. 6.
érſæ ſunt oves meæ ,
l non eſſet paſtor ; &
nt in devoratiónem.
4. 5. * Ite ad oves.
. *Lect.* ℟. Non vos me
; ſed ego elégi vos ;
ii vos ut eátis, & fru-
rátis; & fructus veſter
Joan. 15. 16. ℣. Ego
anum meam ut vos,
Iſraël, germinétis, &
afferátis pópulo meo.
6. 7. 8.* Et póſui vos.
. *Lect.* ℟. Pater, ſicut
iſiſti in mundum , &
ſi eos in mundum:
ro eis ego ſanctífico
, ut ſint & ipſi ſancti-
eritáte. *Joan.* 17. 18.
int ergo ſancti , quia
tus ſum , Dóminus
ifico eos. *Levit.* 21. 8.
Glória. † Pro eis.
. NOCTURNO.
. In quamcúnque do-
avéritis, dícite: Pax
nui ; & ſi ibi fúerit
is , requiéſcet ſuper
veſtra; ſin autem, ad
étur. Luc. 10. 5. 6.

Ant. 5. a. Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit : qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. *Luc.* 10. 16.

Ant. 6. F. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : & quod in aure audítis, prædicáte ſuper tecta. *Matt.* 10. 27.

℣. Cuſtodíte præcépta mea, & fácite ea : ℟. Ego Dóminus qui ſanctífico vos. *Levit.* 20. 8.

Pater noſter.

Benedictiones ut poſt Pſalterium.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Mementóte ſermónis mei, quem ego dixi vobis : * Non eſt ſervus major Dómino ſuo : ſi me perſecúti ſunt, & vos perſequéntur ; *Tempore Paſchali*, Allelúia, allelúia. *Joan.* 15. 20. ℣. Locúti ſunt advérsùm me linguâ dolósâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me. *Pſ.* 108. 3. * Non eſt ſervus.

Poſt 5. *Lect.* ℟. Nolíte timére oppróbrium hóminum , & blaſphémias eórum ne metuátis : * Salus autem mea in ſempitérnum erit ; Ego , ego ipſe conſolábor vos ; *Temp. Paſch.* Allelúia, allelúia. *Iſai.* 51. 7. 8. 12. ℣. Tradémini à paréntibus, & amícis , & morte afficient ex vobis; & éritis ódio ómnibus propter nomen meum. *Luc.* 21. 16. 17.* Salus autem.

Poſt 6. *Lect.* ℟. Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodo,

aut quid loquámini ; * Non enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, qui lóquitur in vobis; *Temp. Paſch.* † Allelúia, allelúia. *Matt.* 10. 19. 20. ℣. Spíritus meus erit in médio veſtrûm, nolíte timére. *Agg.* 2. 6.* Non enim. Glória. * Non enim. *Temp. Paſch. poſt* Glória. † Allelúia, allelúia.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Ite, ecce ego mitto vos, ſicut oves in médio lupórum : Eſtóte ergo prudéntes ſicut ſerpéntes, & símplices ſicut colúmbæ. *Matt.* 10. 16.

Ant. 7. a. Quicúnque volúerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter; ſicut Fílius hóminis non venit miniſtrári, ſed miniſtráre. *Matt.* 20. 26. 28.

Ant. 3. a. Cùm fecéritis ómnia quæ præcépta ſunt vobis, dícite : Servi inútiles ſumus; quod debúimus fácere, fécimus. *Luc.* 17. 10.

℣. Non nobis Dómine, non nobis, ſed nómini tuo da glóriam. ℟. Super miſericórdia tua, & veritáte tua. *Pſ.* 113. 9. 10.

Pater noſter.

Benedictiones ut poſt Pſalterium.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

Poſt 7. *Lect.* ℟. Jam non dicam vos ſervos ; vos autem dixi amícos ; * Quia ómnia quæcúnque audívi à Patre meo nota feci vobis. *Joan.* 15. 15. ℣. Antíqua ne intueámini : ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur, útique cog ea. *Iſai.* 43. 18. 19. * (

Poſt 8. *Lect.* ℟. Vos permanſíſtis mecum i tiónibus meis ; * Et eg no vobis, ſicut diſpóſ Pater meus regnum. 28. 29. ℣. Diſpóſui te tum eléctis meis. P * Et ego.

Poſt 9. *Lect.* ℟. Ecce bis poteſtátem ſuper virtútem inimíci : * men in hoc nolíte g †Gaudéte quòd nómi ſcripta ſunt in cœlis. 19. 20. ℣. Dabo vos i & in laudem ómnibu terræ. *Sophon.* 3. 20. tamen. Glória. † Gau Te Deum.

AD LAUD
MATUTINA

℣. *Sacerdotalis*, An inter gentes glóriam ℟. In ómnibus pópul bília ejus ; *Temp. Paſ* lúia. *Pſ.* 95. 3.

Pſalmi de Feri
Antiphona 8. *toni*

JEſus locútus eſt diſcípulis, dicens : mihi omnis potéſtas & in terra ; eúntes erg omnes gentes ; *Temp* Allelúia. *Matt.* 28. 1

Ant. 6. C. Prædicá gélium omni creatúræ ſántes eos, docénte ómnia quæcúnque vobis ; *Temp. Paſch.* *Marc.* 16. 15. *Matt.*

. *G.* Quorum remiſé-
:áta, remittúntur eis;
n retinuéritis, retén-
Temp. Paſch. Allelúia.
. 23.
1. Accipiétis virtútem
iéntis Spíritûs-ſancti
t éritis mihi teſtes uſ-
timum terræ. *Act.* 1. 8.
. â. Ecce ego vobíſ-
n ómnibus diébus,
d conſummatiónem
Temp. Paſch. Allelúia.
3. 20.
um. Epheſ. 4. 11. 12.
tus dedit quoſdam
lem Apóſtolos, quoſ-
em prophétas, álios
ingeliſtas, álios autem
, & doctóres, ad con-
ónem ſanctórum, in
niſtérii, in ædificatió-
poris Chriſti.
us. Santol. Vict.
m miſit in terras Deus,
morte nos ſervet ſuâ,
hic fidos ſui
git vicários.
I S U S Agnus à lupis,
ſit agnos ad lupos;
feríros éxuunt,
pénte de lupis.
viêtimárum cædibus
madébat ímpiis,
eam ſudóribus,
piáſtis ſánguine.
rore facta pínguior,
la fructus prótulit!
quanta ſurréxit ſeges!
nos ſeges ſumus.
m ſi bonus reſpéxeris,
rigátis créſcere;

Fruménta nos cœléſtibus
Matúra condes hórreis.
U N I ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ. Amen.
℣. Judicábunt juſti natió-
nes, ℟. Et dominabúntur pó-
pulis. *Sap.* 3. 8.
Ant. ad Benedíctus, *& Ora-
tio, ut in Proprio Sanctorum.*
A D H O R A S, *Antiphona de
Laudibus. Pſalmi de Feria.*
A D P R I M A M, *Ant.* Jeſus.
Capitulum, Regi ſeculórum.
C A N O N, *ut habetur in
ſingulis Feriis de Tempore: &
ſic in omni alio Communi. Ce-
tera ut in Pſalterio.*
A D T E R T I A M, *Ant.* Præ-
dicáte.
Capitulum. Rom. 1. 5.

PEr Jeſum Chriſtum accé-
pimus grátiam & Apóſto-
látum, ad obediéndum fídei in
ómnibus géntibus pro nómine
ejus.

℟. *breve*, Nos prædicámus
* Chriſtum crucifixum: ℟. Nos
prædicámus. ℣. Chriſtum Dei
virtútem, & Dei ſapiéntiam.
* Chriſtum. Glória. ℟. Nos
prædicámus. 1. *Cor.* 1. 23. 24.
[*Temp. Paſch.* ℟℟. *brevibus
additur*, Allelúia, allelúia.
℣. Quod vídimus & audí-
vimus, annuntiámus vobis,
℟. Ut & vos ſocietátem ha-
beátis nobíſcum. 1. *Joan.* 1. 3.
Oratio in Proprio ad Laudes.
A D S E X T A M, *Ant.* Quorum
remiſéritis.

Capitulum. 2.*Cor.*5.19.20.

POſuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis : pro Chriſto ergo legatióne fúngimur, tanquam Deo exhortánte per nos. Obſecrámus pro Chriſto, reconciliámini Deo.

℟. *breve*, Deus nos reconciliávit ſibi * Per Chriſtum : ℟. Deus nos. ℣. Et dedit nobis miniſtérium reconciliatiónis. * Per Chriſtum. Glória. ℟. Deus nos. 2. *Cor.* 5. 18.

℣. Subjécit Dóminus pópulos nobis, ℟. Et gentes ſub pédibus noſtris. *Pſ.* 46. 4.

Ad Nonam, *Ant.* Ecce ego.

Capitulum. *Epheſ.*2.20.21.

FRatres ... eſtis ... ſuperædificáti ſuper fundaméntum Apoſtolórum, & Prophetárum, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Jeſu; in quo omnis ædificátio conſtrúcta creſcit in templum ſanctum in Dómino.

℟. *breve*, Vocávit vos Deus * Per Evangélium noſtrum. ℟. Vocávit. ℣. State, & tenéte traditiónes quas didicíſtis.* Per Evangélium. Glória. ℟. Vocávit. 2.*Theſſ.* 2. 13. 14.

℣. Sicut accepíſtis Jeſum Chriſtum Dóminum, in ipſo ambuláte, ℟. Radicáti, & ſuperædificáti in ipſo, & confirmáti in fide. *Coloſſ.* 2. 6. 7.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 8. *toni*. c.

INjecérunt in Apóſtolos manus, & poſuérunt eos in cuſtódiam. *Act.* 4. 3.

Ant. 2. D. Cæſis denuntiavérunt ne omníno loqueréntur in nómine Jeſu. *Act.* 5. 40.

Ant. 7. d. Ibant gaudéntes à conſpéctu concílii, quóniam digni hábiti ſunt pro nomine Jeſu contuméliam pati. *Act.* 5. 41.

Ant. 8. c. Loquebántur verbum Dei cum fidúcia : & virtúte magnâ reddébant teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti. *Act.* 4. 31. 33.

Ant. 3. a. Tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15. 26.

Capitulum. *Heb.* 2. 3. 4.

CUm inítium accepiſſet ſalus enarrári per Dóminum ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta eſt, conteſtánte Deo ſignis & porténtis & váriis virtútibus, & Spíritusſancti diſtributiónibus ſecúndùm ſuam voluntátem.

In Duplicibus - majoribus, ℟. Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, quorum non audiántur voces eórum. * In omnem terram exívit ſonus eórum, & † In fines orbis terræ verba eórum. *Pſ.* 18. 4 5. ℣. Prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & ſermónem confirmánte, ſequéntibus ſignis. *Marc.* 16. 20. * In omnem. Glória, † In fines.

Hymnus, Cœléſtis, *ut in primis Veſperis.*

℣. Nimis honorificáti ſunt amici tui Deus, ℟. Nimis

ortátus eſt principátus eó-
. *Pſ.* 138. 17.
it. ad Magníficat, *& Ora-*
ut in Proprio Sanctorum.

OMMUNE
IIUS MARTYRIS.

PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

nt. ſola 2. D. Qui volúerit
iam ſuam ſalvam fácere,
et eam; qui autem per-
it ánimam ſuam propter
& Evangélium, ſalvam
t eam; Allelúia. *Marc.*
.

itulum. 1. *Petr.* 4. 15. 16.
Emo veſtrûm patiátur ut
homicída, aut fur, aut
dicus, aut alienórum ap-
or: ſi autem ut Chriſtiá-
non erubéſcat; gloríficet
n Deum in iſto nómine.
Duplicibus majoribus.
eátus vir qui ſuffert ten-
iem, quóniam * Cùm
itus fúerit, accípiet co-
n vitæ quam repromíſit
diligéntibus ſe; † Alle-
allelúia. *Jac.* 1. 12. ℣. Si
obatióne fúerit, coroná-
; ſi in tribulatióne fúerit,
ibitur. *Tob.* 3. 21.* Cùm.
ia. † Allelúia, allelúia.
nnus. Santol. Vict.
quo ſalus mortálium,
luxit ſacer Dei cruor,
o redémptus æmulum
litávit ſánguinem.
ON jam crucis Chriſti
pudet;
ſurgit ingens glória,
Deum ſatéri mórtuum;
Pro mórtuo mori Deo.

HOC iſte plenus Spíritu
Ridet minas, ridet neces,
Tuâque fretus déxterâ,
Tibi, Redémptor, mílitat.

PARATA ſpectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut ſperet mori,
Et morte mortem víncere.

UNUS tot armátas manus
Stupénte laſſat júdice;
Et tortus ipſis qui cadit,
Torquéntibus ſit fórtior.

DA, Chriſte, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da ſuſtinére pro tuo,
Quodcúnque durum, nómine.

DA, Chriſte, tecum nos mori;
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere:
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Hæc doxologia, Da, Chriſte, *& Sit laus Patri*, *dicitur in fine Hymnorum hujus metri, uſque ad Aſcenſionem.*

℣. Vincénti dabo édere de ligno vitæ, ℟. Quod eſt in paradíſo Dei mei; Allelúia. *Apoc.* 2. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Qui vícerit, dabo ei ſedére mecum in throno meo; ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus; Allelúia. *Apoc.* 3. 21.

Oratio infrà ad Laudes Matutinas, niſi ſit propria.

Si eodem die occurrat commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Benedíctus, & ℣. ex Laudibus: quod ſervatur in omni alio Communi.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 7. d. Qui vícerit, non lædétur à morte ſecúnda; Allelúia. *Apoc.* 2. 11.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. a. Qui vícerit, ero illi Deus, & ille erit mihi fílius; Allelúia. *Apoc.* 21. 7.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Deum patiéntiæ & ſolátii,* Veníte, adorémus; Allelúia. *Rom.* 15. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FELIX morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam,
Et ſignáre cruóre,
Quam Chriſto déderas fidem.

POENIS victa quibus deficeret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas:
Cui non ſúfficit una,
Ambis innúmeras neces.

TE pro lege ſua magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpectat ab æthere;
Ne ſuccúmbere poſſis,
Tecum prælia ſúſtinet.

ET nos delícias, vana per ótia,
Gens infida Deo, quærimus ánxii:
Quid torpémus? inértes
Sanguis Mártyris excitat.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus; Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 8. G. Non fácio ánimam meam pretioſiórem quàm me; dúmmodo conſúmmem curſum meum; Allelúia. *Act.* 20. 24.

℣. Non mihi contíngat párcere ánimæ meæ, ℟. In omni témpore tribulatiónis; Allelúia. 1. *Mach.* 13. 5.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Ego non ſolùm alligári, ſed * Et mori parátus ſum propter nomen Dómini Jeſu; Allelúia, allelúia. *Act.* 21. 13. ℣. Ego ánimam & corpus meum trado pro pátriis légibus. 2. *Mach.* 7. 37. * Et mori.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Secúndùm expectatiónem & ſpem meam in nullo confúndar, ſed * Magnificábitur Chriſtus in córpore meo ſive per vitam, ſive per mortem; Allelúia, allelúia. *Philipp.* 1. 20. ℣. Deus Dóminus fortitúdo mea, & ſuper excélſa mea dedúcet me victor. *Habac.* 3. 19. * Magnificábitur.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Pláceo mihi contumèliis, in perſecutió-bus, in angúſtiis pro Chriſto; * Cùm enim infírmor, tunc potens ſum; † Allelúia, allelúia. 2. *Cor.* 12. 10. ℣. A Deo ſalutáre meum, nam & Deus meus, & ſuſcéptor meus; non movébor. *Pſ.* 61. 2. * Cùm. Glória. † Allelúia, all. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Ego cantabo fortitúdinem tuam, ℟. Et exultábo manè miſericórdiam tuam; Allelúia. *Pſ.* 58. 17.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. *D.* Exémplum forte relínquam, ſi promptò animo, ac fórtiter pro ſanctíſſimis légibus honéſtâ morte perfúngar; Allel. 2. *Mach.* 6. 28.

Capitulum. *Job.* 23. 10 11.

Probávit me Deus quaſi aurum, quod per ignem tranſit; veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus, viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Jam non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlítuum choros:
Nunc pro cárcere cæco,
Fulgéntes hábitas domos.

Non jam vincla manus, non cóhibent pedes,
Tu liber ſúperùm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

Nec te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

Sic tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet:
Confundíſque tyránnum,
Dum quos déprimit, élevas.

Semper máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Glorificátus ſum in óculis Dómini, ℟. Et Deus meus factus eſt fortitúdo mea; Allelúia. *Iſai.* 49. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Dóminus mihi áſtitit, & confortávit me; & liberátus ſum de ore leónis. Liberávit me Dóminus ab omni ópere malo; & ſalvum fáciet in regnum ſuum cœléſte; Allelúia. 2. *Tim.* 4. 17. 18.

Oratio.

Præſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui beáti Mártyris tui N. natalítia cólimus, interceſſióne ejus in tui nóminis amóre roborémur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui beátum N. Mártyrem tuum virtúte conſtántiæ in paſſióne roboráſti;

ex ejus imitatióne tribue pro amóre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla ejus advérſa formidáre; Per Dóminum.

Si ſit Pontifex, Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui in ómnium ſanctórum tuórum es virtúte mirábilis, da nobis beáti N. feſtivitátem cóngruis honóribus & ſédulâ imitatióne celebráre, qui Filii tui Martyr & Póntifex, quod miniſtério geſſit, teſtimónio comprobávit; & quod prædicávit ore, confirmávit exémplo; Per eúndem Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátia beátum N. in Sacerdótem elégit, doctrína ad prædicándum erúdiit, poténtia ad perſeverándum confirmávit; da nobis ex ejus imitatióne pópulum Chriſtiánum & inſtrúere vivéndi exémplo, & cùm opus fúerit, confirmáre patiéndo; Per Dóminum.

Si facienda ſit Commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Magníficat *&* ℣. *ex primis Veſperis: quod ſervatur in omni alio Communi.*

Ad Horas, *in fine Hymnorum doxologia*, Da Chriſte, *&* Sit laus Patri, *ſuprà: & ſic uſque ad Aſcenſionem.*

Pſalmi de Feria.

Ad Primam, *Ant.* 4. E. Cùm à morte poſſem liberári, duros córporis ſuſtíneo dolóres; ſecúndùm ánimam verò libénter hæc pátior; Allelúia. 2. *Mach.* 6. 30.

Ad Tertiam, *Ant.* 7. *d.* Nunc gaúdeo in paſſiónibus, & adimpleo ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti, in carne mea; Allelúia. *Coloſſ.* 1. 24.

Capitulum. *Rom.* 8. 18.

FRatres, exíſtimo quòd non ſunt condígnæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis.

℟. *breve*, In Deo ſalutáre meum, & glória mea; * Allelúia, allelúia. ℟. In Deo. ℣. Deus auxílii mei, & ſpes mea in Deo eſt. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. In Deo. *Pſ.* 61. 8.

℣. Deus meus adjútor meus, & ſperábo in eum. ℟. Protéctor meus, & cornu ſalútis meæ, & ſuſcéptor meus; Allelúia. *Pſ.* 17. 3.

Ad Sextam, *Ant.* 8. G. Replétus ſum conſolatióne, ſuperabúndo gaúdio in omni tribulatióne; Allelúia. 2. *Cor.* 7. 4.

Capitulum. 2. *Tim.* 1. 12.

PAtior, ſed non confúndor; ſcio enim cui crédidi, & certus ſum quia potens eſt depóſitum meum ſerváre in illum diem.

℟. *breve*, Si conſíſtant advérsùm me caſtra, non timébit cor meum; * Allelúia, allelúia. ℟. Si conſíſtant. ℣. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego ſperábo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Si conſíſtant. *Pſ.* 26. 3. 4.

℣. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea; quem timébo? ℟. Dóminus protéctor vitæ meæ; à quo trepidábo? Allelúia. *Pſ.* 26. 1. 2.

AD NONAM, *Ant.* 7. a. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi; repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ; Allelúia. 2. *Tim.* 4. 7. 8.

Capitulum. *Tob.* 3. 22. 23.

POſt tempeſtátem, tranquíllum facis, Dómine; & poſt lacrymatiónem & fletum, exultatiónem infúndis. Sit nomen tuum, Deus Iſraël, benedíctum in ſécula.

℟. *breve*, Factus es, Dómine, ſuſcéptor meus; * Allelúia, allel. ℟. Factus es. ℣. Et refúgium meum, in die tribulatiónis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Factus es. *Pſ.* 58. 17.

℣. Tu Dómine adjuvíſti me, ℟. Et conſolátus es me; allelúia. *Pſ.* 85. 17.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 6. F. Propter opus Chriſti uſque ad mortem accéſſit, tradens ánimam ſuam; Allelúia. *Philipp.* 2. 30.

Capitulum. 2. *Cor.* 4. 17.

FRatres, id, quod in præſénti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſuprà modum in ſublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis.

In Duplicibus - majoribus, ℟. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, & * Certámen forte dedit illi ut vínceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. † Allelúia, allelúia. *Sap.* 10. 11. 12. ℣. Erat Deus cum eo; & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. 10. * Certámen. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, Jam non te lácerant, *ut in Laudibus.*

℣. Cuſtodívit illum ab inimícis, ℟. Et à ſeductóribus tutávit illum; Allelúia. *Sap.* 10. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Juſtum à peccatóribus liberávit; & non derelíquit illum, donec afférret illi poténtiam advérsùs eos qui eum deprimébant, & dedit illi claritátem ætérnam; Allelúia. *Sap.* 10. 13. 14.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 7. a. In mundo preſſúram habébitis; ſed confídite, ego vici mundum; Allelúia. *Joan.* 16. 33.

Capitulum. 1. *Petr.* 4. 14.

SI exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éritis; quóniam quod eſt honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui eſt ejus Spíritus, ſuper vos requiéſcit.

In Duplicibus - majoribus, ℟. Mundus gaudébit, vos autem contriſtabímini; ſed tri-

ſtitia veſtra vertétur in gaúdium : * Et gaúdium veſtrum nemo tollet à vobis ; † Allelúia, allelúia. *Joan.* 16. 20. 22.

℣. Ego conſolábor vos, & conſolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum. *Iſai.* 66. 13. 14. * Et gaúdium. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FORTES cadéndo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœléſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.

IMPLERE vos omnes decet
Paſſo Deo quod défuit ;
Per tot neces læſo Patri
Fit plena Chriſtus hóſtia.

QUEM lictor inſánus ſitit,
Quem cæcus effúndit furor,
Amor ſacérdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.

ET ille, mixtus ſánguini
Quem fudit in ligno Deus,
Fundéntibus placábilem
Oráre non ceſſat Deum.

SIC, Chriſte, robur Mártyrum,
Certáre das, & víncere ;
Tuóſque múnerans, tua
Æquus corónas múnera.

DA, Chriſte, tecum nos mori ;
Tecum ſimul da ſúrgere :
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat ;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Viriliter ágite, & confortétur cor veſtrum, ℟. Omnes qui ſperátis in Dómino ; Allelúia. *Pſ.* 30. 25.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Communicántes Chriſti paſſiónibus gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes ; Allel. 1. *Petr.* 4. 13.

Oratio infrà ad Laudes Matutinas, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 3. E. Omnes, qui piè volunt vívere in Chriſto Jeſu, perſecutiónem patiéntur ; Allelúia. 2. *Tim.* 3. 12.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. c. Fidélis ſermo : ſi commórtui ſumus, & convivêmus : ſi ſuſtinébimus, & conregnábimus ; Allelúia. 2. *Tim.* 2. 11.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Legítimè certántes coronántem Dóminum, * Veníte, adorémus ; Allelúia. 2. *Tim.* 2. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

QUAM vincla ſunt hæc fórtia,
Quæ Mártyres Deo ligant !
Non vita, mille non neces
A caritáte ſéparant.

VIX corpus unum ſúfficit,
Non eſt ſatis ſemel mori ;
Quot ſciſſa membra, tot litant
Deo placéntes víctimas.

SÆVIT tyránnus, állicit :
Temnunt minas, temnunt preces ;

ántem dum timent,
erántem díligunt.
procéllis ómnibus,
s flúmine
, & Chriſto duce
ítos óccupant.
riſte, ſemper mens

es adhæreat;
iæ corpus premunt,
is nos érigant.
hriſte, tecum nos

ul da ſúrgere:
a contémnere,
cœléſtia.
is Patri, laus Fílio,
triumphátâ nece,
ecum dux vocat;
ibi laus, Spíritus.

lmi de Feria notati de Tempore.

a 1. *D.* In mortem
opter Jéſum, ut &
anifeſtétur in carne
rtáli; Allelúia. 2.

faciémus virtútem,
ad níhilum dedúcet
nos; Allelúia. *Pſ.*

ones ut poſt Pſalte- mpore Paſchali.

ct. ℟. Abſit à nobis
mus Dóminum, &
diis aliénis. * Dó-
oſtro ſerviémus, &
érimus præcéptis
úia, allelúia. *Joſue*
℣. *Etſi ſunt qui di-*
nobis tamen unus

Deus. 1. *Cor.* 8. 5. * Dómino.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Dóminus Deus aſpíciet veritátem, & conſolábitur in nobis: * Pótius eſt ab homínibus morti datos ſpem expectáre à Deo, íterum ab ipſo ſuſcitándos; Allelúia, allelúia. 2. *Mach.* 7. 6. 14. ℣. Sicut abúndant paſſiónes Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abúndat conſolátio noſtra. 2. *Cor.* 1. 5. * Pótius eſt.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Probáſti nos Deus; igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum. * Transívimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigérium; † Allelúia, allelúia. *Pſ.* 65. 10. 12. ℣. Per multas tribulatiónes opórtet nos intráre in regnum Dei. *Act.* 14. 21. * Transívimus. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Laudábit te, Dómine, pópulus fortis: ℟. Cívitas géntium robuſtárum timébit te; Allelúia. *Iſai.* 25. 3.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 7. c. In paucis vexáti, in multis bene diſponéntur; quóniam Deus tentávit eos, & invénit illos dignos ſe; Allelúia. *Sap.* 3. 5.

Capitulum. Jac. 1. 2. 3. 4.

OMne gaúdium exiſtimáte, fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis, ſciéntes quòd probátio fidei

veſtræ patiéntiam operátur: patiéntia autem opus perfé-ctum habet.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUAM, Chriſte, ſignáſti viam
Primus, profúſo ſánguine;
Per hanc tui te fórtiter
Ducem ſequúntur mílites.

FOSSUS manus, foſſus pedes,
Ovans ad aſtra tránſvolas;
Et membra trunci Mártyres,
Addunt triúmpho ſe tuo.

OMNES in oſtro ſpléndidi
Tuum tribúnal ámbiunt:
Accépta monſtrant vúlnera,
Et per tot ora ſúpplicant.

AUDIRE ſi nos réſpuis,
Quos críminum moles gravat;
Audi tuos qui ſánguinem
Fudére pro te, Mártyres.

FAC, ſi tyránnus déficit,
Ne blandiéndo mólliùs
Frangat volúptas péctora,
Ipſis tyránnis ſævior.

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Multæ tribulatiónes juſtórum, ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus; Allelúia. *Pſ.* 33. 20.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Beáti qui perſecutiónem patiúntur propter juſtítiam; quóniam ipſórum eſt regnum cœlórum; Allelúia. *Matt.* 5. 10.

Oratio.

DEus, qui in córdibus mártyrum tuórum N. & N. flammas tantæ dilectiónis accendiſti, ut mundi nec blandítiis nec terróribus vinceréntur; da nobis eúndem tuæ caritátis affectum, ut te unum poſſidére cupiéntes, te unum amíttere metuéntes, ómnia mundi próſpera & advérſa æquáliter deſpiciámus; Per.

Alia Oratio.

MArtyrum tuórum N. & N. (& ſociórum) ſolémnia recenſéntes, ſúpplices te Dómine deprecámur, ut in tua caritáte radicáti & fundáti, paſſiónes hujus témporis, amóre illíus glóriæ, quæ revelánda eſt in nobis, invícto ac libénti ánimo ſuſtinére valeámus; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* 1. 2. Datum eſt béſtiæ bellum fácere cum ſanctis, & víncere eos; Allelúia. *Apoc.* 13. 7.

AD TERTIAM, *Ant.* 8. G. Elegérunt magis mori; & noluérunt infríngere legem Dei ſanctam, & trucidáti ſunt; Allelúia. 1. *Mach.* 1. 65. 66.

Capitulum. *Sap.* 3. 2.

VIſi ſunt óculis inſipiéntium mori; & æſtimáta eſt afflíctio éxitus illórum: & quod à nobis eſt iter, extermínium; illi autem ſunt in pace.

℟. breve, Juſtórum animæ

in manu Dei ſunt; * Allelúia, allelúia. ℟. Juſtórum. ℣. Et non tanget illos torméntum mortis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Juſtórum. *Sap.* 3. 1.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, ℟. De manu peccatóris liberábit eos; Allelúia. *Pſ.* 96. 10.

AD SEXTAM, *Ant.* 1. f. Etſi coram homínibus torménta paſſi ſunt; ſpes illórum immortalitáte plena eſt; Allelúia. *Sap.* 3. 4.

Capitulum. *Apoc.* 21. 4.

ABſtérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum; & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt.

℟. *breve*, Obliviónì tráditæ ſunt angúſtiæ prióres; * Allelúia, allelúia. ℟. Obliviónì. ℣. Abſcónditæ ſunt ab óculis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Obliviónì. *Iſai.* 65. 16.

℣. Salvávit eos Dóminus de manu odiéntium, ℟. Et redémit eos de manu inimíci; Allelúia. *Pſ.* 105. 10.

AD NONAM, *Ant.* 7. *d.* Tanquam aurum in fornáce probávit illos, & quaſi holocáuſti hóſtiam accépit illos; Allelúia. *Sap.* 3. 6.

Capitulum. *Iſai.* 9. 3.

LÆtabúntur coram te Dómine, ſicut qui lætántur in meſſe, ſicut exúltant victóres *captâ prædâ*, quando dívidunt ſpólia.

℟. *breve*, In te ſperavérunt, & liberáſti eos; * Allelúia, allelúia. ℟. In te. ℣. Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. In te. *Pſ.* 21. 5. 6.

℣. In témpore tribulatiónis ſuæ clamavérunt ad te, ℟. Et tu de cœlo audíſti; Allelúia. 2. *Eſdr.* 9. 27.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. a. Vidi eos qui vicérunt béſtiam, habéntes cítharas Dei; & cantántes cánticum Agni; Allelúia. *Apoc.* 15. 2. 3.

Capitulum. *Sap.* 10. 17. 18.

REddidit juſtis ſapiéntia mercédem labórum ſuórum, & dedúxit illos in via mirábili: & fuit illis in velaménto diéi, & in luce ſtellárum per noctem: tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvéxit illos per aquam nímiam.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Hi ſunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt ſtolas ſuas, & dealbavérunt eas in ſánguine Agni: ídeo ſunt ante thronum Dei, * Et ſérviunt ei die ac nocte in templo ejus; † Allelúia, allelúia. *Apoc.* 7. 14. 15. ℣. In perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum. *Sap.* 5. 16. * Et ſérviunt. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, Quam, Chriſte, *ut in Laudibus.*

℣. Lætítia ſempitérna ſuper

cápita eórum, ℟. Gaúdium & lætítiam tenébunt; Allelúia. *Iſai.* 51. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Datæ ſunt illis ſíngulæ ſtolæ albæ; & dictum eſt illis ut requiéſcerent, donec compleántur conſérvi eórum, & fratres eórum, qui interficiéndi ſunt ſicut & illi; Allelúia. *Apoc.* 6. 11.

COMMUNE UNIUS S. PONTIFICIS.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. *a.* In manu Dei potéſtas terræ; & útilem rectórem ſuſcitábit in tempus ſuper illam; Allel. *Eccli.* 10. 4.

Capitulum. Hebr. 5. 4. 5. 6.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocátur à Deo tanquam Aáron: ſic & Chriſtus non ſemetípſum clarificávit ut Póntifex fieret; ſed qui locútus eſt ad eum, Fílius meus es tu, ego hódie génui te: quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum, ſecúndùm órdinem Melchíſedech.

In Duplic. majoribus, ℟. Suſcitábo mihi ſacerdótem fidélem, qui juxta cor meum fáciet; * Et ambulábit coram Chriſto meo cunctis diébus; † Allelúia, allelúia. 1. *Reg.* 2. 35. ℣. Invéni virum ſecúndùm cor meum, qui fáciet omnes voluntátes meas. *Act.* 13. 22. * Et ambulabit. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus. Guill. Epiſc. S

CHRISTE Paſtó
put atque Princ
Præſulis feſtam venerá
Débitis ſupplex tua
votis
Turba frequéntat.

ILLE non vano té
méndam
Spíritu ſedem, próp
auſu:
Sed ſacrum juſſus
vocánte
Sumpſit honórem.

STRENUUM bello
ſupérni
Chríſmatis pleno tu
intùs
Spíritus cornu, poſui
ctam
Páſcere gentem.

FIT gregis paſtor,
que forma:
Omnium curas levat
res,
Lætus impéndit ſua,
cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réfici
tes,
Erigit lapſos, ten
pellit,
Fit potens verbo, do
pravum
Cónterit hoſtem.

FAC ut illíus précibus
Chriſte, fac Patrem
que tecum
Spíritum jugi cel
hymno
Omne per ævu

℣. Quæſivit

uxta cor ſuum; ℟. Et
t ei Dóminus ut eſſet
per pópulum ſuum;
. 1. *Reg.* 13. 14.
lagníficat, *Ant.* 5. F.
t ad eum Dóminus, &
órum fortíſſime, vade
ortitúdine tua, & libe-
aël: ſcito quòd míſe-
Allelúia. *Judic.* 6. 14.
o ut infrà ad Laudes,
ropria.
Annualibus & Solem-
l Completorium, *Ant.*
ſum elégit Dóminus
ıt ſtet, & miníſtret nó-
ómini; Allelúia. *Deut.*

[unc dimíttis, *Ant* 8.c.
ſi pactum ſacerdótii
rnum, quia zelátus eſt
o ſuo, & expiávit ſcelus
ı Iſraël; Allelúia. *Num.*
]

OFFICIUM
OCTURNUM.

ıtorium, Chriſtum Pa-
Príncipem, * Veníte,
ıus; Allelúia. 1. *Petr.* 5. 4.
nus, Veníte, 2.
us. *Santol. Vict.*
RISTE, decréto Patris
nſtitútus
x ſummo, tibi ſegre-
gátos
& formas pópulis re-
géndis
miníſtros.
: juvat feſto celebráre
cantu,
:èt magnis méritis co-
'úſcans,
Verna.

Sumpſit invítus, trepidánte
dextrâ,
Pondus honóris.

NOVERAT quantis páteat
períclis
Ille, qui ſummos ápices adép-
tus,
Omnium curas, ſibi raptus uni;
Súſtinet omnes.

FECERAT fervens amor in-
quiétum:
Quò gregis cari pia cura
poſcit,
Advolat promptus; mora non
eúntem
Ulla retárdat.

DUX iter, vitâ præeúnte,
monſtrat;
Cómprobat factis ſua dicta
magnis,
Et domum ſanctam bene olén-
te Chriſti
Implet odóre.

LUX erat cæco, cólumen
labánti,
Una ſpes lapſo, míſero levá-
men,
Próvidus cunctis pater, omni-
búſque
Omnia factus.

CHRISTE, Paſtórum bonus
ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis próprio
cruóre,
Fac ut ætérnæ ſúbeant opíma
Páſcua vitæ.
Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 4. E. Speculatórem
dedi te dómui Iſraël; & aú-
dies de ore meo verbum

annuntiábis eis ex me; Allelúia. *Ezech.* 3. 17.

℣. Probatórem dedi te in pópulo meo robúſtum; ℟. Et ſcies, & probábis viam eórum; Allelúlia. *Jer.* 6. 27.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Si ſpopónderis pro amíco tuo, defixíſti apud extráneum manum tuam; fac quod dico, & temetípſum líbera: * Diſcúrre, feſtína, ſúſcita amícum tuum, ne déderis ſomnum óculis tuis; Allelúia, allelúia. *Prov.* 6. 1. 3. 4. ℣. Prædica verbum, inſta opportúnè, importúnè; árgue, óbſecra, íncrepa in omni patiéntia & doctrína. 2. *Tim.* 4. 2. * Diſcúrre.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Eſto vígilans; & confírma cétera quæ moritúra erant. Si non vigiláveris, * Véniam ad te tanquam fur; & néſcies quâ horâ véniam; Allelúia, allelúia. *Apoc.* 3. 2. 3. ℣. Si ſpeculátor víderit gládium veniéntem, & non inſonúerit búccinâ; ſánguinem pópuli de manu ſpeculatóris requíram. *Ezech.* 33. 6. * Véniam.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Diligénter àgnóſce vultum pécoris tui, tuóſque greges consídera: * Non enim habébis júgiter poteſtátem, ſed coróna tribuétur in generatiónem & generatiónem; † Allelúia, allelúia. *Prov.* 27. 23. 24. ℣. Vígila, in ómnibus labóra, miniſtérium tuum imple. 2. *Tim.* 4. 5. * Non enim. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, De omni corde ſuo laudávit Dóminum, ℟. Et diléxit Deum qui fecit illum; Allelúia. *Eccli.* 47. 10.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 5. a. Zelándo zelum Dei, accépit teſtaméntum ſacerdótii ætérni; Allelúia. 1. *Mach.* 2. 54.

Capitulum. Eccli. 50. 22. 23.

MAnus ſuas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Iſraël, dare glóriam Deo à lábiis ſuis, & in nómine ipsíus gloriári.

Hymnus. Guill. Epiſc. Santon.

JEsu Sacerdótum decus,
In hac die quâ glóriâ
Sanctum corónas Præſulem,
Votis adéſto ſúpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit Agnos páſcere.

Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páſcua,
Victúmque præbet: aúdiunt,
Sequúntur, & vivunt oves.

Quam ſentit errántem jugis,
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet invéntam, ſuo
Portans ovíli réddere.

Arcet freméntes béſtias,
Lupi retúndit ímpetus,
Dolóſque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.

T frequéntem vi-
m
e Paſtor ínnocens,
devótum gregem
dos ímmolat.
Chriſte, tecum nos
,
núl da ſúrgere:
a contémnere;
cœléſtia.
is Patri, laus Fílio,
triumphátâ nece,
ecum dux vocat:
bi laus, Spíritus.
en.
it ei Dóminus teſta-
ætérnum; ℟. Et de-
cerdótium gentis;
Eccli. 45. 8.
edíctus, *Ant.* 7. G.
e & alacritáte áni-
icuit Deo pro Iſraël:
it illi teſtaméntum
íncipem ſanctórum
ſuæ, ut ſit illi ſacer-
iitas in ætérnum;
Eccli. 45. 29. 30.

Oratio.

, quæſumus Dómi-
eces noſtras quas in
pontíficis feſtivitáte
; & ejus, qui tibi
uit famulári, inter-
s méritis, ab ómni-
ſólve peccátis; Per
.

lia Oratio.

mus Dómine, cle-
iam tuam, ut in hac
tránſitu ſacro beáti
V. *conſecráſti*, des
ſequi doctrínam

quam ille & verbo dócuit, & ópere complévit; Per Dóminum.

Pro uno Autiſſiodorenſi Epiſcopo,

Oratio.

Omnipotens Deus, qui beátum N. antíſtitem pópulo tuo præéſſe, & quibus præerat, verbo & exémplo prodéſſe voluiſti; eódem intercedénte, paſtóres Eccléſiæ tuæ cum grégibus ſibi commíſſis dírige in viam ſalútis ætérnæ; ut omnes, te donánte, tibi plácita cúpiant, & totâ virtúte perfíciant; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* 1. a. Fuit máximus in ſalútem electórum Dei, expugnáre inſurgéntes hoſtes, ut conſequerétur hereditátem Iſraël; Allelúia. *Eccli.* 46. 1. 2.

Ad Tertiam, *Ant.* 3. E. Ipſum elégit Dóminus ab omni vivénte; offérre ſacrifícium Deo, incénſum, & bonum odórem, in memóriam placáre pro pópulo ſuo; Allelúia. *Eccli.* 45. 20.

Capitulum. *Heb.* 5. 1.

Omnis Póntifex ex homínibus aſſúmptus, pro homínibus conſtitúitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis.

℟. *breve*, Dedit illi Deus docére Jacob teſtimónia ✱ Allelúia, allelúia. ℟. Dedit. ℣. Et

in lege ſua lucem dare Iſraël. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dedit. *Eccli.* 45. 21.

℣. Hic erat edóctus viam Dómini, & fervens ſpíritu loquebátur; ℟. Et docébat diligénter ea quæ ſunt Jeſu; Allelúia. *Act.* 18. 25.

Ad Sextam, *Ant.* 7. b. Invéntus eſt perféctus, juſtus, & in témpore iracúndiæ, factus eſt reconciliátio; Allelúia. *Eccli.* 44. 17.

Capitulum. *Eccli.* 45. 19.

FActum eſt illi in teſtaméntum ætérnum, & ſémini ejus ſicut dies cœli, fungi ſacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum ſuum in nómine ejus.

℟. *breve*, Obtulit holocaúſta ſuper altáre; * Allelúia, allelúia. ℟. Obtulit. ℣. Odoratúſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Obtulit. *Gen.* 8. 20. 21.

℣. Oblátio juſti impínguat altáre, ℟. Et odor ſuavitátis eſt in conſpéctu Altíſſimi; Allelúia. *Eccli.* 35. 8.

Ad Nonam, *Ant.* 8. c. In pace & in æquitáte ambulávit, & multos avértit ab iniquitáte; Allelúia. *Malach.* 2. 6.

Capitulum. *Eccli.* 45. 6.

DEdit illi Deus coram præcépta, & legem vitæ & diſciplínæ, docére Jacob teſtaméntum ſuum, & judícia ſua Iſraël.

℟. *breve*, Pavit eos in innocéntia cordis ſui; * Allelúia; allelúia. ℟. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum dedúxit eos. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Pavit. *Pſ.* 77. 72.

℣. Dedúxit eos in viam rectam, ℟. Ut irent in civitátem habitatiónis, Allelúia. *Pſ.* 106. 7.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. a. Sacérdos magnus in vita ſua ſuffúlſit domum, & in diébus ſuis corroborávit templum; Allelúia. *Eccli.* 50. 1.

Capitulum. *Eccli.* 50. 6. 7.

QUaſi ſtella matutína in médio nébulæ, & quaſi luna plena in diébus ſuis lucet, & quaſi ſol refúlgens, ſic ille effúlſit in templo Dei.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Ipſe eſt diréctus divínitus in pœniténtiam gentis, * Et tulit abominatiónes impietátis: & in diébus peccatórum corroborávit pietátem; † Allelúia, allelúia. *Eccli.* 49. 3. 4.
℣. Hic eſt qui fuit in Eccléſia, qui accépit verba vitæ dare nobis. *Act.* 7. 38. * Et tulit. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, Chriſte Paſtórum, *ut in primis Veſperis.*

℣. Dedit illi Dóminus teſtaméntum regni, ℟. Et ſedem glóriæ in Iſraël; Allelúia. *Eccli.* 47. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Beatificávit illum Deus in glória, & induit eum ſtolam glo-

riæ, & coronávit eum in vaſis virtútis; Allelúia. *Eccli.* 45. 9.

COMMUNE SS. DOCTORUM.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 5. a. Qui vigiláverit propter ſapiéntiam, citò ſecúrus erit; quóniam dignos ſeipsâ círcuit quærens, & in viis oſténdit ſe illis hiláriter; Allelúia. *Sap.* 6. 16. 17.

Capitulum. *Eccli.* 15. 10.

A Deo proféćta eſt ſapiéntia; ſapiéntiæ enim Dei aſtábit laus, & in ore fidéli abundábit, & dominátor dabit eam illi.

In Duplicibus-majoribus,

℟. Dóminus dat ſapiéntiam ſapiéntibus, & ſciéntiam intelligéntibus diſciplínam:* Ipſe revélat profúnda & abſcóndita; & lux cum eo eſt; † Allelúia, allelúia. *Dan.* 2. 21. 22. ℣. Spíritus ómnia ſcrutátur, étiam profúnda Dei. 1. *Cor.* 2. 10 * Ipſe. Glória. † Allel. allel.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O, Qui perpétuus nos mónitor doces,
Vox ætérna Patris, Chriſte, vicários
Doćtóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm bene ſúppetis!

Hi ſemper vígilant, ne quid adúlterum
Corrúmpat fídei vírgineum decus:
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His cuſtódibus íntegra.

Infames ábolent relliquias deûm;
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.

Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides:
Quæ ſunt priſca, docent; quæ nova, ſúbruunt:
Servant depóſitum Dei.

Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris Dómine, ℟. Et de lege tua docúeris eum; Allelúia. *Pſ.* 93. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *C.* Beátus vir, qui excógitat vias ſapiéntiæ in corde ſuo, vadens poſt illam quaſi inveſtigátor: protegétur ſub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requiéſcet; Allelúia. *Eccli.* 14. 23. 27.

Oratio infrà in Laudibus, niſi ſit propria.

[*In Feſtis Annualibus & Solemnibus, ad* Completorium, *Antiphona* 1. a. Quod egréſ-

ſum eſt de lábiis meis, Dómine, rectum in conſpéctu tuo fuit; Allelúia. *Jeremiæ* 17. 16.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Habébo per ſapiéntiam immortalitátem; & memóriam ætérnam his, qui poſt me futúri ſunt, relínquam; Allelúia. *Sap.* 8. 13.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Fontem ſapiéntiæ Verbum Dei in excélſis, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Eccli.* 1. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

JAM nunc, quæ númeras
tot tibi víndices,
Effer ſidéreum Relígio caput:
Quot ſunt mota tibi prælia,
nóbiles
Tot nectis tibi laúreas.

CUM per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore mártyres;
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi ſúſcitas.

QUANDO ſparſa lues úndique críminum,
Hi gliſcens vítium prótinus ámputant:
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.

FIRMANT inſtábiles, & dúbios regunt;
Monſtrant tuta procul líttora naúfragis;
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.

QUÆ dixére tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprimas;
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.

SIT ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 4. E. Propóſui ſapiéntiam addúcere mihi ad convivéndum; ſciens quóniam mecum communicábit de bonis; Allelúia. *Sap.* 8. 9.

℣. Scrutábor legem tuam, Dómine, ℟. Et cuſtódiam illam in toto corde meo; Allelúia. *Pſ.* 118. 34.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Super ſalútem & ſpéciem diléxi ſapiéntiam, & * Propóſui pro luce habére illam: venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa; Allelúia, allelúia. *Sap.* 7. 10. 11. ℣. Quæ deſúrsùm eſt ſapiéntia, primùm quidem pudíca eſt, deinde pacífica, plena miſericórdiâ & frúctibus bonis. *Jac.* 3. 17. * Propóſui.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Optávi, & datus eſt mihi ſenſus; & invo-

cávi, & venit in me ſpíritus ſapiéntiæ: & præpóſui illam regnis & ſédibus, * Et divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus; Allelúia, allelúia. *Sap.* 7. 7. 8. ℣. Exíſtimo ómnia detriméntum eſſe, propter eminéntem ſciéntiam Jeſu Chriſti Dómini mei. *Philipp.* 3. 8. * Et divítias.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Sapiéntia bonórum ómnium mater eſt; quam ſine fictióne dídici, & ſine invídia commúnico. * Infinítus enim theſaúrus eſt; quo qui uſi ſunt, partícipes facti ſunt amicítiæ Dei; † Allelúia, allelúia. *Sap.* 7. 12. 13. 14. ℣. Bonus homo de bono theſaúro cordis ſui profert bonum. *Luc.* 6. 45. * Infinítus. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Sit nomen Dómini benedíctum à ſéculo & uſque in ſéculum; ℟. Quia ſapiéntia & fortitúdo ejus ſunt; Allelúia. *Dan.* 2. 20.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 4. f. Non judicávi me ſcire áliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum; Allelúia. 1. *Cor.* 2. 2.

Capitulum. *Sap.* 7. 15. 16.

MIhi dedit Deus dícere ex ſenténtia, & præſúmere digna horum quæ mihi dantur; *quóniam ipſe ſapiéntiæ lux eſt, & ſapiéntium emendátor*: in manu enim illíus & nos, & ſermónes noſtri, & omnis ſapiéntia, & óperum ſciéntia & diſciplína.

Hymnus. *Santol. Vict.*

VOs ſuccénſa Deo ſplén-
dida lúmina:
Vos ſal, nos hómines quo ſá-
pimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus
íntegri,
Quo condímur in álterum.

PER vos Rellígio, tutáque
Véritas;
Per vos virgíneis fulget honó-
ribus:
Per vos Chriſtus amat pándere
dívites
Theſaúros ſapiéntiæ.

VESTRIS unda fluit pura ca-
nálibus;
Chriſti floret ager; munda
nitet ſeges:
Lac aptum púeris, & ſólidum
viris
Cauti ſufficitis cibum.

HI ſunt, ſumme Deus, qui
tibi mílitant;
Hi ſunt, qui ſtábiles ædíficant
domos,
Unâ docta cohors arma tenet
manu,
Muros cónſtruit álterâ.

VICISTIS ſtygias vos qui-
bus hæreſes,
Hæc nos accípimus tela ſu-
pérſtites;
His pugnámus adhuc, nec
dúbio éxitu,
His armis quoque víncimus.

SIT ſupréma tibi glória, Vé-
ritas,

Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

℣. Annuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna: ℟. Ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu ſciſti; Allelúia. *Pſ.* 39. 10.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Tibi Deus confiteor, teque laudo; quia ſapiéntiam, & fortitúdinem dediſti mihi; Allelúia. *Dan.* 2. 23.

Oratio.

OMnípotens ætérne Deus, qui Eccléſiæ tuæ filios ſicut non ceſſas erudíre, ita non déſinis adjuváre; da fidélibus tuis, interceſſióne beáti N. quem eis ætérnæ ſalútis miníſtrum tribuíſti, ut te miſeránte, & ſciéntiam recta faciéndi, & poſſibilitátem cápiant exequéndi; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui pópulo tuo beátum N. ætérnæ ſalútis miníſtrum tribuíſti; præſta ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* 2. D. Dóminus dedit mihi linguam erudítam, ut ſciam ſuſtentáre eum, qui laſſus eſt, verbo: ego autem retrórsùm non ábii; Allelúia. *Iſai.* 50. 4. 5.

Ad Tertiam, *Ant.* 6. I. Sermo meus non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne Spíritûs & virtútis; Allel. 1. *Cor.* 2. 4.

Capitulum. 1. *Cor.* 12. 7. 8.

UNicuíque datur manifeſtátio Spíritûs ad utilitátem: álii quidem per Spíritum datur ſermo ſapiéntiæ; álii autem ſermo ſciéntiæ ſecúndùm eúndem Spíritum.

℟. *breve*, Sapiéntiam amávi, & exquisívi à juventúte mea, * Allelúia, allelúia. ℟. Sapiéntiam. ℣. Et amátor factus ſum formæ illíus; * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Sapiéntiam. *Sap.* 8. 2.

℣. Immortálitas eſt in cognatióne ſapiéntiæ, ℟. Et in amicítia illíus delectátio bona; Allelúia. *Sap.* 8. 17. 18.

Ad Sextam, *Ant.* 3. 2. Auxílio adjútus Dei ſto, teſtíficans minóri atque majóri, nihil extrà dicens quàm ea quæ prophétæ locúti ſunt; Allelúia. *Act.* 26. 22.

Capitulum. 1. *Tim.* 6. 3. 4.

SI quis áliter docet, & non acquiéſcit ſanis ſermónibus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecúndùm pietátem eſt, doctrínæ; ſupérbus eſt, nihil ſciens.

℟. *breve*, Viam veritátis elégi, judícia tua non ſum oblítus; * Allelúia, allelúia. ℟. Viam. ℣. Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine; * Allelúia, allel. Glória. ℟. Viam. *Pſ.* 118. 30. 31.

℣. Omnium ártifex dócuit me ſapiéntia; ℟. Eſt enim in illa ſpíritus intelligéntiæ ſanctus; Allelúia. *Sap.* 7. 21. 22.

Ad Nonam, *Ant.* 5. a. Si nóverim myſtéria ómnia, & omnem ſciéntiam; caritátem autem non habúero, nihil ſum; Allelúia. 1. *Cor.* 13. 2.

Capitulum. 1. *Tim.* 1. 5. 6. 7.

Finis præcépti eſt cáritas de corde puro, & conſciéntia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrántes convérſi ſunt in vanilóquium, voléntes eſſe legis doctóres, non intelligéntes neque quæ loquúntur, neque de quibus affírmant.

℟. *breve*, Veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi; * Allelúia, allelúia. ℟. Veritátem. ℣. Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Veritátem. *Pſ.* 39. 11.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui: ℟. In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum; Allelúia. *Pſ.* 118. 13. 14.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 3. a. Dócuit pópulum, quæsívit verba utília, & conſcripſit ſermónes rectíſſimos, ac veritáte plenos; Allelúia. *Eccle.* 12. 9. 10.

Capitulum. Prov. 3. 13. 14. 15.

Beátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit *prudéntiâ: mélior eſt acquisítio ejus negotiatióne argénti,* & auri primi & puríſſimi fructus ejus: pretióſior eſt cunctis ópibus; & ómnia quæ deſiderántur, huic non valent comparári.

In Duplicibus - majoribus, ℟. Juxta manum Dei bonam ſuper ſe, * Parávit cor ſuum, ut inveſtigáret legem dómini, & fáceret, & docéret; † Allelúia, állelúia. 1. *Eſdr.* 7. 9. 10. ℣. Qui fécerit, & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. *Matt.* 5. 19. * Parávit. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, O, qui perpétuus, *ut in primis Veſperis.*

℣. Sápiens in pópulo hereditábit honórem, ℟. Et nomen illíus erit vivens in ætérnum; Allelúia. *Eccli.* 37. 29.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: ſapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit eccléſia; Allelúia. *Eccli.* 39. 13. 14.

COMMUNE SS. ABBATUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio SS. Monachorum, exceptis quæ hìc notantur.

In primis Vesperis.

Poſt Hymnum, ℣. Sedébit pópulus meus in pulcritúdine pacis, ℟. Et in tabernáculis fidúciæ, & in réquie opuléntia; Allelúia. *Iſai.* 32. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Egrédere de cognatióne tua, & de domó patris tui, & veni in terram quam monſtrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedícam tibi; Allelúia. *Gen.* 12. 1. 2.

Oratio ut in Laudibus.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Habitábit in ſolitúdine judícium, ℟. Et juſtítia in Charmel ſedébit; Allelúia. *Iſai.* 32. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Fugit ipſe, & filii ejus in montes, & reliquérunt quæcúnque habébant in civitáte. Tunc deſcendérunt multi quæréntes judícium & juſtítiam, in deſértum: & ſedérunt ibi; Allelúia. 1. *Mach.* 2. 28. 29. 30.

Oratio.

DEus, cujus múnere beátus N. abbas, ut Chriſtum Fílium tuum alácriùs ſequerétur, ómnia relíquit; da cunctis ſémitam mandatórum tuórum ingréſſis, ut nec retro reſpíciant, nec in via hæreant; ſed ad te ſine offenſióne curréntes, vitam ætérnam ad quam vocáti ſunt, apprehéndant; Per eúndem Dóminum.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Venérunt ad eum in hoſpítium plúrimi, ℟. Quibus exponébat teſtíficans regnum Dei; Allelúia. *Act.* 28. 23.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Seceſſerat in déſertum locum, ibíque inter feras vi[...] móntibus cum ſuis agi[...] partícipes eſſent co[...] tiónis; Allelúia. 2. *Mac*[...]

COMMU[...]

SS. MONACHO[...] Cœnobitarum, & An[...]tarum.

IN PRIMIS VESP[...]

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 7. *d.* Q[...] renúntiat ómnibus qu[...] det, non poteſt meus [...] cípulus; Allelúia. *Luc.*

Capitulum. *Iſai.* 35

LÆtábitur deſérta [...] & exultábit ſolitú[...] florébit quaſi lílium: [...] nans germinábit, & e[...] lætabúnda & laudans.

In Duplicibus - maj[...]

℟. Si vis perféctus eſſe [...] vende quæ habes, & [...] péribus, & habébis the[...] in cœlo: & * Veni, [...] me; † Allelúia, allelúia[...] 19. 21. ℣. Noli timér[...] protéctor tuus ſum, & [...] tua magna nimis. *Gen* * Veni. Glória. † Allelúi[...]

Hymnus. *Santol*

FELICES némorum [...]mus íncolas,
Certo consílio quos D[...]didit,
Ne contágio ſecli
Mores læderet ínte[...]
UT te poſsídeant, qu[...]tiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, [...]que déſerunt:

Totus víluit orbis,
Dum cœléſtia cógitant.
Illis ſumma fuit glória,
déſpici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis ſúmma volúptas,
Longo ſupplício mori.
Fac nos, ſumme Deus, quæ
pátimur mala,
In pœnam ſcélerum ferre li-
béntiùs;
Et, tellúre relíctâ,
Immortália quærere.
Æternus ſit honos ingé-
nito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Pinguéſcent ſpecióſa deſérti, ℟. Et exultatióne colles accingéntur; Allelúia. *Pſ.* 64. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Dóminus ponet deſértum Sion quaſi delícias, & ſolitúdinem ejus quaſi hortum Dómini. Gaúdium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio & vox laudis; Allelúia. *Iſai.* 51. 3.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemn. ad Completorium*, *Ant.* 2. D. Qui hábitant in deſérto, ſecúri dórmient in ſáltibus; & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem; Allelúia. *Ezech.* 34. 25. 26.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. C. *Erit opus juſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecú*ritas uſque in ſempitérnum; Allelúia. *Iſai.* 32. 17.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Remuneratórem inquiréntium ſe Deum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Hebr.* 11. 6.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus, Felíces, *ut in primis Veſperis.*

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 3. g. Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; Allelúia. *Matt.* 19. 27.

℣. Spectáculum facti ſumus mundo, ℟. Et Angelis, & homínibus; Allel. 1. *Cor.* 4. 9.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Exeámus ad Jeſum extra caſtra, impropérium ejus portántes; * Non enim habémus hìc manéntem civitátem, ſed futúram inquírimus; Allelúia, allelúia. *Hebr.* 13. 13. 14. ℣. Peregríni ſumus coram te, Deus: dies noſtri quaſi umbra ſuper terram. 1. *Par.* 29. 15. * Non enim.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Teneámus ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem; * (Fidélis enim eſt qui repromíſit) & conſiderémus ínvicem in provocatiónem caritátis, & bonórum óperum; Allelúia, allelúia. *Hebr.* 10. 23. 24. ℣. Ipſe eſt Deus fidélis, cuſtódiens pactum & miſericórdiam diligéntibus ſe, & his qui cuſtódiunt præcépta ejus. Deut. 7. 9. * Fidélis.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Benedíctus Deus qui * Elégit nos ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpéctu ejus in caritáte; † Allelúia, allelúia. *Epheſ.* 1. 3. 4. ℣. Dóminus Deus noſter pépigit nobíſcum fœdus. *Deut.* 5. 2. * Elégit. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite ſancti, & húmiles corde Dómino: ℟. Laudáte & ſuperexaltáte eum in ſǽcula; Allelúia. *Dan.* 3. 87.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 4. E. Anticipavérunt vigílias óculi mei; cogitávi dies antíquos, & annos ætérnos in mente hábui. Et meditátus ſum nocte cum corde meo; Allelúia. *Pſ.* 76. 5. 6. 7.

Capitulum. *Iſai.* 26. 8. 9.

NOmen tuum, & memoriále tuum, Dómine, in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Pro ſancto Monacho & Cœnobita.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Pulcras ácies, caſtráque fórtia!
Quæ ſpes, una fides, unus amor regit.
Omnes lege ſub una,
Uno ſub duce mílitant.

HEU! quantis rápiunt aſtra labóribus!
Pulſant perpétuis queſtibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.

VOTIS unánimes, vique flétuum
Inſtant, & ſócias ingéminant preces,
Et concórdibus armis
Vim cœlo ſimul ínferunt.

HÆC vis grata Deo; ſic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris reſerátur
Cœlum conditiónibus.

FERVENT quando die cuncta tumúltibus,
Altùm turba ſilet; cétera dum tacent;
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa ſiléntia.

EXERCET vígiles contínuus labor;
Incúmbunt óperi non réſides manus;
Tellus culta colónis
Victum ſuppéditat ſuis.

ÆTERNUS ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

Pro ſancto Anachoreta & Solitario.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUID tu relíctis úrbibus;
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides!
Solúſque tecum cógitas?

MENTIS volátu líbero,

trris ætérnas domos;
æ negas mortálibus,
fers Deo commércia.
ESENS choris cœléſtibus,
quiétus ótio,
tuéndo Númini,
coléndo tu vacas.
AM pura, qui te díligunt,
riſte, libant gaúdia!
opter antris ábditos
recóndis in tuo.
, Chriſte, tecum nos
mori,
n ſimul da ſúrgere:
na da contémnere,
e da cœléſtia.
T laus Patri, laus Fílio,
ios, triumphátâ nece,
tra ſecum dux vocat;
ar tibi laus, Spíritus.
Amen.
Clamávi ad te Dómine;
Tu es ſpes mea, ℟. Pór-
a in terra vivéntium;
ia. *Pſ.* 141. *6.*
Benedíctus, *Ant.* 5. F.
nea Dóminus, dixit áni-
ea. Bonus eſt Dóminus
quæréntì illum. Bonum
ſtolári cum ſiléntio ſalu-
Dei; Allelúia. *Thren.* 3.
. *26.*

Oratio.

Anípotens ſempitérne
Deus, terréna pro te cal-
m merces magna nimis;
is exémplo & interceſ-
beáti N. cujus ſolémnia
ámus, temporália óm-
ſpícere, & ad ætérna
entis intentióne feſti-
Per Dóminum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* 2. D. Elégi abjéctus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum; Allelúia. *Pſ.* 83. 11.

Ad Tertiam, *Ant.* 5. a. Ecce elongávi fúgiens, & manſi in ſolitúdine. Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, & tempeſtáte; Allelúia. *Pſ.* 54. 8. *9.*

Capitulum. *Iſai.* 35. 7. 8.

In cubílibus, in quibus priùs dracónes habitábant, oriétur viror cálami & junci. Et erit ibi ſémita & via, & via ſancta vocábitur.

℟. *breve*, Extráneus factus ſum frátribus meis; * Allelúia, allelúia. ℟. Extráneus. ℣. Et peregrínus fíliis matris meæ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Extráneus. *Pſ.* *68. 9.*

℣. Mihi mundus crucifixus eſt, ℟. Et ego mundo; Allelúia. *Gal. 6.* 14.

Ad Sextam, *Ant.* 3. E. Abſcóndit me Dóminus in tabernáculo ſuo: in die malórum protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui; Allelúia. *Pſ.* *26.* 5.

Capitulum. *Philipp.* 3. 13. 14.

Fratres, quæ retro ſunt oblivíſcens, ad ea verò quæ ſunt prióra exténdens meipſum, ad deſtinátum pérſequor, ad bravíum ſupérnæ vocatiónis Dei in Chriſto Jeſu.

℟. *breve*, Dixi; Cuſtódiam vias meas, ut non delínquam

in lingua mea;* Allelúia, allelúia. ℟. Dixi. ℣. Póſui ori meo cuſtódiam.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dixi. *Pſ.* 38. 2.

℣. Concáluit cor meum intrà me, ℟. Et in meditatióne mea exardéſcet ignis; Allelúia. *Pſ.* 38. 4.

Ad Nonam, *Ant.* 3. c. Exui me ſtolâ pacis, indui autem me ſacco obſecratiónis; & venit mihi gáudium à Sancto; Allelúia. *Baruch* 4. 20. 22.

Capitulum. *Dan.* 9. 3.

POſui fáciem meam ad Dóminum Deum meum rogáre & deprecári in jejúniis, ſacco, & cinere.

℟. *breve*, Propter verba labiórum tuórum ego cuſtodívi vias duras; *Allelúia, allelúia. ℟. Propter. ℣. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Propter. *Pſ.* 16. 4. 5.

℣. Induébar cilício. ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam; Allelúia. *Pſ.* 34. 13.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. f. In loco ſolitúdinis Dóminus dócuit eum; & cuſtodívit quaſi pupíllam óculi ſui; Allel. *Deut.* 32. 10.

Capitulum. *Hebr.* 11. 10.

EXpectábat fundaménta habéntem civitátem; cujus ártifex & cónditor Deus.

In Duplicibus-majoribus, ℟. Perféctio tua, & doctrína tua Dómine, viro ſancto tuo [illegible]m probáſti. * Dixit patri
ſuo & matri ſuæ: neſcio
& frátribus ſuis: ignóro
† Allelúia, allelúia. Deut.
9. ℣. Qui amat patrem
matrem pluſquam me,
eſt me dignus. *Matt.* 10
* Dixit. Glória. † Allel.
Hymnus, Felíces, ut i
mis Veſperis.
℣. Beáta gens, cu
Dóminus Deus ejus;
pulus, quem elégit in
tátem ſibi; Allelúia. *Pſ*
Ad Magníficat, *Ant.*
Omnis qui relíquerit
vel fratres, aut ſoró
patrem, aut matrem, a
propter nomen meum
plum accípiet, & vita
nam poſſidébit; Allelú
19. 29.

COMMU
SS. LAICO

In primis Ve
Pſalmi de Feri
Ant. ſola 1. â.
Jeſus ad omnes: ſi
poſt me veníre, ábn
metípſum, & tollat
ſuam quotidie, &
me; Allelúia. *Luc.* 9
Capitulum. *Eccli.* 2
QUi timétis Dó
crédite illi; & n
cuábitur merces ve
timétis Dóminum, ſ
illum; & in oble
véniet vobis miſericó
timétis Dóminum
illum; & illuminab
da veſtra.

:ibus - majoribus,
it Dóminum, non
ibiles verbo illíus;
gunt illum, con-
as illíus; † Alle-
a. *Eccli.* 2. 18.
legis, eſt diléctio.
.* Qui díligunt.
elúia, Allelúia.
ill. Episc. Santon.
síllus grex Patris,
entem ſólvite;
vos amor
gni cómpotes.
t inter Cœlites,
im ſéculo
bſus ſibi,
, & ſciens pati.
A pœniténtiæ
x viam Crucis,
riſtum prælia,
non timet ſequi.
M terit jejúniis;
mat ſiléntio;
, parcus ſibi,
ſpargit ſinu.
verbi páſcitur;
em péctore
rat pérvigil;
verſátur polo.
iſte, tecum nos

l da ſúrgere:
contémnere,
œléſtia.
atri, laus Fílio,
umphátâ nece,
im dux vocat;
i laus, Spíritus.

ifidunt in Dómi-
ent veritátem:

℟. Et fidéles in dilectióne acquiéſcent illi; Allelúia. *Sap.* 3. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Qui ſperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem, aſſúment pennas ſicut áquilæ; current, & non laborábunt; ambulábunt, & non deficient; Allelúia. *Iſai.* 40. 31.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Completorium, Ant.* 3. g. Non intrábit in ſanctam Jeruſalem aliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens, & mendácium; Allelúia. *Apoc.* 21. 27.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 2. D. Simplícitas juſtórum díriget eos: juſtítia rectórum liberábit eos; Allelúia. *Prov.* 11. 3. 6.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Diligéntem juſtos Dóminum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Pſ.* 145. 8.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

NON parta ſolo ſánguine
Ornat beátos púrpura:
Sunt incruénta, quæ ſuos
Habent triúmphos, prælia.

NON iſte flammas, non cruces,
Non ſenſit uncos péctines:
Crudélis & durus ſibi
Se morte lentâ cónficit.

SI lictor illi déſuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;

Paráta pro Chriſto mori,
Hoc ſupplet omne cáritas.

Corpus ſubégit cáſtitas,
Et liberam mentem fides,
Amor ſupérnis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.

Venis apértis ómnibus,
Qui vellet ultro erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fuſus in fletum cruor.

Da, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 8. G. Ut filii lucis ambuláte; (fructus énim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte) probántes quid ſit beneplácitum Deo; Allelúia. *Epheſ.* 5. 8. 9. 10.

℣. Dilígite Dóminum omnes ſancti ejus; ℟. Quóniam veritátem requíret Dóminus; Allelúia. *Pſ.* 30. 24.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Tóllite jugum meum ſuper vos, & inveniétis réquiem animábus veſtris: * Jugum enim meum ſuáve eſt, & onus meum leve; Allelúia, allelúia. *Matt.* 11. 29. 30. ℣. Interrogáte de ſémitis antíquis, quæ ſit via bona, & ambuláte in ea; & inveniétis refrigérium animábus veſtris. *Jer.* 6. 16. * Jugum.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Servíte Dómino in omni corde veſtro; & * Nolíte declináre poſt vana, quæ non próderunt vobis; Allelúia, allelúia. 1. *Reg.* 12. 20. 21. ℣. Nolíte dilígere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. 1. *Joan.* 2. 15. * Nolíte.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Satágite, ut per bona ópera, certam veſtram vocatiónem, & electiónem faciátis: * Sic enim abundánter miniſtrábitur vobis introítus in ætérnum regnum Jeſu Chriſti; † Allelúia, allelúia. 2. *Petr.* 1. 10. 11. ℣. Operámini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercédem veſtram in témpore ſuo. *Eccli.* 51. 38. * Sic enim. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Benedícite ſervi Dómini Dómino: ℟. Laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula; Allelúia. *Dan.* 3. 85.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 5. a. Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine; viam mandatórum tuórum cucúrri, cùm dilatáſti cor meum; Allelúia. *Pſ.* 118. 31. 32.

Capitulum. Job 29. 11. 12.

Auris aúdiens beatificábat me, & óculus videns teſtimónium reddébat mihi; eò quòd liberáſſem paúperem vociferántem, & pupíllum cui non eſſet adjútor.

Hymnus

ʼis. *Santol. Vict.*
te, Deus, ſub intimo
ıans recépit péctore,
ɜ terras ampliùs
, oblítus ſuî.
ᴅ ergo gaudes néctere
moras amántibus?
ʼetárdas éxules,
ɔolo quos déſtinas.
ɔ fervet in dies amor;
toti diffluunt:
ı feſtinántibus
ıa, vita lóngior.
iſte tardi córporis
moléſtum ſúſtinet:
diem præóccupat
Deo ſe júngere.
Chriſte, tecum nos
ɔri,
ſimul da ſúrgere:
ı da contémnere,
da cœléſtia.
laus Patri, laus Fílio,
ɔs, triumphátâ nece,
ı ſecum dux vocat:
r tibi laus, Spíritus.
men.
ıiquitátem ſi aſpéxi in
ıeo, non exaúdiet Dó-
℟. Proptérea exaudí-
ıs; Allelúia. *Pſ.* 65.

enedíctus, *Ant.* 8. G.*
ia apparébo conſpéctui
tiábor cùm apparúerit
:ua; Allelúia. *Pſ.* 16.

Oratio.

nipotens ſempitérne
ɜus, tríbue nobis, quæ-
interceſſióne beáti N.
rdiam tuam; & quæ-
Verna,

cúnque præcipis ut agámus, ipſe ádjuva ut implére poſſímus; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adéſto Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti N. ſolemnitáte deférimus; ut qui noſtræ juſtítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Ad Horas, *Pſalmi de Feria.*

Ad Primam, *Ant.* 1. a. Dómine non eſt exaltátum cor meum, neque eláti ſunt óculi mei; neque ambulávi in magnis; Allelúia. *Pſ.* 130. 1

Ad Tertiam, *Ant.* 4. *E.* Verébar ómnia ópera mea, ſciens quòd non párceres delinquénti; Allelúia. *Job* 9. 28.

Capitulum. Philip. 2. 12. 13.

Cariſſimi, cum metu & tremóre veſtram ſalútem operámini; Deus eſt enim qui operátur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntáte.

℟. *breve*, Beátus vir qui timet Dóminum; * Allelúia, allelúia. ℟. Beátus. ℣. In mandátis ejus volet nimis; * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Beátus. *Pſ.* 111. 1.

℣. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum, ℟. Et in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus; Allelúia. *Pſ.* 146. 11.

Ad Sextam, *Ant.* 3. a. Non proponébam ante óculos

meos rem injúſtam ; non adhæſit mihi cor pravum ; Allelúia. *Pſ.* 100. 3. 4.

Capitulum. *Job* 23. 11. 12.

Viam Dei cuſtodívi, & non declinávi ex ea ; à mandátis labiórum ejus non recéſſi, & in ſinu meo abſcóndi verba oris ejus.

℟. *breve*, Lucérna pédibus meis verbum tuum ;* Allelúia, allelúia. ℟. Lucérna. ℣. Et lumen ſémitis meis.* Allelúia, allelúia. Gloria. ℟. Lucérna. *Pſ.* 118. 105.

℣. Servávi mandáta tua, & teſtimónia tua ; ℟. Quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo ; Allelúia. *Pſ.* 118. 168.

Ad Nonam, *Ant.* 4. E. Benedíctio peritúri ſuper me veniébat, & cor víduæ conſolátus ſum ; óculus fui cæco, & pes claudo ; pater eram paúperum ; Allelúia. *Job* 29. 13. 15. 16.

Capitulum. *Jac.* 1. 27.

Relígio munda, & immaculáta apud Deum & Patrem hæc eſt, viſitáre pupíllos, & víduas in tribulatióne eórum ; & immaculátum ſe cuſtodíre ab hoc ſéculo.

℟. *breve*, Flebam ſuper eo qui afflíctus erat ; * Allelúia, allelúia. ℟. Flebam. ℣. Compatiebátur ánima mea paúperi. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Flebam. *Job* 30. 25.

℣. Beátus qui intélligit ſuper egénum & paúperem ; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus ; Allelúia. *Pſ.* 40. 2.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 5. a. Non prætériit de univérſis mandátis, nec unum quidem verbum quod júſſerat Dóminus ; Allelúia. *Joſue* 11. 15.

Capitulum. *Gal.* 6. 8.

Fratres, quæ ſeminárerit homo, hæc & metet : quóniam qui ſéminat in carne ſua, de carne & metet corruptiónem ; qui autem ſéminat in ſpíritu, de ſpíritu metet vitam ætérnam.

In Duplicibus - majoribus, ℟. Diſpérſit, dedit paupéribus ; * Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi ; † Allelúia, allelúia. *Pſ.* 111. 9. ℣. Erat religióſus ac timens Deum, fáciens eleemóſynas multas plebi, & déprecans Deum ſemper. *Act.* 10. 2. * Juſtítia. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, Summi puſíllus grex Patris, *ut in primis Veſperis.*

℣. Benedíctio Dei in mercédem juſti feſtínat, ℟. Et in hora velóci proceſſus illius fructíficat ; Allelúia. *Eccli.* 11. 24.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Diléctus Deo, & homínibus ; cujus memória in benedictióne eſt. Símilem illum fecit in glória ſanctórum, & oſténdit illi glóriam ſuam ; Allelúia. *Eccli.* 45. 1. 2. 3.

COMMUNE VIRGINUM MARTYRUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio ſanctarum Virginum, exceptis quæ hic notantur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Hymnus. *Santol. Vict.*

VIRGINUM robur, Deus, atque cuſtos:
Sexus imbéllis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!

PRO tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non ſuos ſentit, memor ô! tuórum
Chriſte, dolórum.

NON graves plagæ, válidi nec ictus
Integram poſſunt violáre mentem:
Quin ſacri creſcit magis obſtinátus
Ardor amóris.

SPONSA diléćto placitúra ſponſo:
Déſpicit ruptum laniáta corpus:
Eſt ſuus truncis honor, & venúſtas
Eſt ſua membris.

SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriúſque Nexus,
Sic tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis. Amen.

℣. Heréditas immaculatórum in ætérnum erit. ℟. Non confundéntur in témpore malo; Allelúia. *Pſalm.* 36. 18. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Vincénti dabo manna abſcónditum, & dabo illi cálculum cándidum; & in cálculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui áccipit; Allelúia. *Apoc.* 2. 17.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Hymnus. *Santol. Vict.*

FESTIS læta ſonent æthera cántibus:
Nunc aptáte tubas, ſúmite tympana,
Cœtus Angélici, dícite Vírginem,
Chriſti dícite Mártyrem.

VESTRIS illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis immemor.

SED quid cogis amor? fórtiter ámbiit
Sponſo virgíneum fúndere ſánguinem;
Oblíti méminit tunc bene córporis,
Præcláræ sítiens necis.

SIC quâ parte minor, vos ſuperéminet,
Immortále genus, quæ potuit mori,

Et per damna ſui córporis, .n-
tegram
Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus; máxima Filio;
Amborúmque ſacro máxima Flámini;
Per quem magnánimæ prælia ſúſtinent
Spreto fúnere Vírgines.
Amen.

AD LAUDES MATUTINAS.

Hymnus, Vírginum robur, *ut in primis Veſperis.*

℣. Deus præcínxit me virtúte, ℟. Et póſuit immaculátam viam meam; Allelúia. *Pſ.* 17. 32. 33.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Factus eſt Dóminus firmaméntum meum: liberávit me, quia complácui ei: retríbuet mihi ſecúndùm juſtítiam meam; & ſecúndùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi; Allelúia. 2. *Reg.* 22. 19. 20. 21.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam Martyrii contuliſti; concède propítius, ut qui beátæ N. vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, cujus múnere beáta N. in virginitátis propóſito & in confeſſióne fidei roboráta, virginitátis ac martyrii palmam adépta eſt; da nobis ita córporis ac mentis integritátem ſerváre, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per.

Si ſint plures, Oratio.

Da nobis quæſumus, Dómine Deus noſter, ſanctárum vírginum ac mártyrum N. & N. palmas ſummâ veneratióne ſectári; ut quas non póſſumus ſatìs dignè celebráre, humílibus ſaltem proſequámur obſéquiis; Per.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Hymnus, Feſtis læta ſonent, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Vicérunt propter ſánguinem Agni, & propter verbum teſtimónii ſui; ℟. Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem; Allel. *Apoc.* 12. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Caſta generátio in perpétuum coronáta triúmphat incoinquinatórum certáminum præmium vincens; Allelúia. *Sap.* 4. 1. 2.

COMMUNE SS. VIRGINUM.

In primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 5. a. Quid bonum Dómini eſt, & quid pulcrum ejus, niſi fruméntum electórum, & vinum gérminans Vírgines? Allelúia. *Zach.* 9. 17.

Capitulum. 1. *Cor.* 7. 7. 8.

Unuſquíſque próprium donum habet ex Deo;

quidem ſic, álius verò
lico autem non nuptis,
.uis : Bonum eſt illis, ſi
rmáneant.

Duplicibus - majoribus,
eſcítis quóniam córpora
. membra ſunt Chriſti?
ora veſtra templum ſunt
ûs-ſancti qui in vobis eſt.
rificáte, & portáte Deum
pore veſtro; † Allelúia,
ia. 1. *Cor.* 6. 15. 19. 20.
ſtodítio legum, conſum-
incorruptiónis eſt; in-
ptio autem facit eſſe pró-
m Deo. *Sap.* 6. 19. 20.
rificáte. Glória. † Alle-
, allelúia.

Hymnus.

Os ô Virgínei cum cí-
tharis chori,
delíciæ, pars gregis óp-
tima,
ſum virgíneo progéni-
tum ſinu
ris tóllite laúdibus.
: eſt ſacra dies, óbvia
quâ ſuo
plena rútilans lámpade
júngitur
ſo, ſtanſque throno pró-
xima cöncinit
rgo cántica Vírgini.
o digna Deo cönjuge,
réſpuit
áles thálamos; ut ſemel
óbligat
ſida ſuo, quem bene dé-
perit,
:ro ſe Deus óbligat.
*UM ne máculent pectus
imágines*,

In ſe tota ſui córporis ímme-
mor
Mens ſeſe récipit, nil óculi
vident,
Surdis nil ſonat aúribus.
ÆGRO vix ſua ſunt pábula
córpori,
Ardet mille modis ante diem
mori :
Quidquid mors rápiet, jam
ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.
FAC ô Chriſte, tuæ Vírginis
æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ grá-
ditur viâ;
Qui gens ſancta ſumus, mó-
ribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.
DA te, ſumme Pater, tóllere
laúdibus;
Da te, Chriſte, ſequi, laúrea
Vírginum;
Fac incénſa tuis, Spíritus, ár-
deant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Divíni fructus, floréte flores quaſi lílium; ℟. Et date odórem; Allelúia. *Eccli.* 39. 17, 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *C.* Obaudíte me divíni fructus, & quaſi roſa plantáta ſuper rivos aquárum fructificáte; quaſi Líbanus odórem ſuavitátis habéte; Allelúia. *Eccli.* 39. 17.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus* & Solemn. *ad Completorium*, Ant. 1. D. Qui digni habebúntur ſeculo

illo, & reſurrectióne ex mórtuis, neque nubent, neque ducent uxóres; Allelúia. *Luc.* 20. 35.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Æquáles Angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cùm ſint filii reſurrectiónis; Allelúia. *Luc.* 20. 36.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Agnum quem ſequúntur Vírgines, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Apoc.* 14. 4.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

COElestis aula pánditur;
En ſponſus; ómnes óbviæ
Exíte Spónſo Vírgini,
Exíte, ſponſæ Vírgines.

HÆc nuptiális eſt dies,
Quæ, longa poſt ſuſpíria,
Dat ómnibus, dat ſíngulis
Jam plénius frui Deo.

QUÆ caſta vobis gaúdia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens volúptas éffluit?

HUNC propter unum víluit
Supérba regum púrpura;
Dotáta quæ ſponſo Deo,
Quid virgo terris ámbiat?

O Virginales núptiæ,
Per quas caro fit ſpíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri; laus Fílio;
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 3, E. In velaménto alárum tuárum exultábo, adhæſit ánima mea poſt te; me ſuſcépit déxtera tua; Allelúia. *Pſ.* 62. 8. 9.

℣. In voluntáte tua deduxíſti me, ℟. Et cum glória ſuſcepíſti me; Allelúia. *Pſ.* 72. 24.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Perdidíſti omnes qui fornicántur abs te. * Mihi adhærére Deo bonum eſt, pónere in Dómino Deo ſpem meam; Allelúia, allelúia. *Pſ.* 72. 27. 28. ℣. Qui adhæret Dómino, unus ſpíritus eſt. 1. *Cor.* 6. 17. * Mihi adhærére.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Lex tua, Dómine, meditátio mea eſt. * Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, ut non confúndar; Allelúia, allelúia. *Pſ.* 118. 77. 80. ℣. Scio quia ſecúndùm expectatiónem & ſpem meam, in nullo confúndar. *Philipp.* 1. 19. 20. * Fiat.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Retribuet mihi Dóminus ſecúndùm juſtitiam meam, & * Secúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi; † Allelúia, allelúia. *Pſ.* 17. 25. ℣. Grátias ago Deo, cui ſérvio in conſciéntia pura. 2. *Tim.* 1. 3. * Secúndùm. Glória. † Allelúia, allelúia.

Te Deum.

U D E S
: I N A S.
lis, Cantábo
℟. Pſallam &
ia immaculáta;
o. 1. 2.
e Feria.
. Diléctus meus
caritátem: ful-
ıs, ſtipáte me
Cant. 2. 4. 5.
Sap. 8. 21.
ı áliter non poſ.
inens, niſi Deus
ım erat ſapién-
:ſſet hoc donũ.
Muret.
ctus cui ſacrum
pers improbi,
ribus
: Spíritus.
úptas dúlcibus
mólliit,
pérſequi
núptias.
:us Vírgine
perat;
ígnibus
a temneres.
ıunc Cœlitum
ı choros,
:nnibus
ıúdiis.
:um nos mori,
ı ſúrgere:
témnere,
éſtia.
ri, laus Fílio,
ıphátâ nece,
dux vocat;
is, Spíritus.

℣. Sitívit in te ánima mea;
℟. Quàm multípliciter tibi caro mea! Allelúia. *Pſ.* 62. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Gaudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me veſtiméntis ſalútis, quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis; Allelúia. *Iſai.* 61. 10.

Oratio.

FIdéles tuos, quæſumus Dómine, intercedénte beáta N. vírgine tuâ, córpore páriter & mente purífica; ut tuâ inſpiratióne compúncti, nóxias delectatiónes vitáre præváleant; atque ut eárum non capiántur illécebris, tuâ ſemper ſuavitáte paſcántur; Per.

Alia Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituíſti; concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ N. puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ devotiónis ſequámur exémplo; Per Dóminum.

Pro pluribus Virginibus, Oratio.

DEus, qui nos hódie ſanctárum vírginum tuárum N. & N. ánnuâ feſtivitáte lætíficas; concéde propítius, ut eárum adjuvémur précibus, quarum caſtitátis irradiámur exémplis; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* 1. *a.* Diléctus meus deſcéndit in hortum ſuum ad aréolam arómatum, ut lília cólligat; Allelúia. *Cant.* 6. 1.

Dómino, ut ſim fidelis.

℟. *breve*, Regi vírgines afferéntur in lætítia & exultatióne, *Allelúia, allelúia. ℟. Regi. ℣. Adducéntur in templum Regis.*Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Regi. *Pſ.* 44. 15. 16.

℣. Oleum effúſum nomen tuum; ℟. Ideo adoleſcéntulæ dilexérunt te; Allel. *Cant.* 1. 2.

Ad Sextam, *Ant.* 2. D. Ego dilécto meo, & diléctus meus mihi, qui páſcitur inter lília; Allelúia. *Cant.* 6. 2.

Capitulum. 1. *Cor.* 7. 34.

Mulier innúpta, & virgo, cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore, & ſpíritu: quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi; quómodo pláceat viro.

℟. *breve*, Divíni fructus

in cœlo? & à t
ſuper terram? *A
lúia. ℟. Quid. ℣.
mei, & pars mea I
num.* Allelúia, a
ria. ℟. Quid. *Pſ.* 7

℣. Déficit án
átria Dómini. ℟.
& caro mea ex
Deum vivum;
83. 2. 3.

AD VESP

Pſalmi de

Ant. ſola 1. *D.*
quúntur Agnum
íerit; ſine mácul
ante thronum D
Apoc. 14. 4. 5.

Capitulum.

Vidi: & ecce
ſupra monte
cum eo centum

pter judícia tua Dó-
96. 8.* Cantábant.
Allelúia, allelúia.
ɪs, Cœléſtis, *ut in*
ɔcturno.
gines laudent nomen
; ℟. Quia exaltátum
ı ejus ſolíus; Alle-
48. 12. 13.
ıgníficat, *Ant.* 7. G.
ıus, & exultémus,
glóriam Deo; quia
núptiæ Agni, &
ꜱ præparávit ſe. Beá-
l cœnam nuptiárum
cáti ſunt; Allelúia.
. *7. 9.*

MMUNE
U L I E R U M.
ɪMIS VESPERIS.
ılmi de Feria.
la 2. D. Grátia ſuper
múlier ſancta & pu-
llelúia. *Eccli. 26.19.*
ɪm. *Prov.* 19.14.
ıus & divítiæ dantur
réntibus; à Dómino
ɔpriè uxor prudens.
plicibus - majoribus,
grátia, & * Vana eſt
ɔ: múlier timens
m, ipſa laudábitur;
ı, allelúia. *Prov.* 31.
on ſit extrínſecùs ca-
aut circundátio auri.
. 3.* Vana eſt. Gló-
ılúia, allelúia.
. *Santol. Vict.*
STE ſanctæ Cónju-
ꜱ:
ıtis fémina,

Ornáta quæ virtútibus
Triúmphat inter Cœlites.

NON illa luxu véſtium;
Non crine torto ſplénduit;
Cultu nitens ſed símplice,
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus ócculit;
Timet vidéri ne ſuum,
Dum prodit, amíttat decus.

PASCENDA cœléſti cibo,
Sacris ſtudébat lítteris;
Templo frequens, ſed ſédula
Redíbat ad curam domûs.

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio;
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Sápiens múlier ædíficat domum ſuam: ℟. Insípiens extrúctam quoque mánibus déſtruet; Allelúia. *Prov.* 14.1.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Fáciat Dóminus hanc mulíerem ſicut Rachel, & Liam; ut ſit exémplum virtútis, & hábeat célebre nomen; Allelúia. *Ruth* 4. 11.

Oratio ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Annualibus & Solemnibus ad Complet. Ant.* 2. D. Mulíeres ſúbditæ eſtóte viris, ſicut opórtet, in Dómino; Allelúia. *Coloſſ.* 3. 18.

Ad Nunc dimíttis, A
Sara obediébat Abra

minum eum vocans ; cujus eſtis fíliæ bene faciéntes; Allelúia. I. *Petr.* 3. 6.]

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Deum in quo ſperant ſanctæ mulíeres,* Veníte, adorémus ; Allelúia. I. *Petr.* 3. 5.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

ARDET Deo quæ fémina,
Latére fruſtrà cógitat:
Quot indigéntes ſúblevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honéſtis ánxia;
Patróna, cuſtos vírginum,
Secúnda mater órphanis.

PANNIS laténtem vílibus
Chriſtum fovébat hóſpitem;
Quas dura ſubtráxit ſibi,
Opes refúndit pródiga.

PACEM domi, pacem foris
Alto colit ſiléntio;
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Tres Pſalmi de Feria notati in Proprio de Tempore.

Ant. ſola 4. E. Corpus ſuum humiliávit jejúniis; & deprecabátur Dóminum Deum Iſraël; Allelúia. *Eſther* 14. 2. 3.

℣. Os ſuum apér[...] tiæ, ℟. Et lex cle[...] lingua ejus ; Allel[...] 31. 26.

Poſt 1. *Lect.* ℟. [...] ea cor viri ſui : * ſurréxit, dedítqu[...] doméſticis ſuis, & [...] cíllis ſuis; Allelúia [...] *Prov.* 31. 11. 15. [...] ſuórum, & máxim[...] córum curam non h[...] negávit, & eſt inf[...] rior. I. *Tim.* 5. 8. * [...]

Poſt 2. *Lect.* ℟. Q[...] ditus eſt cordis ho[...] corruptibilitáte mo[...] tûs, eſt in conſpéc[...] cuples. * Sic & ſan[...] res ſperántes in D[...] bant ſe; Allelúia, a[...] *Petr.* 3. 4. 5. ℣. Fo[...] decor induméntum [...] fortis. *Prov.* 31. 25.

Poſt 3. *Lect.* ℟. E[...] nibus famoſíſſima, [...] * Timébat Dóminu[...] nec erat qui loqueré[...] verbum malum ; † [...] allelúia. *Judith* 8. [...] erat plena opéribus [...] eleemóſynis quas fac[...] 9. 36. * Timébat. Gló[...] lúia, allelúia.

Te Deum.

AD LAU[DES]
MATUTIN[AS].

℣. *Sacerdotalis*, G[...] nomen tuum in a[...] ℟. Quia miſericórdi[a] [ma]gna eſt ſuper me [...] *Pſ.* 85. 12. 13.

Pſalmi de Feria.
. *ſola* 5. a. Non diſce-
de templo, jejúniis &
atiónibus ſérviens nocte
; Allelúia. *Luc*, 2. 37.
ulum. Eccli. 26. 21.
it ſol óriens mundo in
ſſimis Dei, ſic mulíeris
ſpécies in ornaméntum
.
nus. Santol. Vict.
iam beáta, quæ ſuo
andem ſolúta córpore,
s perennióribus
leo conjúngitur.
R quos gradus cœlum
etit,
e vos omnes docet,
e jugáli vínculo,
ſolútæ cónjuges.
IGNIS & nos féminæ
decet veſtígia;
am vel ipſis quæ fuit
is exémplum viris.
EIS arſit illa, fac, Deus,
imus & nos ígnibus;
, quo te vis coli,
e, fac, mens te colat.
, Chriſte, tecum nos
nori,
a ſimul da ſúrgere:
ia da contémnere;
da cœléſtia.
laus Patri, laus Fílio,
os, triumphátâ nece,
ra ſecum dux vocat;
ar tibi laus, Spíritus.
men.
Múlier fortis obléctat vi-
uum, ℟. Et annos vitæ
i *pace implébit*; Alle-
cli. 26. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Salvábitur múlier, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne cum ſobrietáte; Allelúia. 1. *Tim.* 2. 15.

Oratio.

DEus, vita fidélium, glória humílium, & beatitúdo juſtórum, interveniénte beátâ N. propítius réſpice ſúpplicum preces; ut ánimæ quæ promiſſiónes tuas sítiunt, de tuæ caritátis abundántia repleántur; Per Dóminum.

AD HORAS, *Pſalmi de Feria.*

AD PRIMAM, *Ant.* 2. D. In ancílla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam; Allelúia. *Judith* 13. 18.

AD TERTIAM, *Ant.* 3. *a.* Erat cor ejus fidúciam habens in Dómino; Allel. *Dan.* 13. 35.

Capitulum. Eccli. 40. 19.

FIlii, & ædificátio civitátis confirmábit nomen, & ſuper hæc múlier immaculáta computábitur.

℟. *breve*, Timor Dómini, cum eléctis féminis gráditur, * Allelúia, allelúia. ℟. Timor. ℣. Et cum juſtis & fidélibus agnóſcitur.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Timor. *Eccli.* 1. 16.

℣. Timor Dómini, ſciéntiæ religióſitas: ℟. Religióſitas cuſtódiet & juſtificábit cor; Allelúia. *Eccli.* 1. 17.

AD SEXTAM, *Ant.* 4. E. Habens ſuper lumbos ſuos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ ſuæ; Allelúia. *Judith* 8. 6.

Capitulum. 1. *Petr.* 3. 1. 2.

MUlíeres ſúbditæ ſint viris ſuis; ut & ſi qui non credunt verbo, per mulíerum converſatiónem ſine verbo lucriſiant; conſiderántes in timóre caſtam converſatiónem veſtram.

℞. *breve*, Mandáta Dei in corde mulíeris ſanctæ; * Allelúia, allelúia. ℞. Mandáta. ℣. Fundaménta ætérna ſupra petram ſólidam. * Allelúia, allelúia. Glória. ℞. Mandáta. *Eccli.* 26. 24.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsius; ℞. Et non ſupplantabúntur greſſus ejus; Allelúia. *Pſ.* 36. 31.

AD NONAM, *Ant.* 6. F. Beatiſſimam prædicavérunt; vir ejus & laudávit eam; Allelúia. *Prov.* 31. 28.

Capitulum. *Eccli.* 36. 26.

QUi póſſidet mulíerem bonam, ínchoat poſſeſſiónem: adjutórium ſecúndùm illum eſt, & colúmna ut réquies.

℞. *breve*, Grátia mulíeris ſédulæ delectábit virum ſuum; *Allelúia, alleúia. ℞. Grátia. ℣. Diſciplína illíus datum Dei eſt.*Allelúia, allelúia. Glória. ℞. Grátia. *Eccli.* 26. 16. 17.

℣. Mulíeris bonæ beátus vir; ℞. Númerus enim annórum illíus duplex; Allelúia. *Eccli.* 26. 1.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria.

Ant. ſola 1. a. Magna facta eſt; erat étiam virtúti cáſtitas adjúncta; Allel. *Judith* 16. 25.

Capitulum. 1. *Tim.* 2. 8. 9. 10.

VOlo mulíeres oráre in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornántes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſa; ſed quod decet mulíeres, promitténtes pietátem per ópera bona.

In Duplicibus-majoribus, ℞. Manum ſuam miſit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fuſum: * Manum ſuam apéruit ínopi, & palmas ſuas extendit ad paúperem; † Allelúia, allelúia. *Prov.* 31. 19. 20. ℣. Sic laborántes, opórtet ſuſcípere infirmos, ac meminiſſe verbi Dómini: Beátius eſt magìs dare, quàm accípere. *Act.* 20. 35. * Manum. Glória. † Allelúia, allelúia.

Hymnus, O jam beáta, *ſuprà in Laudibus.*

℣. Ora pro nobis Dóminum, ℞. Quóniam múlier ſancta es; Allelúia. *Judith* 8. 29.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. C. Eò quòd caſtitátem amáveris, manus Dómini confortávit te, & ídeo eris benedícta in ætérnum; Allelúia. *Judith* 15. 11.

COMMUNE SS. VIDUARUM.

Omnia dicuntur ut ſuprà in Officio ſanctarum Mulierum, exceptis quæ ſequuntur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Poſt Hymnum, ℣. Dóminus pupíllum, & víduam ſuſcípiet; ℟. Et vias peccatórum diſpérdet; Allelúia. *Pſ.* 145. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Vídua eligátur in opéribus bonis teſtimónium habens, ſi fílios educávit, ſi hoſpítio recépit, ſi ſanctórum pedes lavit, ſi tribulatiónem patiéntibus ſubminiſtrávit, ſi omne opus bonum ſubſecúta eſt; Allelúia. 1. *Tim.* 5. 9. 10.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

AD LAUDES MATUTINAS.

Poſt Hymnum, ℣. Quæ verè vídua eſt, & deſoláta, ſperet in Deum, ℟. Et inſtet obſecratiónibus & oratiónibus nocte ac die; Allel. 1. *Tim.* 5. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Víduas honóra, quæ verè víduæ ſunt; nam quæ in delíciis eſt, vivens mórtua eſt. Et hoc præcipe, ut irreprehensíbiles ſint; Allelúia. 1. *Tim.* 5. 3. 6. 7.

Oratio.

DEus, in quem ſperat omnis ánima quæ adhuc in terris póſita, ſe verè víduam ſentit ac deſolátam; tríbue nobis quæſumus, ut exémplo beátæ N. obſecratiónibus & oratiónibus nocte ac die inſtántes, cœléſtium conſolatiónum mereámur eſſe partícipes; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Poſt Hymnum, ℣. Non deſpíciet Dóminus preces pupílli; nec víduam, ℟. Si effúndat loquélam gémitûs; Allelúia. *Eccli.* 35. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Hæc vídua confitebátur Dómino; & loquebátur de illo ómnibus, qui expectábant redemptiónem Iſraël; Allelúia. *Luc.* 2. 37. 38.

OFFICIUM Bᵀᴬᴱ MARIÆ IN SABBATO, *TEMPORE PASCHALI.*

IN VESPERIS *Feriæ ſextæ præcedentis.*

Capitulum. *Iſai.* 11. 1. 2.

EGrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcéndet, & requiéſcet ſuper eum Spíritus Dómini.

Hymnus.

AVe radix Jeſſe,
Quæ Patris ætérni
Verbum carnem factum
Peperíſti Virgo.

Tu mons de quo parvus
Sciſſus ſine manu
Lapis univérſum
Adimplévit orbem.

Tu, quam adumbrábant
Vellus Gedeónis,
Rubus incombúſtus,
Et Arónis virga.

Mulieres inter
Omnes benedícta,
Jugi tuum prece
Mater flecte Natum.

Per hunc tu ſerpéntis
Contrivíſti caput,

Per hunc victa mors eſt,
Reparáta vita.
Fac ut nobis mores
Præſtet ille puros,
Det nobis ætérnâ
Secum vitâ frui.
Sit laus ſumma Patri,
Sit laus Nato compar,
Cum Spíritu-ſancto:
Tribus honor unus. Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo; Allelúia. *Pſ.* 34. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo: quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ; Allelúia. *Luc.* 1. 47. 48.

Oratio infrà in Laudibus.

Deinde fit Commemoratio de Feſto Simplici, ſi quod occurrat.

Completorium, *ut in Pſalterio.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium, Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Matt.* 1. 16.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

Davidis ſóboles, glória vírginum,
Chriſti Virgo parens, te póſuit Deus,
Partu virgíneo quæ malè ſúbdoli
Anguis contéreres caput.
Rebus princípium qui dedit ómnibus,
A te princípium ſumpſit homo Deus;
Cunctis proſpíciens cibos,
Paſtus lacte fuit
Per te quod mú derat vetus,
Humáno géneri r ctiùs:
Tu clauſas miſeri miùm diu!
Cœlórum réſera
Qui lucis pater ſit Patri;
Cujus Virgo pate Fílio;
Quo fecúnda, tibi bilis,
Sit par glória,
Amen.

Pſalmi de Sabba
Proprio de Tempor
phona 4. f. Appá
Dóminus in flam
médio rubi; & vi
rubus ardéret, &
bureretur; Allelúia
℣. Fons parvus c
vium máximum
aquas plúrimas r
Allelúia. *Eſther* 11
Pater noſter.
Benedictio, Co
&c. *poſt Pſalterium*
Lectio prima &
Scriptura occurrent
Poſt 1. *Lect.* ℟.
ei, & ex illa dabo
benedictúrus ſum;
tuam pactum me
fœdus ſempitérnu
mini ejus poſt cum
allelúia. Gen. 17.
erit magnus, &

:ábitur, & regnábit in
Jacob in ætérnum. *Luc.*
* Conſtítuam pactum
,
:dictio, Jam non, &c.
2. *Lect.* ℟. Páriet Ma-
um, & vocábis nomen
:ſum; * Ipſe enim ſal-
íciet pópulum ſuum à
is eórum; Allelúia, alle-
Iatt. 1. 21. ℣. Partú-
áriet, & relíquiæ fra-
ejus converténtur ad
ſraël. *Mich.* 5. 3. * Ipſe
alvum.
edictio, Spíritus ejus,

tertia Lectione legitur
ſequentibus, *ſecundùm*
tatem menſium.
3. *Lect.* ℟. Deus, ex ſé-
David * Secúndùm pro-
iem, edúxit Iſraël ſal-
n Jeſum. † Allelúia,
. *Act.* 13. 23. ℣. Jurávit
ius David veritátem:
ictu ventris tui ponam
edem tuam. *Pſ.* 131. 11.
ndùm. Glória. † Alle-
illelúia.
Deum.
) LAUDES
MATUTINAS.
cerdotalis, Magnificáte
ium mecum, ℟. Et exal-
nomen ejus in idípſum;
a. *Pſ.* 33. 4.
ılmi de Sabbato.
ſola 1. a. Sicut lux
, oriénte ſole, manè
núbibus rútilat; Allo-
Reg. 23. 4.

Capitulum. *Cant.* 6. 9.

QUæ eſt iſta, quæ progré-
ditur quaſi auróra con-
ſúrgens, pulcra ut luna, elécta
ut ſol, terríbilis ut caſtrórum
ácies ordináta?

Hymnus. *Santol. Vict.*

NUNC auróra, novæ nún-
tia lucis,
Triſtes orbe procul diſſipat
umbras:
O quàm lucídior, nocte ſe-
púltis
Portans ipſa diem, Virgo re-
fúlges!
O quæ nunc hábitas lúcida
regna,
Mittas inde tuæ múnera lucis.
Te ſi terra dedit munus olym-
po,
Quæ non dona memor reddet
olympus?
INTER perpétuos Númi-
nis hauſtus,
O regína, tibi ſánguine jun-
ctum
Ne dedíſce genus; noſtra tuíſti,
Summi facta parens Virgo To-
nántis.
DIVINÆ ſóboli, qui dare
matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória
Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Fla-
men. Amen.
℣. Elégit eam Dóminus
℟. In habitatiónem ſibi; Alle-
lúia. *Pſ.* 131. 13.
Ad Benedíctus, *Ant.* 1. f.
Ubi venit plenitúdo témporis,
miſit Deus Fílium ſuum factum

ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus; Allelúia. *Gal.* 4. 4. 5.

Oratio.

DEus, qui per reſurrectiónem filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti mundum lætificáre dignátus es; præſta quæſumus, ut per ejus genitrícem vírginem Maríam perpétuæ capiámus gaúdia vitæ; Per eúndem Dóminum.

Deinde fit Commemoratio de Feſto Simplici, ſi quod occurrat.

AD HORAS, *in fine Hymnorum, Doxologia,*

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

Pſalmi de Sabbato, ut in Pſalt.

AD PRIMAM, *Ant.* 2. D. Multæ fíliæ congregavérunt divítias; tu ſupergréſſa es univérſas; Allelúia. *Prov.* 31. 29.

Capitulum, Regi ſeculórum, *ut in Pſalterio.*

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María vírgine.

AD TERTIAM, *Ant.* 4. *irreg.* c. Benedíctus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum; Allelúia. *Judith* 13. 24.

Capitulum. *Gen.* 3. 14. 15.

AIt Dóminus Deus ad ſerpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa cónteret caput tuum.

℟. *breve*, Benedix[it] ... minus in virtúte ſua;* A[lleluia] allelúia. ℟. Benedixit. ... per te ad níhilum red[egit] ... mícos noſtros.* Allel[úia] lúia. Glória. ℟. Be[nedixit] *Judith* 13. 22.

℣. Nova bella elé[git] ... minus, ℟. Et portas ... ipſe ſubvértit; Allelú[ia] ... 5. 8.

AD SEXTAM, A[nt.] ... Per manum féminæ ... illum Dóminus Deu[s] ... Allelúia. *Judith* 13.

Capitulum. *Apoc.*

PRojéctus eſt drac[o] ... gnus, ſerpens antí[quus] ... vocátur diábolus & ... qui ſedúcit univérſum

℟. *breve*, Dómin[us] ... potens nócuit eum,* A[lleluia] allelúia. ℟. Dóminu[s] ... trádidit eum in man[us fémi]næ.* Allelúia, allelúia ℟. Dóminus. *Judith*

℣. Salvátæ ſunt relí[quiæ po]puli; ℟. Dóminus in ... dimicávit; Allel. *Ju[dith]*

AD NONAM, *Ant.* ... oſténdet ſplendórem ... te, omni qui ſub ... Allelúia. *Bar.* 5. 3

Capitulum. *Ju[dith]*

NOmen tuum ... ita magnific[átum] ... recédat laus tua de ... num, qui mémo[res] ... virtútis Dómini in

℟. *breve*, Vocáb[itur] ... vitátem Dómini: ... allelúia. ℟. Vocá[bitur]

eluia. Gló-
ſai. 60. 14.
ſunt de te,
llelúia. Ȳ.

UENTES
menſibus
Mariæ
o.
RILI.
Ambróſii
im papam.
42. §. 4. 5.
j.
ſitátis pro-
e : Virgo
Virgo gene-
virgo con-
: virgo ge-
er concép-
s ſequátur?
on créditur
ur oráculis
iónitis An-
n : [Quia
Deo omne
ır Symbolo
od Eccléſia
um ſemper
t. Audívit
eli, & quæ
ómodo fiet
generatió-
reſpóndit
la Dómini,
índùm ver-
eſt virgo,
pit : virgo,
. Sic enim
e virgo in
páriet fi-
conceptú-

ram tantúmmodo vírginem, ſed & paritúram vírginem dixit.

MENSE MAIO.

Ex libro ſancti Hierónymi presbyteri advérsus Joviniánum.

Apolog. ad Pammach. Epiſt. 50. cap. 8. circa fin. *Lectio* iij.

CHriſtus virgo, mater Vírginis noſtri virgo perpétua, mater & virgo. Jeſus enim clauſis ingréſſus eſt óſtiis : & in ſepúlcro ejus quod novum & in petra duríſſima fúerat excíſum, nec ántea quis, nec póſtea póſitus eſt. Hortus conclúſus, fons ſignátus : de quo fonte ille flúvius manat juxta Joël, qui írrigat torréntem, vel fúnium, vel ſpinárum : fúnium peccatórum, quibus ante alligabámur : ſpinárum, quæ ſúffocant ſeméntem patris-famíliás. Hæc eſt porta orientális, ut ait Ezéchiel, ſemper clauſa & lúcida ; opériens in ſe, vel ex ſe próferens Sancta Sanctórum ; per quam Sol juſtítiæ, & Póntifex noſter ſecúndùm órdinem Melchíſedech ingréditur, & egréditur. Reſpóndeant mihi quómodo Jeſus ingréſſus eſt clauſis óſtiis, cùm palpándas manus, & latus conſiderándum, & oſſa carnémque monſtráverit, ne véritas córporis phantáſma putarétur ; & ego reſpondébo, quómodo ſancta María ſit & mater & virgo.

OFFICIUM PARVUM Bᵀᴬ MARIÆ.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Dómine lábia mea, &c.

Invitatorium, Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

O Quàm glorificâ luce coruſcas,
Stirpis Davídicæ régia proles,
Sublímis réſidens virgo María,
Supra Cœlígenas ætheris omnes!

Tu cum virgíneo mater honóre,
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viſcéribus caſta dedíſti;
Humános Deus hinc índuit artus.

Quem cunctus véneranſ orbis adórat,
Cui nunc rite genu fléctitur omne,
A quo, te précibus ſubveniénte,
Ætérni pétimus gaúdia regni.

Divinæ Sóboli, qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

IN I. NOCTU
Feriâ II. & I
Ant. ſola 4. f. App
Pſalmus 18.

COeli enárrant
Dei, * & ópera
ejus annúntiat firmar
Dies diéi erúctat v
& nox nocti índica
tiam.
Non ſunt loquélæ
ſermónes, * quorum
diántur voces eórum.
In omnem terram e
nus eórum, * & in fi
terræ verba eórum.
In ſole póſuit taber
ſuum; * & ipſe tanqua
ſus procédens de thála
Exultávit ut gigas
réndam viam; * à ſumm
egréſſio ejus,
Et occúrſus ejus u
ſummum ejus; * nec
ſe abſcóndat à calóre
Lex Dómini imma
convértens ánimas: * t
nium Dómini fidéle,
tiam præſtans párvuli
Juſtítiæ Dómini rect
tificántes corda: * pr
Dómini lúcidum, illú
óculos.
Timor Dómini ſanctu
manens in ſéculum ſé
judícia Dómini vera,
cáta in ſemetípſa.
Deſiderabília ſuper
& lápidem pretióſum
tum; * & dulcióra ſup
& favum.
Etenim ſervus tuus

ı cuſtodiéndis illis re-
multa.

ƈta quis intélligit? * ab
; meis munda me, & ab
parce ſervo tuo.

ei non fuerint dominá-
c immaculátus ero, *
ndábor à delicto má-

runt ut compláceant
oris mei; * & medi-
rdis mei in conſpéctu
nper.

ıine adjútor meus, *
nptor meus.

Pſalmus 44.

távit cor meum ver-
ı bonum: * dico ego
nea Regi.

a mea cálamus ſcribæ*
r ſcribéntis.

iósus formâ præ filiis
m, diffúſa eſt grátia in
uis: * proptérea bene-
Deus in æternum.

ıgere gládio tuo ſuper
uum, * potentiſſime,
ie tuâ, & pulcritúdine
ıténde, proſperè pro-
r regna.

ter veritátem, & man-
iem, & juſtitiam; * &
te mirabíliter déxtera

tæ tuæ acútæ, * pópuli
adent, in corda inimi-
Regis.

; tua Deus in ſéculum
* virga directiónis,
gni tui.

ſti juſtitiam, & odíſti
*em: * proptérea unxit* te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtitu deauráto, * circúmdata varietáte.

Diviſio Pſalmi 44.

Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupíſcet Rex decórem tuum; * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus; * in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines poſt eam, * próximæ ejus afferéntur tibi;

Afferéntur in lætítia & exultatióne, * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Appáruit Móyſi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. *Exod.* 3. 2.

℣. Miſericórdia, & véritas obviavérunt ſibi, ℟. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt. *Pſ.* 84. 11.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN II. NOCTURNO.

Feriâ III. & VI.

Ant. ſola 8. G. Cùm virgas.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum: * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Pſalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univérſæ terræ mons Sion látera Aquilónis, * cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt, * convenérunt in unum.

Ipſi vidéntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt:

Tremor apprehéndit eos; * ibi dolóres ut parturiéntis.

In ſpíritu veheménti * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

mons Sion, & exúl-
Judæ, * propter ju-
Dómine.
ate Sion, & com-
eam; * narráte in
jus.
corda veſtra in vir-
& diſtribúite domos
enarrétis in progé-
;
iam hic eſt Deus,
ter in ætérnum, &
n ſéculi: * ipſe reget
:ula.
Pſalmus 84.
ixíſti Dómine terram
, * avertíſti captivi-
cob.
ſti iniquitátem ple-
operuíſti ómnia pec-
m.
áſti omnem iram
avertíſti ab ira indi-
tuæ.
te nos Deus ſalutá-
:, * & avérte iram
bis.
id in ætérnum iraſ-
is? * aut exténdes
m à generatióne in
nem?
u convérſus vivificá-
* & plebs tua lætábi-
.
de nobis Dómine mi-
am tuam, * & ſalu-
n da nobis.
m quid loquátur in
ninus Deus, * quó-
uétur *pacem in ple-*
n,
r *ſanctos ſuos,* * *& in*

eos qui convertúntur ad cor.

Verúntamen prope timéntes eum ſalutáre ipsius, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi, * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Cùm virgas poſuíſſet Móyſes coram Dómino, invénit germináſſe virgam Aáron. *Num.* 17. 7. 8.

℣. Véritas de terra orta eſt,
℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84. 12.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN III. NOCTURNO.

Feriâ IV. & Sabbato.

Ant. ſola 5. a. Abſcíſſus eſt lapis.

Pſalmus 86.

FUndaménta ejus in móntibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum; * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea; * & ipſe fundávit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum; * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium * ómnium habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

DOminus regnávit, exúltet terra, * læténtur inſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus; * audívit, & lætáta eſt Sion;

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram; * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini juſti in Dómino; * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum, * in conſpéctu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo omnis terra; * cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce pſalmi; * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpéctu Regis Dómini; * moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpéctu Dómini; * quóniam venit judicáre terram:

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine mánibus; lapis autem factus eſt mons magnus, & implévit univérſam terram. Dan. 2. 34. 35.

℣. Recordátus eſt miſeri-

córdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. 4.

. . Pater.

Benedictio, Deus det nobis, &c. *poſt Pſalterium.*

Ex Regiſtro ſancti Gregórii papæ.

Lib. 9. *Indict.* 4. *Epiſt.* 61. *ad Quirinum.* *Lectio* j.

SI juxta errórem Neſtórii álius Verbum; atque álius eſſet homo Jeſus Chriſtus qui verus eſt homo, útique verus Deus non eſſet, & vita ætérna. Sed unigénitus Fílius Verbum ante ſécula factus eſt homo. Hic eſt ergo verus Deus, & vita ætérna. Certè cùm hunc ſancta Virgo conceptúra eſſet, & loquéntem ad ſe Angelum audíret, ait: [Ecce ancílla Dómini, fiat mihi ſicut dicis.]

℟. Benedícam ei, *ſuprà*, xlvj.

Benedictio, Dignos fáciat nos, &c.

Lectio ij.

QUæ cùm eum concepíſſet, & ad Eliſabeth cognátam ſuam pérgeret, ab eádem Eliſabeth prótinus audívit: [Unde ego digna, ut mater Dómini mei véniat ad me?] Ecce eádem virgo & ancílla Dómini dícitur & mater. Ancílla enim Dómini, quia Verbum ante ſécula Unigénitus æquális eſt Patri; mater verò, quia in ejus viſcéribus ex ſancto-Spíritu, de ejúſque carne factus eſt homo.

℟. Páriet, *ſuprà*, xlvij.

Benedictio, Aperiántur, &c.

Lectio iij.

NEc altérius ancílla, altérius mater; quia dum Unigénitus Dei exíſtens ante ſécula ex ejus útero natus eſt homo, inínveſtigábili miráculo facta eſt & ancílla hóminis per divinitátem, & mater Verbi per carnem. Non autem priùs in útero Vírginis caro concépta eſt, & póſtmodum divínitas venit in carnem; ſed mox ut Verbum venit in úterum, mox verbum ſerváta própriæ virtúte natúræ factum eſt caro. Et perféctus homo, id eſt, in veritáte carnis & ánimæ rationális, natus eſt per úterum Vírginis, unigénitus Fílius Dei.

℟. Deus, *ſuprà*, xlvij.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípſum. *Pſ.* 33. 4.

Ant. ſola 1. a. Sicut lux.

Pſalmus, Dóminus regnávit, 9.

Pſalmus, Jubiláte Deo, 10.

Pſalmus, Deus miſereátur noſtri, 72.

Canticum, *Judith*. 13. 17.

LAudáte Dóminum Deum noſtrum, * qui non deſéruit ſperántes in ſe:

Et in me ancílla ſua adimplévit miſericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſraël:

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Pſalmus, Laudáte Dóminum in ſanctis ejus, 11.

Ant. Sicut lux auróræ, oriénte ſole, manè abſque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

Capitulum. *Cant.* 6. 9.

QUæ eſt iſta, quæ progréditur quaſi auróra conſúrgens, pulcra ut luna, eléċta ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta?

Hymnus.

O Glorióſa Vírginum,
Regína cœlo célſior,
Quanto, María, fénore
Reddis quod Heva pérdidit!

CUNCTIS Deum Virgo paris
Deſiderátum géntibus:
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redémptæ plaúdite.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre cumque Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Elégit eam Dóminus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *f.* * Ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex mulíere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. *Gal.* 4. 4. 5.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem ſuſcípere voluíſti; præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eúndem.

AD HO[...]

Hymnus.

MEMENTO, de[...]
Quòd matre [...]
gine,
Noſtri miſértus, [...]
Mundi redémptor [...]

ET nos, Dei Vi[...]
Vultu benigno ré[...]
Placábilem tuâ pr[...]
Fac eſſe nobis Fíl[...]

QUI natus es d[...]
Jeſu, tibi ſit glóri[...]
Cum Patre cumqu[...]
In ſempitérna ſécu[...]

AD PRI[...]

Pſalmus 7[...]

DEus judícium [...]da, * & juſti[...] fílio regis,

Judicáre pópulu[...] juſtítia, * & paúpe[...] judício.

Suſcípiant mon[...] pópulo, * & colles [...]

Judicábit paúper[...] & ſalvos fáciet fíli[...]rum, * & humiliá[...]niatórem.

Et permanébit cu[...] ante lunam, * in g[...] & generatiónem.

Deſcéndet ſicut [...] vellus, * & ſicut [...] ſtillántia ſuper terra[...]

Diviſio Pſalm[...]

ORiétur in diébu[...]tia, & abundán[...] donec auferátur lun[...]

Et dominábitur à [...] ad mare, * & à flúm[...] ad términos orbis[...]

Coram illo prócident Æthiopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis, & ínſulæ múnera ófferent; * reges Arabum, & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ; * omnes gentes ſérvient ei:

Quia liberábit paúperem à poténte, * & paúperem cui non erat adjútor.

Altera diviſio Pſalmi 71.

PArcet paúperi & ínopi, * & ánimas paúperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus, * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in ſǽcula, * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipſo omnes tribus terræ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen majeſtátis ejus in ætérnum; & replébitur *majeſtáte ejus omnis terra. * Fiat, fiat.*

Ant. Multæ filiæ congregavérunt divítias; tu ſupergréſſa es univérſas. *Prov.* 31. 29.

Capitulum. *Gen.* 22. 17. 18.

POſſidébit ſemen tuum portas inimicórum ſuórum, & benedicéntur in ſémine tuo omnes gentes terræ.

℟. *breve*. Benedicéntur in ipſo * Omnes tribus terræ; ℟. Benedicéntur. ℣. Omnes gentes magnificábunt eum. * Omnes. Glória. ℟. Benedicéntur. *Pſ.* 71. 17.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus. ℟. Deus in médio ejus. *Pſ.* 45. 5. 6.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocíniis confidéntes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Pſalmus, Crédidi, 40.


Pſalmus, Laudáte Dóminum omnes gentes, 41.

Pſalmus, Ad Dóminum, 41.

Ant. Capitulum & ℟. *breve*, *ſuprà*, xlviij.

Oratio.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúndâ, humáno géneri præmia præſtitíſti; tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum; Qui tecum vivit.



AD SEXTAM.

Pſalmus, Levávi óculos, 41.
Pſalmus, Ad te levávi, 57.
Pſalmus, Niſi quia, 57.
Ant. Capitulum & ℟. breve, ſuprà, xlviij.

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde; & intercedénte ſanctiſſimâ Dei genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, & mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eúndem Dóminum.

AD NONAM.

Pſalmus, Qui confídunt, 57.
Pſalmus, In converténdo, 57.
Pſalmus, Beáti omnes, 72.
Ant. Capitulum & ℟. breve, ſuprà, xlviij.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus Dómine, delíctis ignóſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, genitrícis filii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eúndem Dóminum.

AD VESPERAS.

Ant. ſola 4. E. Benedícta tu.

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo; * Sede à dextris meis,

Donec ponam inimícos tuos * ſcabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in ſplendóribus ſanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum; * Tu es Sacérdos in ætérnum ſecúndùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet, * proptérea exaltábit caput.

Pſalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum * laudábile nomen Dñi.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, * qui in altis hábitat, & humília réſpicit in cœlo, & in terra?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens páuperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui;

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi; * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum:

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini, teſtimónium Iſraël, * ad confiténdum nómini Dómini:

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem; * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

Pſalmus 126.

Niſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis ſuis ſomnum, * ecce heréditas Dómini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut ſagíttæ in manu poténtis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 147.

Lauda Jerúſalem Dóminum, * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum; * benedíxit fíliis tuis in te:

Qui póſuit fines tuos pacem; * & ádipe fruménti ſátiat te:

Qui emíttit elóquium ſuum terræ; * velóciter currit ſermo ejus:

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit:

Mittit cryſtállum ſuam ſicut buccéllas; * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit?

Emíttet verbum ſuum, & liquefáciet ea; * flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ:

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël.

Non fecit táliter omni natióni; * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob. *Judith* 13, 31.

Capitulum. Eccli. 24. 12. 13.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: in Jacob inhábita, & in Iſraël hereditáre, & in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus, Ave radix Jeſſe, *ſuprà*, xlv.

℣. Vultum tuum depreca-

búntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri: eò quòd caſtitátem amáveris, ídeo & manus Dómini confortávit te, & ídeo eris benedícta in ætérnum. *Judith* 15. 10. 11.

Oratio.

CONcéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Convérte nos Deus, &c.

Deus in adjutórium, &c.

Ant. 8. G. Beáta.

Pſalmus, Sæpe expugnavérunt me, 73.

Pſalmus, De profúndis, 73.

Pſalmus, Dómine non eſt exaltátum, 73.

Ant. Beáta quæ credidíſti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

Hymnus.

VIRGO Dei génitrix,
Quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit
Víſcera, factus homo.

QUEM paris, hic tollit
Totíus crímina mundi;
Et tibi virgínitas
Inviolláta manet.

TE matrem pietátis
Opem te flágitat orbis;
Subvénias fámulis,
O benedícta, tuis.

GLORIA magna Patri,
Sit par tibi glória, Nate;
Glória ſit compar,
Spíritus alme, tibi. Amen.

Capitulum. *Cant.* 6. 8.

VIdérunt eam fíliæ, & beatíſſimam prædicavérunt.

℣. Adducéntur Regi vírgines poſt eam, ℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. *Pſ.* 44. 15.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. *irreg.* c. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

Oratio.

BEátæ & glorióſæ ſempérque vírginis Maríæ, quæſumus Dómine, interceſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam; Per Dóminum noſtrum, &c.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

TEMPORE PASCHALI.

Si dicatur Officium parvum, fit ut ſuprà, addendo ſemel Allelúia, *in fine Invitatorii, Antiphonarum & Verſiculorum, & bis* Allelúia, *in fine Reſponſoriorum etiam brevium. Benedictiones ut notantur pro Tempore Paſchali. Et dicitur* Te Deum.

Dicitur ad Laudes *& Veſperas* tantùm, Oratio, Deus qui per reſurrectiónem, ſuprà, xlvii.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SOLEMNE.

In Primis Vesperis.

Pſalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* f. *Duplic.*

ÆDificávit Noë altáre Dómino; & óbtulit holocaúſta ſuper altáre: odoratúſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis; Allelúia. *Gen.* 8. 20. 21.

Ant. 4. E. Lápidem Jacob eréxit in títulum, fundens óleum déſuper; vovit étiam votum, dicens: Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iſte vocábitur domus Dei; Allelúia. *Gen.* 28. 18. 20. 21. 22.

Ant. 3. E. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Fílii Iſraël fácient mihi ſanctuárium, & habitábo in médio eórum; Allelúia. *Exod.* 25. 1. 8.

Ant. 8. G. Complévit Móyſes tabernáculum, & eréxit illud, unxítque & ſanctificávit, altáre ſimíliter & ómnia vaſa ejus; Allelúia. *Num.* 7. 1.

Ant. 5. a. Opéruit nubes tabernáculum teſtimónii, & glória Dómini implévit illud; majeſtáte Dómini coruſcánte; Allelúia. *Exod.* 40. 32. 33.

Capitulum. *Ezech.* 37. 26. 27.

HÆc dicit Dóminus: Percútiam fíliis Iſraël fœdus pacis, pactum ſempitérnum erit eis; & fundábo eos, & multiplicábo, & dabo ſanctificatiónem meam in médio eórum in perpétuum: & erit tabernáculum meum in eis.

℟. David invénit grátiam ante Deum, & pétiit ut inveníret tabernáculum Deo Jacob.* Sálomon autem ædificávit illi domum; Allelúia, allelúia. *Act.* 7. 46. 47. ℣. Dixit David ad Salomónem: Fili mi, ſit Dóminus tecum, & proſperáre, & ædífica domum Dómino Deo tuo, ſicut locútus eſt de te. 1. *Par.* 22. 7. 11. * Sálomon. Glória. *Repetitur* ℟. David.

Hymnus.

URbs beáta, vera pacis
Víſio, Jerúſalem,
Quanta ſurgit! celſa ſaxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coáptat
Sédibus ſuis Deus.

Singulis ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Chriſtus
Fundat urbis mœnia.

Ejus eſt ſol cæſus Agnus,
Ejus eſt templum Deus:
Æmulántes hic Beáti
Purióres Spíritus,

Laude jugi numen unum
Terque ſanctum cóncinunt.

Undequaque ſunt apérta
Civitátis óſtia :
Quiſquis ambit huc veníre,
Inſeríque mœnibus,
Antè duris hic probári
Débuit labóribus.

Sit perénnis laus Paréntí;
Sit perénnis Filio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chriſma cujus nos inúngens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

℣. Vocábunt Jerúſalem ſólium Dómini; ℟. Et congregabúntur ad eam omnes gentes in nómine Dómini; Allelúia. *Jer* 3. 17.

Ad Magníficat, *Ant. 6. T. Duplic.* Vénient portántes holocaúſtum, & víctimam, & ſacrificium, & thus, & ínferent oblatiónem in domum Dómini; Allelúia. *Jer.* 17. 26.

Oratio.

Deus, qui de vivis & eléctis lapídibus ætérnum Majeſtáti tuæ præparas habitáculum, auxiliáre pópulo tuo ſupplicánti; ut quod Eccléſiæ tuæ corporálibus próficit ſpátiis, ſpirituálibus amplificétur augméntis; Per Dóminum noſtrum.

Nulla Commemoratio.

Completorium, *ut in die, infrà Orationes*, Deus qui de vivis, *ſuprà, & Veritas, ſub una concluſione.*

Ad Officium Nocturnum.

Invitatorium, Dóminum in templo ſancto ſuo, * Veníte, adorémus; Allelúia. *Habac.* 2. 20.

Pſalmus, Veníte, 2.

Hymnus.

Ecce ſedes hìc Tonántis;
Ecce cœli jánua:
Hìc ſacérdos, ara, templum;
Hìc Deus fit hóſtia:
Incruéntâ morte jugis
Hìc amor litat Deum.

Qualis ara, quanta ſedes;
Ipſius capax Dei!
Quem nec univérſa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo ſe coárctans
Hìc latére ſúſtinet.

Quam libénter hìc pudícis
Inſerit ſe córdibus!
Hìc amántis tota Christi
Exerit ſe cáritas;
Hìc Pater caros ſedére
Geſtit inter fílios.

Hinc facéſſe quem profánis
Pólluit contágio;
Neu ſacrum transíre limen
Inquinátus aúdeas:
Ultor aſtat cum flagéllis,
Púniens ſontes Deus.

Sit perénnis laus Paréntí;
Sit perénnis Filio;
Laus tibi qui nectis ambos;
Sit perénnis, Spíritus,
Chriſma cujus nos inúngens;
Viva templa cónſecrat.
Amen.

Ant. 1. a. *Duplicatur.* Salomóni ſubjécit Deus omnes hoſtes, ut cónderet domum

ſuo], & paráret
in ſempitérnum;
li. 47. 15.
Verba mea, 4.
E. Obtulit ſacri-
icatiónis & con-
; templi; & octo
brávit dedicatió-
lúia. 2. *Mach.* 2.

Dómini eſt ter-

. Cùm compléſſet
:undens preces,
ndit de cœlo, &
olocaúſta; & ma-
ini implévit do-
elúia. 2. *Paralip.*

Júdica me Dó-

ificávit tabernácu-
ltiſſimus. ℟. Deus
us; Allelúia. *Pſ.* 45.

ſecúndo Para-
ómenon.
Lectio j.
. 1. *ad* 4.
mpléſſet Sálomon
s preces, ignis deſ-
cœlo, & devorávit
& víctimas; &
ómini implévit do-
póterant Sacerdó-
templum Dómini,
mpléſſet majéſtas
mplum Dómini.
es filii Iſraël vidé-
dénteṁ ignem, &
ómini ſuper do-
rruéntes proni in

terram ſuper paviméntum ſtra-
tum lápide, adoravérunt, &
laudavérunt Dóminum: Quó-
niam bonus, quóniam in ſé-
culum miſericórdia ejus. Rex
autem, & omnis pópulus,
immolábant víctimas coram
Dómino.

℟. Filii Iſraël vidébant deſ-
cendéntem ignem, & glóriam
Dómini ſuper domum: * Et
corruéntes proni ſuper pavi-
méntum, adoravérunt Dómi-
num; Allelúia, allelúia. 2.
Par. 7. 3. ℣. Implétum eſt
templum fumo à majeſtáte
Dei, & de virtúte ejus. *Apoc.*
15. 8. * Et corruéntes.

Lectio ij. ℣. 5. *ad* 7.

MActávit igitur rex Sálo-
mon hóſtias, boum vi-
ginti duo míllia, aríetum cen-
tum viginti míllia; & dedicá-
vit domum Dei rex, & uni-
vérſus pópulus. Sacerdótes au-
tem ſtabant in officiis ſuis: &
Levítæ in órganis cárminum
Dómini, quæ fecit David rex
ad laudándum Dóminum:
Quóniam in ætérnum miſeri-
córdia ejus; hymnos David
canéntes per manus ſuas. Porrò
Sacerdótes canébant tubis an-
te eos, cunctúſque Iſraël ſta-
bat. Sanctificávit quoque Sá-
lomon médium átrii ante tem-
plum Dómini: obtúlerat enim
ibi holocaúſta & ádipes pa-
cificórum.

℟. Verè Dóminus eſt in loco
iſto: * Quàm terríbilis eſt lo-
cus iſte! Non eſt hìc áliud niſi

domus Dei, & porta cœli; Allelúia, allelúia. *Gen.* 28. 16. 17. ℣. Si quis templum Dei violáverit, diſpérdet illum Deus. 1. *Cor.* 3. 17.* Quàm.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 19. 1. *ad* 10.

IN illo témpore; Ingréſſus Jeſus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zacchæus; & hic princeps erat publicanórum, & ipſe dives: & quærébat vidére Jeſum, quis eſſet, & non póterat præ turba, quia ſtatúrâ puſillus erat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 174. *de Verbis Apoſtoli*, §. 5. *aliàs Serm.* 8.

DOminus, qui Zacchæum in corde ſuſcéperat, in domum ejus dignátus eſt ſúſcipi; & dixit: [Zacchæe, feſtínans deſcénde, quóniam in domo tua opórtet me manére.] Magnum benefícium ille arbitrabátur, Chriſtum vidére. Qui magnum & ineffábile benefícium putábat, tranſeúntem vidére, ſúbitò méruit in domo habére. Infúnditur grátia, operátur fides per dilectiónem; ſuſcípitur Chriſtus in domum, qui jam habitábat in corde. Dicit Chriſto Zacchæus: [Dómine, dimídium rerum meárum do paupéribus, & ſi quid áliquem fraudávi, quádruplum reddo.] Quaſi díceret, Ideo mihi dimídium teneo, non quòd hábeam, ſed unde reddam. Verè ecce quod eſt ſuſcípere Jeſum, in cor ſuſcípere. Ibi enim erat Chriſtus, in Zacchæo erat, & de illo ſibi dicébat, quod ex ore ejus audiébat. Sic enim Apóſtolus dicit, Habitáre Chriſtum per fidem in córdibus veſtris.

℟. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. Et ipſi pópulus ejus erunt, * Et ipſe Deus cum eis erit eórum Deus; Allelúia, allelúia. *Apoc.* 21. 3. ℣. Ergóne credíbile eſt ut hábitet Deus cum homínibus ſuper terram? 2. *Par.* 6. 18.* Et ipſe. Glória. *Repetitur* ℟. Ecce.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*, Pavéte ad ſanctuárium meum. ℟. Ego Dóminus; Allel. *Levit.* 26. 2.

Pſalmi de Dominica.

Anthiphona 7. *toni.* a.

DOmine Deus Iſraël, ſi cœlum & cœli cœlórum non te cápiunt, quantò magis domus iſta? Allelúia. 2. *Par.* 6. 17. 18.

Ant. 2. D. Tu Dómine elegíſti domum iſtam, ut eſſet domus oratiónis pópulo tuo; Allelúia. 1. *Mach.* 7. 37.

Ant. 3. a. Si deprecáti tefúerint in loco iſto, & convérſi à peccátis ſuis, exáudi de cœlo Dómine, & doce eos viam bonam; Allelúia. 2. Par. 6. 26. 27.

E. Dimíttas.
ntici, Benedícite,
uens
Tob. 13. 13. *ad fin.*
n civitas Dei, . . .
éndidâ fulgébis, *
fines térræ adorá-

's ex longínquo ad
; & múnera defe-
lorábunt in te Dó-
& terram tuam in
ónem habébunt.
enim magnum * in-
n te.
i erunt qui con-
te; & condemnáti
ies qui blaſphemá-
benedictíque erunt
iverint te.
in lætáberis in fíliis
óniam omnes bene-
& congregabúntur
ium.
nes qui díligunt te, *
lent ſuper pace tua.
mea bénedic Dó-
quóniam liberávit
civitátem ſuam à
bulatiónibus ejus,
Deus noſter.
ero, ſi fúerint relí-
iis mei * ad vidén-
item Jerúſalem.
rúſalem ex ſapphíro
lo ædificabúntur: *
de pretióſo omnis
murórum ejus.
e cándido & mundo
atéæ ejus ſternén-
r vicos ejus Alle-
itur.
na,

Benedictus Dóminus, qui exaltávit eam: * & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam. Amen. Glória Patri.

Et dicitur per totam Octavam, cùm ſit de Octava.

Ant. Dimíttas pópulo tuo; quamvis peccatóri, & aures tuæ inténtæ ſint ad oratiónem quæ fit in loco iſto; Allelúia. 2. *Par.* 6. 39. 40.

Ant. 5. a. Tu exaúdies de cœlo, ut ſciant omnes pópuli nomen tuum; & cognóſcant quia nomen tuum invocátum eſt ſuper domum hanc; Allelúia. 2. *Par.* 6. 33.

Capitulum. 3. *Reg.* 8. 28. 29.

RESpice ad oratiónem ſervi tui, & ad preces ejus, Dómine Deus meus; audi hymnum & oratiónem quam ſervus tuus orat coram te hódie; ut ſint óculi tui apérti ſuper domum hanc nocte ac die, ſuper domum de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi.

Hymnus.

PAtris ætérni Sóboles coæva,
Dum tuæ ſacros pia plebs honóres
Ædis inſtaurat, Deus alme; noſtris
Annue votis.
Hic ſacri fontis látices ab ortu
Inditi purgant máculam reátûs:
Hic & infúſum nova membra Chriſto
Chriſma coaptat.

Hìc ſuâ paſcit pópulos fidéles
Carne, qui mundi ſcelus omne tollit
Agnus, & fuſi prétium cruóris,
Ipſe propínat.

Hìc ſalus ægris ánimis parátur,
Hìc reos judex fácilis reláxat,
Atque lethálem rediviva pellit
Grátia culpam.

Cujus in cœlo thronus eſt perénnis
Incolit parvam Deus altus ædem.
Hìc adorátor ſibi quiſque ſedem
Præparat aſtris.

Nullus hanc turbo quatit, irruéntis
Nulla vis nimbi, rapidíve fluctûs;
Cedit hanc contra furor inferórum
Irritus omnis.

Laus Deo, virtus, honor, & potéſtas
Una ſit Patri, parilíque Proli;
Par ſit ambórum tibi nexus, omni,
Spíritus, ævo. Amen.

℣. Domus tua in ſanctificatióne tua permáneat: ℟. Et omnes gentes agnóſcant quia tu es Deus; Allel. *Judith* 9. 18.

Ad Bened. *Ant.* 4. d. *Dupl.* Voluiſti templum habitatiónis tuæ fieri in nobis. Et nunc ſancte ſanctórum ómnium Dómine, conſérva in ætérnum impollútam domum iſtam. Allelúia. 2. *Mach.* 14. 35. 36.

Oratio

Deus, qui no... gulos annos Templi tui conſe... paras diem, & ſ... myſtériis repræſe... mes; exaúdi pr... tui, & præſta, ut Templum benefic... ingréditur, cunct... traſſe lætétur; Per...

[*Ipſo die Dedica... Octavam, loco præ... tionis, dicitur ſeq...*

Oratio.

Deus, qui invi... nia contines pro ſalúte géneris gna tuæ poténtiæ oſténdis, Templu... téntiâ tuæ inhabit... ſtra; & concéde, qui huc deprecat... niunt, ex quacún... latióne ad te cla... conſolatiónis tuæ conſequántur. Per D...

Ad Horas, ... *Dominica.*

Ad Primam, *An... Oratio*, Deus, ... [*ipſo die Dedicatio...* qui inviſibíliter,] ... ſancte, *ſub una con... Reliqua ut in D...*

CANO...

Ex Concílio Co... primo.

An. 1536. *part.* 9...

Signat Templi ... tam fidélis ánim... Eccléſiæ cum Chr...

...Quamóbrem niſi
ıæ in hujuſcémodi
óne extériùs agún-
obis ſpirituáliter im-
parùm hinc fructûs
éſſerit.

RTIAM, *Ant.* Tu

m. Deut. 12. 5. 6.
cum, quem elégerit
ninus Deus veſter de
íbubus veſtris, ut
men ſuum ibi, &
n eo, veniétis; &
in loco illo holo-
víctimas veſtras.
ve, In multitúdine
diæ tuæ introíbo in
am; *Allelúia, alle-
n multitúdine. ℣. A-
d templum ſanctum
imóre tuo.* Allelúia,
Glória. ℟. In multi-
ſ. 5. 8.
íbo in domum tuam
aúſtis; ℟. Reddam
nea; Allel. *Pſ.* 65. 13.
XTAM, *Ant.* Si de-
e fúerint.
m. 3. *Reg.* 8. 38. 39.
cognóverit plagam
ſui, & expánderit
as in domo hac, tu
in cœlo, in loco
is tuæ, & repropi-
& fácies ut des uni-
cúndùm omnes vias
t víderis cor ejus.
ve, Altária tua Dó-
útum, Rex meus, &
us, * *Allelúia*, alle-
tária. ℣. *Beáti* qui

hábitant in domo tua. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Altária. *Pſ.* 83. 4. 5.

℣. Replébimur in bonis domûs tuæ: ℟. Sanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte; Allelúia. *Pſ.* 64. 5.

AD NONAM, *Ant.* Tu exaúdies de cœlo.

Capitulum. 2. *Par.* 20. 9.

STábimus coram domo hac in conſpéctu tuo, in qua invocátum eſt nomen tuum; & clamábimus ad te in tribulatiónibus noſtris, & exaúdies, ſalvóſque fácies.

℟. *breve*, In conſpéctu Angelórum pſallam tibi; *Allelúia, allelúia. ℟. In conſpéctu. ℣. Adorábo ad templum ſanctum tuum; & confitébor nomini tuo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. In conſpéctu. *Pſ.* 137. 1. 2.

℣. Exaúdi Dómine vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te; ℟. Dum extóllo manus meas ad templum ſanctum tuum; Allelúia. *Pſ.* 27. 2.

AD VESPERAS.

Antiphona 7. toni. a.

UNus de ſeptem Angelis oſténdit mihi civitátem ſanctam Jeruſalem habéntem claritátem Dei; Allelúia. *Apoc.* 21. 9. 10. 11.

Pſalmus, Crédidi, 40.

Ant. 8. G. Erat ſtructúra muri ejus ex lápide jáſpide; & fundaménta muri civitátis, omni lápide pretióſo ornáta; Allelúia. *Apoc.* 21. 18. 19.

Pſalmus, Lætátus ſum, 56.

Ant. 1. D. Templum non vidi in ea; Dóminus enim Deus omnípotens templum illíus eſt, & Agnus; Allelúia. *Apoc.* 21. 22.

Pſalmus, Mémento, 88.

Ant. 3. E. Cívitas non eget ſole, neque lunâ, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucérna ejus eſt Agnus; Allelúia. *Apoc.* 21. 23.

Pſalmus, Confitébor.... quóniam audiſti, 105.

Ant 6. C. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni; Allelúia. *Apoc.* 21. 27.

Pſalmus, Lauda Jerúſalem Dóminum, 126.

Capitulum. Apoc. 21. 24. 25 26.

Reges terræ áfferent glóriam ſuam & honórem in illam; & portæ ejus non claudéntur per diem; nox enim non erit illic: & áfferent glóriam & honórem géntium in illam.

℟. Quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?* Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei; Allelúia, allelúia. *Pſ.* 41. 3. 5. ℣. Oculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis aſcéndit, quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum. 1. *Cor.* 2. 9.* Hæc recordátus ſum. Glória. *Repetitur* ℟. Quando.

Hymnus, Urbs beáta, *ut in primis Veſperis*, lxj.

℣. Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ; Allelúia. *Pſ.* 25. 8.

Ad Magníf. *Ant.* 5. F. *Dupl.* Quàm dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! concupíſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini; Allelúia. *Pſ.* 83. 2.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Habitábo in médio Jerúſalem; & vocábitur cívitas veritátis, & mons Dómini exercítuum, mons ſanctificátus; Allelúia. *Zach.* 8. 3.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Implébo domum iſtam glóriâ, & in loco iſto dabo pacem; Allelúia. *Agg.* 2. 8. 10.

Orationes, Deus, qui nobis, *&* Véritas, *ſub uno* Per Dóminum; *& ſic per totam Octav.*

De Dominica, ſi qua occurrat intrà Octavam Dedicationis, fit Officium ut in Pſalterio, incipiendo à primis Veſperis quæ erunt integræ de Sabbato, cum Commemoratione Octavæ in utriſque Veſperis & Laudibus.

DIEBUS INTRA OCTAVAM Dedicatiónis Eccléſiæ.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria.

Nihil amplius autem.

ꝑFICIUM NOCTURNUM.
ꝑhona, ℣. & ℟.℟.℟. qua
ꝑquoque die notantur.
io j. & ij. de Scriptura
ꝑnte; Lectio iij. ut habe-
rà pro qualibet die.
LAUDES MATUTINAS.
. ſola, Dómine Deus
prima de Laudibus diei.
PRIMAM, duæ Oratio-
in die, etiam in Feſtis
Octavam occurrentibus.
D VESPERAS.
, ſola, Unus de ſeptem
is, prima Veſperarum
Non dicitur ℟.
IPLETORIUM, ut in die,
: occurrat Feſtum.

CUNDA DIE.

FFICIUM NOCTURNUM.
. ſola 3. E. Cùm com-
Sálomon, tertia Officii
ni Diei, ℣. Sanctificávit,
:.℟. ex eodem Officio.
mo ſancti Auguſtíni
epíſcopi.
336. in Dedic. Eccleſ.
1. aliàs Serm. 8.
Lectio iij.
ébritas hujus congre-
tiónis, dedicátio eſt
oratiónis. Domus ergo
um oratiónum, iſta eſt;
Dei, nos ipſi. Si domus
s ipſi, nos in hoc ſé-
dificámur, ut in fine
dedicémur. Ædificium,
lificátio habet labórem,
tio exultatiónem. Quod
bat, quando iſta ſurgé-
hoc ſit modò cùm con-
ur credéntes in Chri-
ſtum. Credéndo enim quaſi de ſilvis & móntibus ligna & lápides præcidúntur: cùm verò catechizántur, baptizántur, formántur; tánquam inter manus fabrórum & opíficum dolántur, collineántur, complanántur. Verúntamen domum Dómini non fáciunt, niſi quando caritáte compaginántur.

TERTIA DIE.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ant. ſola 7. d. Glória Líbani véniet ad ornándum locum ſanctificatiónis meæ, & locum pedum meórum glorificábo; Allelúia. *Iſai.* 60. 13.

℣. Habitábo in médio filiórum Iſraël, ℟. Et non derelínquam pópulum meum; Allelúia. 3. *Reg.* 6. 13.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Audíte qui ingredímini per portas has, ut adorétis Dóminum; * Bonas fácite vias veſtras; Allelúia, allelúia. *Jer.* 7. 2. 3. ℣. Nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis. *Joan.* 2. 16. * Bonas.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Nolíte confídere in verbis mendácii, dicéntes: Templum Dómini eſt: * Quóniam ſi bene direxéritis vias veſtras, & ſtúdia veſtra, habitábo vobíſcum in loco iſto; Allelúia, allelúia. *Jer.* 7. 4. 5. 7. ℣. Appropinquáte Deo, & appropinquábit vobis; emundáte manus, peccatóres; & purificáte corda. *Jac.* 4. 8. * Quóniam.

De ſermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 336. in Dedic. Eccleſ. §. 6. aliàs Serm. 256.

Lectio iij.

DUm novam conſtructiónem ſanctæ hujus Eccléſiæ libénter atténdimus, quam divíno nómini hódie dedicámus, invenímus à nobis debéri & Deo noſtro máximam laudem, & ſanctitáti veſtræ cóngruum de divínæ domûs ædificatióne ſermónem. Tunc autem ſermo noſter cóngruus erit, ſi in ſe áliquid ædificatiónis hábeat, quod utilitáti animárum veſtrárum Deo vos intériùs ædificánte profíciat. Quod hìc factum corporáliter vidémus in pariétibus, ſpirituáliter fiat in méntibus; & quod hìc perféctum cérnimus in lapídibus & lignis, hoc ædificánte grátiâ Dei perficiátur in corpóribus veſtris.

℟. Si convérſus pópulus meus deprecátus me fúerit, & égerit pœniténtiam; ego exaúdiam, * Et aures meæ erunt eréctæ ad oratiónem ejus qui in loco iſto oráverit: elégi enim, & ſanctificávi locum iſtum; † Allelúia, allelúia. 2. *Par.* 7. 14. 15. 16. ℣. Domus mea, domus oratiónis vocábitur ómnibus géntibus. *Marc.* 11. 17.* Et aures. Glória. † Allelúia, allelúia.

QUARTA DIE.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ant. ſola 7. a. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spíritus Dei hábitat in vobis? Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos; Allelúia. 1. *Cor.* 3. 16. 17.

℣. Dei agricultúra eſtis, ℟. Dei ædificátio eſtis; Allelúia. 1. *Cor.* 3. 9.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Vos eſtis templum Dei vivi ſicut dicit Deus; * Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi pópulus; Allelúia, allelúia. 2. *Cor.* 6. 16. ℣. Hæc dicit Dóminus Deus: Scient gentes, quia ego ſanctificátor Iſraël, cùm fúerit ſanctificátio mea in médio eórum. *Ezech.* 37. 21. 28.* Quóniam.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Membra veſtra templum ſunt Spíritûs-ſancti qui in vobis eſt, & non eſtis veſtri; empti enim eſtis prétio magno. * Glorificáte & portáte Deum in córpore veſtro; Allelúia, allelúia. 1. *Cor.* 6. 19. 20. ℣. Nolíte contamináre ánimas veſtras; ſancti eſtóte, quia ego ſanctus ſum. *Levit.* 11. 43. 44.* Glorificáte.

De Sermóne ſancti Auguſtíni epíſcopi.

Serm. 336. in Dedic. Eccleſ. §. 6. aliàs Serm. 256.

Lectio iij.

GRátias agámus Dómino Deo noſtro, à quo eſt omne datum óptimum, & omne donum perfectum, &

ejus bonitátem totâ cordis alacritáte laudémus, quóniam ad conſtruéndam iſtam domum oratiónis, fidélium ſuórum viſitávit ánimum, excitávit affectum, ſurrogávit auxílium; inſpirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus ut fácerent; ac per hoc Deus, [qui operátur] in ſuis [& velle & perficere pro bona voluntáte,] hæc ómnia ipſe cœpit, ipſe perfécit. Et quia ópera bona in conſpéctu ſuo nunquam eſſe permíttit inánia, fidélibus ſuis, quibus operántibus præbuit virtútis ſuæ favórem, tríbuet condígnam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámpliùs agéndæ ſunt grátiæ Deo noſtro. Hanc enim Ecclésiam, quam fecit nómini ſuo cónſtrui, fecit étiam ſanctórum Mártyrum relíquiis ámpliùs honorári.

℟. Ad Dóminum accedéntes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem eléctum; & ipſi * Tanquam lápides vivi ſuperædificámini, domus ſpirituális; † Allelúia, allelúia. 1. *Petr.* 2. 4. 5. ℣. Præbete corda veſtra & ánimas veſtras, ut quærátis Dóminum, & ædificáte ſanctuárium Dómino Deo. 1. *Par.* 22. 19. * Tanquam. Glória, † Allelúia.

QUINTA DIE.

Ad Nocturnum, Ant. ℣. *&* ℟.℟.℟. *ut ſuprà, ſecundâ die.*

De Sermóne ſancti Auguſtini epíſcopi.

Serm. 337. *in Dedic. Eccleſ.* §. 2. *aliàs Serm.* 16.

Lectio iij.

DUm cædúntur de móntibus lápides, & ligna de ſilvis, dum formántur, dolántur, coaptántur; labor & cura eſt: cùm autem perfécti ædifícii dedicátio celebrátur, gaúdium & ſecúritas labóribus curíſque ſuccédunt. Sic étiam ædificátio ſpirituális, cujus habitátor Deus, non ad tempus, ſed in ætérnum erit; dum ex infidéli vita hómines ſegregántur ad fidem, dum quidquid in eis non bonum atque pervérſum eſt, amputátur & cæditur, dum fiunt aptæ, pacíficæ piæque junctúræ; quantæ tentatiónes timéntur, quantæ tribulatiónes ſuſtinéntur? Cùm verò advénerit dies dedicatiónis domûs ætérnæ, cùm dicétur nobis: [Veníte benedicti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum eſt ab inítio mundi:] quæ illa exultátio, quæ ſecúritas erit? Cantábit cláritas, nec compungétur infírmitas.

SEXTA DIE.

Ad Nocturnum, Ant. ℣. *&* ℟.℟.℟. *ut ſuprà, tertiâ die.*

Ex Enarratióne ſancti Auguſtíni epíſcopi, in Pſalmum centéſimum vigéſimum primum.

§. 4. *Lectio* iij.

JErúſalem quæ ædificátur ut cívitas.] Fratres, quando

dicebat iſta David, perfécta erat illa cívitas, non ædificabátur. Néſcio quam ergo civitátem dicit, quæ modò ædificátur, ad quam currunt in fide lápides vivi, de quibus dicit Petrus: [Et vos tanquam lápides vivi coædificámini in domum ſpiritálem, id eſt, templum ſanctum Dei.] Quid eſt, lápides vivi coædificámini? Vivis, ſi credis. Si autem credis, efficeris templum Dei: quia dicit apóſtolus Paulus: [Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos.]

Ad Vesperas, *Omnia ut in ſecundis Veſperis Feſti, exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Feria.

Non dicitur ℣. & nihil duplicatur.

OCTAVA DEDICATIONIS Ecclesiæ.

Duplex-minus.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria. Nihil duplicatur.

Ad Officium Nocturnum.

Lectio prima & ſecunda de Scriptura occurrente niſi duo legantur Evangelia; tunc enim de duabus fiet una.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 10. 22. *ad* 29.

IN illo témpore; Facta ſunt Encænia in Jeroſólymis; & hiems erat. Et ambulábat Jeſus in templo, in pórticu Salomónis. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ preſbyteri.

Expoſ. in Evang. Joan. c. 10.

ENcænia vocabátur ſolémnitas Dedicatiónis Templi, quam pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos síngulos celebráre conſuéverat. Sed notándum eſt quòd hæc Encænia quæ hìc legúntur, non ad primam templi dedicatiónem, ſed ad últimam pértinent: quod ex eo fácile collígitur, quia híeme facta referúntur. Prima ſiquidem ejúſdem templi dedicátio à Salomóne témpore autúmni; ſecúnda autem à Zoróbabel & Jeſu ſacerdóte témpore veris; tértia à Juda Machabæo témpore híemis eſt facta, quando ſpeciáliter conſtitútum eſſe légitur, ut eádem dedicátio per omnes annos in memóriam ſolémnibus renovarétur offíciis; quæ étiam ad tempus uſque Domínicæ Incarnatiónis obſerváta fuit, ſicut modò, cùm legerétur Evangélium, audívimus. Quæ etiam Dedicátio ſalúbri conſuetúdine in Eccléſiis Chriſti ſervári modérno témpore dignóſcitur.

PSALMI POENITENTIALES.

Dicuntur in Choro flexis genibus Feriâ quintâ in Cœna Domini, ſi ſint pœnitentes reconciliandi.

Litania *verò dicuntur ab iis qui non interſunt Proceſſioni*

Aprilis, *&* *in Feriis*
m.
is, Dómine, ne in
5.
is, Beáti quorum re-
t, 43.
is, Dómine ne in
51.
ius, Miſerére meî
2,
is, Dómine exaúdi
n meam, 109.
is, De profúndis cla-
e Dómine, 73.
is, Dómine exaúdi
n meam, 96.
ómine, memor eſto
ne vindíctam ſumas
is meis, neque remi-
elícta mea, vel pa-
eórum. *Tob.* 3. 3.
T A N I Æ.
eléiſon. Chriſte eléi-
Kyrie eléiſon.
udi nos.
xaúdi nos.
œlis Deus, Miſerére

nptor mundi Deus,
re nobis.
ancte Deus, Miſe-
obis.
rínitas unus Deus,
re nobis.
aría, Ora pro nobis.
ei génitrix, ora.
irgo vírginum, ora.
íchaël, ora.
ábriël, ora.
áphaël, ora.
ncti Angeli & Ar-
i, oráte pro nobis.

Omnes ſancti beatórum ſpi-
rítuum órdines, oráte.
Sancte Joánnes-Baptíſta, ora.
Omnes ſancti Patriárchæ &
Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb.*) ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli &
Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dó-
mini, oráte.
Omnes ſancti Innocéntes,
oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, *bis*, ora.
Sancte Sixte, ora.
Sancte Peregríne, ora.
Sancte Fratérne, ora.
Sancte Románe, ora.
Sancte Vigíli, ora.
Sancte Tétrice, ora.
Sancte Lauréntî, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Joviniáne, ora.
Sancte Juſte, ora.
Sancte Euſébi, ora.
Sancte Symphoriáne, ora.
Sancte Juliáne, ora.
Sancte Sebaſtiáne, ora.

Sanĉte Priſce cum ſóciis tuis, ora pro nobis.
Sanĉte Maurici cum ſóciis tuis, ora.
Sanĉte Albáne cum ſóciis tuis, ora pro nobis.
Sanĉti Gerváſi & Protáſi, oráte.
Sanĉti Coſma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sanĉti Cyrice & Julítta, oráte.
Omnes ſanĉti Mártyres, oráte.
Sanĉte Gregóri, ora.
Sanĉte Ambróſi, ora.
Sanĉte Auguſtine, ora.
Sanĉte Hierónyme, ora.
Sanĉte Hilári, ora.
Sanĉte Athanáſi, ora.
Sanĉte Basíli, ora.
Sanĉte Gregóri Nazianzéne, ora pro nobis.
Sanĉte Joánnes Chryſóſtome, ora pro nobis.
Sanĉte Bernárde, ora.
Omnes ſanĉti Doĉtóres, oráte.
Sanĉte Silvéſter, ora.
Sanĉte Marcelliáne, ora.
Sanĉte Valeriáne, ora.
Sanĉte Eládi, ora.
Sanĉte Amátor, ora.
Sanĉte Germáne, *bis.* ora.
Sanĉte Aunári, ora.
Sanĉte Deſidéri, ora.
Sanĉte Palládi, ora.
Sanĉte Nicoláe, ora.
Sanĉte Martíne, ora.
Sanĉte Lupe, ora.
Sanĉte Regnobérte, ora.
Sanĉte Cárole, ora.
Sanĉte Francíſce Saléſi, ora.
Omnes ſanĉti Pontífices, oráte.
Sanĉte Marſe, ora.
Sanĉte Corcódome, ora.
Sanĉte Alexánder, ora.
Sanĉte Mamertíne, ora.
Sanĉte Mariáne, ora.
Sanĉte Antóni, ora.
Sanĉte Benedíĉte, ora.
Sanĉte Bruno, ora.
Sanĉte Domínice, ora.
Sanĉte Francíſce, ora.
Omnes ſanĉti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes ſanĉti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sanĉte Joſeph, ora.
Sanĉte Ludovíce, ora.
Sanĉte Roche, ora.
Omnes ſanĉti Juſti, oráte.
Sanĉta Anna, ora.
Sanĉta Maria Magdaléne, ora.
Sanĉtæ Perpétua & Felícitas, oráte pro nobis.
Sanĉta Eugénia, ora.
Sanĉta Colúmba, ora.
Sanĉta Agatha, ora.
Sanĉta Lúcia, ora.
Sanĉta Agnes, ora.
Sanĉta Cæcília, ora.
Sanĉta Genovéfa, ora.
Sanĉta Hélena, ora.
Sanĉta Flávia, ora.
Omnes ſanĉtæ Vírgines, Mulíeres, & Víduæ, oráte.
Omnes Sanĉti & Sanĉtæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius eſto, Parce nobis Dómine.
Propítius eſto, Exaúdi nos Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.

Ab immúndis cogitatiónibus, líbera nos Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
A fúlgure & tempeſtáte, líbera.
A ſubitánea & improvíſa morte, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Baptíſmum, & ſanctum jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per ſanctam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritûs-ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut compunctiónem cordis, fontémque lacrymárum nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut remiſſiónem peccatórum noſtrórum nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut fidem, ſpem & caritátem, nobis dones, Te rogámus audi nos.
Ut Eccléſiam tuam ſanctam *régere & conſerváre dignéris*, *Te rogámus.*
Ut domnum Apoſtólicum, & omnes gradus Eccléſiæ in ſancta religióne conſerváre dignéris, Te rogámus.
Ut Antíſtitem noſtrum, & omnes congregatiónes illi commíſſas in tuo ſancto obſéquio conſerváre dignéris, Te rogámus.
Ut Regem noſtrum cuſtodíre dignéris, Te rogámus.
Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & concórdiam donáre dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, Te rogámus.
Ut noſmetípſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, Te rogámus audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas, Te rogámus.
Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum ab ætérna damnatióne erípias, Te rogámus audi nos.
Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, Te rogámus audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, Te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris, Te rogámus audi nos.

Fili Dei, Te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Kyrie eléïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eléïſon.

Secretò Pater, &c. *uſque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárum, ℟. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; quia paúperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

℣. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, ℟. Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. *Pſ.* 78. 9.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro N. ℟. Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Dómine ſalvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Orémus pro benefactóribus noſtris; ℟. Exaúdi de cœlo Dómine, & dimítte peccáta ſervis tuis. 2. *Par.* 6. 27.

℣. Pro frátribus noſtris abſentibus; ℟. Rege eos, & extólle illos uſque in ætérnum. *Pſ.* 27. 9.

℣. Pro infírmis, afflíctis & captívis; ℟. Líbera Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis; ℟. Convértere Dómine, úſquequo? & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ* 89. 13.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſedíſti ab inítio. *Pſ.* 73. 2.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Omnium Sanctórum tuórum, quæſumus Dómine, interceſſióne placátus, & véniam nobis tríbue, & remédia ſempitérna concéde; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Præcedens Oratio ſola dicitur in Choro; cetera extra Chorum ad libitum.

Deus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſólvat.

Exaúdi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indul-

géntiam tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis Dómine miſericórdiam tuam cleménter oſténde; ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtrícte feriéndo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſes; ut qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam ſentiámus.

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perficiat.

QUæſumus omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noſter N. qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta; quibus decénter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, hoſtes ſuperáre, & ad te qui via, véritas & vita es, gratióſus váleat pervenire.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília, & juſta ſunt ópera; da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquílla.

URe igne ſancti-Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine, aſpirándo præveni, & adjuvándo proſéquere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur.

PIetáte tuâ, quæſumus Dómine, noſtrórum ſolve víncula delictórum; & intercedénte beátâ & glorióſâ ſemper vírgine Dei genitríce Maríâ cum ómnibus Sanctis nos fámulos tuos, & omnem pópulum Chriſtiánum in omni ſanctitáte & religióne cuſtódi; omnéſque conſanguinitáte ac familiaritáte, aut piâ áliquâ ratióne nobis conjúnctos à vítiis ómnibus purga, virtútibus illúſtra; pacem & ſalútem nobis tríbue; hoſtes visíbiles & invisíbiles rémove; peſtem, cladem, & carnália deſidéria repélle; áërem ſalúbrem, & fertilitátem indúlge; amícis & inimícis noſtris veram caritátem largíre; & ómnibus fidélibus vivis ac defúnctis in terra vivéntium

vitam & réquiem ætérnam concéde; Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

Ante Decessum.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

KYrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.
Sancta María, Ora pro eo. (*vel* ea.)
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, Oráte pro eo. (*vel* ea.)
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Juſtórum, Oráte.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joánnes-Baptíſta, ora.
Omnes ſancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, *bis*, ora.
Sancte Peregríne, ora.
Sancte Lauténti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Amátor, ora.
Sancte Germáne, *bis*, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Omnes ſancti Pontífices, oráte.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Confeſſóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Francíſce, ora.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Bárbara, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte.
Propítius eſto, Parce ei Dómine.
Ab ira tua, Líbera eum (*vel* eam) Dómine.
A mala morte, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs-ſancti.

paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Ut ei parcas, Te rogámus audi nos.
Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.

Deinde, cum in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur.

PRoficíſcere ánima chriſtiána de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit; in nómine Jeſu Chriſti fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt; in nómine Spíritûs-ſancti, qui in te effúſus eſt; in nómine Angelórum & Archangelórum; in nómine Thronórum & Dominatiónum; in nómine Principátuum & Poteſtátum; in nómine Chérubim & Séraphim; in nómine Patriarchárum & Prophetárum; in nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum; in nómine ſanctórum Mártyrum & Pontíficum; in nómine ſanctórum Sacerdótum & Monachórum; in nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion; Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus qui ſecúndùm *multitúdinem miſeratiónum tuárum, peccáta pœniténtium* deles, & præteritórum críminum culpas véniâ remiſſiónis evácuas; réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) N. & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcéntem deprecátus exaúdi. Rénova in eo, (*vel* ea,) piiſſime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt: & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annécte. Miſerére Dómine gemítuum, miſerére lacrymárum ejus; & non habéntem fidúciam, niſi in miſericórdia tua, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

COmméndo te omnipoténti Deo, cariſſime frater, (*vel* cariſſima ſoror,) & ei cujus es creatúra commítto; ut cùm humanitátis débitum, morte interveniénte, perſólveris, ad autórem tuum qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaquè ánimæ tuæ de córpore, ſplendidus Angelórum cœtus occúrrat; judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat; candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Pontíficum turma circúndet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat: beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te compléxus

aſtringat; mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpéctus appáreat, qui te inter aſſiſténtes ſibi júgiter interéſſe decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cum ſatellítibus ſuis; in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. Sicut déficit fumus, defíciant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei; & juſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei. Confundántur igitur & erubéſcant omnes tartáreæ legiónes, & miníſtri ſátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifíxus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus filius Dei vivi intra paradíſi ſui ſemper amœna viréntia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnóſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſólvat; atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemper aſſiſtens, maniſeſtiſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. Conſtitú-tus (*vel* conſtitúta) igitur

inter ágmina Beató... templatiónis divínæ... potiáris in ſǽcula ſ...
℟. Amen.

SUſcipe Dómine... tuum (*vel* ancill... in locum ſperándæ... vatiónis à miſericó...
℟. Amen.

LIbera Dómine... ejus ex ómnibus... inférni, & de láque... rum, & ex ómnibu... tiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... Eliam de commún... mundi. ℟. Amen.

Líbera Dómine... ejus à morte, ſicut... Noë de dilúvio. ℟...

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... de Ur Chaldæórum...

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... paſſiónibus ſuis. ℟...

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... hóſtia, & de manu... Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... Sódomis & de flamm... ℟. Amen.

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti M... manu Pharaónis reg... tiórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine... ejus, ſicut liberáſti... de lacu leónum.

Líbera Dómine ánimam ejus, ſicut liberáſti tres púeros de camino ignis ardéntis & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ejus, ſicut liberáſti Suſánnam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ejus, ſicut liberáſti David de manu regis Saül, & de manu Góliath. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ejus, ſicut liberáſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beátam Theclam vírginem & mártyrem tuam liberáſti, ſic liberáre dignéris ánimam ejus, & tecum fácias n cœléſtibus bonis gaudére. ℟. Amen.

Commendámus tibi Dómine ánimam fámuli tui (*vel* famulæ tuæ) N. premúrque te Dómine Jeſu ... riſte, ſalvátor mundi; ut ... pter quam ad terram mi... córditer deſcendíſti, Pa... rchárum tuórum ſínibus ... uáre non rénuas. Agnóſ... Dómine creatúram tuam, ... à diis aliénis creátam, ſed ... ſolo Deo vivo & vero; ... non eſt álius Deus præter ... etífica Dómine ánimam ... n conſpéctu tuo, & ne ... neris iniquitátum ejus ... árum. Licèt enim pec... , tamen Patrem, & ... , & Spíritum-ſanctum ... ávit, ſed crédidit, & zelum Dei in ſe hábuit, & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Orémus.

DElícta juventútis, & ignorántias ejus, quæſumus, ne memíneris Dómine, ſed ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli; collæténtur illi Angeli. In regnum tuum Dómine creatúram tuam ſúſcipe. Suſcípiat eam ſanctus Michaël archángelus Dei, qui milítiæ cœléſtis méruit principátum. Véniant illi óbviàm ſancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœléſtem Jerúſalem. Suſcípiat eam beátus Petrus apóſtolus, cui à Deo claves regni cœléſtis tráditæ ſunt. Adjuvet eam ſanctus Paulus apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electiónis. Intercédat pro ea ſanctus Joánnes eléctus Dei apóſtolus, cui reveláta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro ea omnes ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt poteſtas ligándi atque ſolvéndi. Intercédant pro ea omnes Sancti & elécti Dei, qui pro Chriſti nómine torménta in hoc ſéculo ſuſtinuérunt; ut vínculis carnis exúta, perveníre mereátur ad glóriam regni cœléſtis, præſtánte Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spíritu-ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Verna.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus, Confitémini Dómino, 12. *& totus Pſalmus*, Beáti immaculáti, *per Horas Dominicæ diſtributus*, 13.

Egreſſâ autem animâ, aſpergitur corpus aquâ benedictâ & dicitur,

℟ Juſtus es, Dómine; & omnes viæ tuæ, miſericórdia, & véritas, & judícium: * Nunc Dómine memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis. † Nunc Dómine præcipe in pace récipi ſpíritum meum. *Tob.* 3. 2. 3. 6. ℣. In manus tuas comméndo ſpíritum meum. *Luc.* 23. 46. * Nunc Dómine memor. ℣. Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. *Act.* 7. 58. † Nunc Dómine præcipe.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon.

Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, líbera me. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, ℟. Dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat. *Pſ.* 7. 2. 3.

℣. In te Dómine ſperávi, ℟. Non confúndar in ætérnum. *Pſ.* 30. 2.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 1.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) N. ut defúnctus (*vel* defúncta) ſæculo, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commiſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſtérge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipitur abſolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. *toni.* c. Placébo.

Pſalmus. 114.

DIléxi, quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ;

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam; * miſéricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus, * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Réquiem ætérnam dona eis *Dómine* * *& lux perpétua lúceat eis.*

Et ſic in fine Pſalmorum & Canticorum hujus Officii.

Ant. Placébo Dómino in regióne vivórum. *v.* 9.

Ant. 2. D. Heu mihi.

Pſalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi, * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt; habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt. *v.* 5.

Ant. 8. G. Dóminus.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum,* neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te; Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te,* neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo;* cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum, & éxitum tuum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Dóminus cuſtódit te ab omni malo; cuſtódiat ánimam tuam Dóminus. *v.* 7.

Ant. 8. G. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine;* Dómine exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine, * Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: * & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus;* ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio:

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris Dómine, Dómine quis ſuſtinébit? *v.* 3.

Ant. 2. D. Opera.

Pſalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo; * quóniam audíſti verba oris mei.

In conſpéctu Angelórum pſallam tibi; * adorábo ad templum ſanctum tuum;

Et confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua, & veritáte tua; * quóniam magnificáſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacúnque die invocávero te, exaúdi me; * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini,* quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit,* & alta à longè cognóſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me;* & ſuper iram inimicórum meórum extendíſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: Dómine miſericórdia tua i

n ; * ópera mánuum
ı ne deſpícias.
. Opera mánuum tuá-
ómine,ne deſpícias.*v*.8.
Magníficat, *Ant.* 7. c.
, quod dat mihi Pater,
véniet ; & eum , qui
ıd me, non ejíciam fo-
'an. 6. 37.
e eléïſon. Chriſte eléï-
Kyrie eléïſon. *ſecretò*,
noſter , &c.
es & Orationes , ut in-
Laudibus , xlvj.
equantur Vigiliæ , poſt
nem non dicitur ℣. Re-
ınt in pace.

' VIGILIAS.

ıitatorium , Deum cui
: vivunt,* Veníte, ado-
. *Luc.* 20. 38.
mus, Veníte, 2. *In cujus*
ıcò Glória Patri, *dicitur*
em ætérnam dona eis
ne; & lux perpétua lú-
:s.
Ecclesia Cathedrali dici-
ıtùm unum Nocturnum
ùm Feriam ; id eſt , pri-
Nocturnum Feriâ ſecun-
quintâ : ſecundùm No-
m Feriâ tertiâ & ſextâ.
m denique Nocturnum
quartâ & Sabbato. In
verò Eccleſiis pro conſue-
locorum.

I. NOCTURNO.

:. 7. c. Dírige.

Pſalmus 5.

VErba mea aúribus pércipe *Dómine* ,* intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ,* Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo ;* Dómine manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo ;* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes qui operántur iniquitátem ; * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam ; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in juſtítia tua, propter inimícos meos :* dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas ; * cor eórum vanum eſt.

Sepúlcrum patens eſt guttur eórum , linguis ſuis dolósè agébant : * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis,* ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui ſperant in te ; * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes

qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronáſti nos.

Ant. Dírige in conſpéctu tuo viam meam. *v. 9.*

Ant. 8. G. Salvum me fac.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei Dómine, quóniam infirmus ſum; * ſana me Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu Dómine úſquequo?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; * lavábo per ſíngulas noctes lectum meum: lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam; * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant, & conturbéntur vehementer omnes inimí-

ci mei: * convertán
erubéſcant valde veló

Ant. Salvum me fa
ter miſericórdiam tua
niam non eſt in morte
mor ſit tuî. *v. 5. 6.*

Ant. 8. G. Illúmi

Pſalmus 12.

USquequo Dómi
viſcéris me in f
úſquequo avértis fáci
à me?

Quándiu ponam co
ánima mea, * dolórem
de meo per diem?

Uſquequo exaltábi
micus meus ſuper me
pice, & exaúdi me I
Deus meus.

Illúmina óculos n
unquam obdórmiam
te: * nequándo dica
cus meus: Præválui
eum.

Qui tríbulant me,
bunt ſi motus fúero
autem in miſericórdia
rávi.

Exultábit cor meu
lutári tuo; * cantáb
mino qui bona tribu
& pſallam nómini Dó
tíſſimi.

Ant. Illúmina ócul
ne unquam obdórm
morte. *v. 4.*

℣. Ne tradas béſtii
confiténtes tibi, ℟. E
paúperum tuórum ne
cáris in finem. *Pſ. 73*

Pater noſter, &c.
deinde mediocri voc

nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Benedictionibus, & ſine Titulo.

Lectio j.

Job cap. 7. 1. *ad* 8.

MIlítia eſt vita hóminis ſuper terram: & ſicut dies mercenárii, dies ejus. Sicut cervus desíderat umbram, & ſicut mercenárius præſtolátur finem óperis ſui; ſic & ego hábui menſes vácuos, & noctes labórióſas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam: Quando conſúrgam? & rurſum expectábo véſperam, & replébor dolóribus uſque ad ténebras. Indúta eſt caro mea putrédine & ſórdibus púlveris; cutis mea áruit, & contrácta eſt. Dies mei velóciùs tranſiérunt quàm à texénte tela ſuccíditur, & conſúmpti ſunt abſque ulla ſpe. Meménto quia ventus eſt vita mea, & non revertétur óculus meus ut vídeat bona, nec aſpíciet me viſus hóminis.

In fine Lectionum non additur, Tu autem, *nec quidquam aliud.*

℟. Scio quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Job* 19. 25. 26. ℣. Opórtet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem; & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * *Et in carne.*

Lectio ij. *v.* 16. *ad fin.*

PArce mihi, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum dilúculò, & ſúbitò probas illum. Uſquequo non parcis mihi, nec dimíttis me ut glútiam ſalívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô cuſtos hóminum; Quare poſuíſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetípſi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce, nunc in púlvere dórmiam: & ſi manè me quæsíeris, non ſubsíſtam.

℟. Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium ut vídeant ſemper. *Dan.* 12. 2. ℣. Procédent qui bona fecérunt, in reſurrectiónem vitæ; qui verò mala egérunt, in reſurrectiónem judícii. *Joan.* 5. 29. * Evigilábunt.

Lectio iij. *c.* 10. 1. *ad* 7.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsùm me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre; índica mihi cur me ita júdices. Nunquid bonum tibi vidétur, ſi calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & consílium impiórum ádjuves? Nunquid óculi cárnei tibi ſunt: aut

ſicut videt homo, & tu vidébis? Nunquid ſicut dies hóminis dies tui, & anni tui ſicut humána ſunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum ſcrutéris? & ſcias quia nihil ímpium fécerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit erúere.

℟. Ego ad Dóminum aſpíciam, expectábo Deum ſalvatórem meum: * Conſúrgam cùm ſédero in ténebris. Iram Dómini portábo, quóniam peccávi ei, donec cauſam meam júdicet. *Mich.* 7. 7. 8. 9. ℣. Ipſe eſt qui conſtitútus eſt à Deo judex vivórum & mortuórum. *Act.* 10. 42. * Conſúrgam.

Quando unicum dicitur Nocturnum, Reſponſorium præcedens repetitur à principio uſque ad ℣.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. In médio.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me; * ánimam meam convértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam, & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam, * advérſus eos qui tríbulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniam tu mecum es. *v.* 4.

Ant. 8. G. Delícta.

Pſalmus 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam: * Deus meus in te confído, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérſi qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * ſupervácuè.

Vias tuas Dómine demónſtra mihi; * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómine, * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

tuam meménto meî tu,* propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus:* propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício : * docébit mites vias ſuas.

Univérſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtaméntum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : * multum eſt enim.

Ant. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris. *v.* 7.

Ant. 2. D. Vide.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur; * & ſemen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtaméntum ipsíus ut manifeſtétur illis.

Oculi meì ſemper ad Dóminum;* quóniam ipſe evéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî;* quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt: * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum; * & dimítte univérſa delícta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt; * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me : * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocéntes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera Deus, Iſraël * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Vide humilitátem meam, & labórem meum; & dimítte univérſa delícta mea. *v.* 18.

℣. In memória ætérna erit juſtus, ℟. Ab auditióne mala non timébit. *Pſ.* 111. 7.

Pater noſter, &c. *ſecretò.*

℣. Et ne nos, &c.

Lectio iv. *Job c.*10.8. *ad* 12.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu: & ſic repéntè præcípitas me? Meménto quæſo quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne ſicut lac mulsíſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtíſti me; óſſibus & nervis compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

℟. Deus meus, ne síleas à me: * Ne ſimul trahas me cum peccatóribus; & cum operántibus iniquitátem ne perdas me. *Pſ.* 27.1.3. ℣. Pars illórum erit in ſtagno ardénti, igne & ſúlphure. Apoc. 21. 8. * Ne ſimul.

Lectio v. *v.* 14. *ad fin.*

SI peccávi, & ad horam pepercíſti mihi; cur ab iniquitáte mea mundum me eſſe non páteris? Et ſi ímpius fúero, væ mihi eſt: & ſi juſtus, non levábo caput, ſaturátus afflictióne & miſériâ. Et propter ſupérbiam quaſi leænam cápies me, reverſúſque mirabíliter me crúcias. Inſtaúras teſtes tuos contra me, & multíplicas iram tuam advérsùm me, & pœnæ mílitant in me. Quare de vulva eduxíſti me? qui útinam conſúmptus eſſem ne óculus me vidéret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de útero tranſlátus ad túmulum. Nunquid non paúcitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam paúlulùm dolórem meum: ántequam vadam, & non revértar, ad terram tenebróſam, & opértam mortis calígine; terram miſériæ & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempitérnus horror inhábitat.

℟. Non intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine, * Quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2. ℣. Si juſtus vix ſalvábitur, ímpius & peccátor ubi parébunt? 1. *Petr.* 4. 18. * Quia.

Lectio vj. *c.* 13. 23. *ad fin.*

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta, ſcélera mea & delícta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuíſti in nervo pedem meum, & obſervâſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideráſti: qui quaſi putrédo conſuméndus ſum, & quaſi veſtiméntum quod coméditur à tínea.

℟. Manum tuam, Deus, longè fac à me, & * Formido tua non me térreat. Cur fáciem tuam abſcóndis? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam. *Job* 13. 21. 24. 25. ℣. Horréndum eſt incídere in manus Dei vivéntis. *Hebr.* 10. 31. * Formido.

Quando unicum dicitur Nocturnum, Reſponſorium præcedens repetitur à principio uſque ad ℣.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Unam pétii.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum appropíant ſuper me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimici mei, * ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Si conſíſtant advérsùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium,* in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me:* & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis:*cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Ant. Unam pétii à Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini. *v.* 4.

Ant. 4. E. Credo.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaúdi Dómine vocem meam, quâ clamávi ad te: * miſerére meî, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelínquas me; * neque deſpícias me *Deus ſalutáris meus.*

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me;* Dóminus autem aſſúmpſit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, & confortétur cor tuum,* & ſúſtine Dóminum.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *v.* 13.

Ant. 8. G. Sitívit.

Pſalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confeſſiónis, * ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meípſum ánima mea conturbáta eſt: * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies, * Ubi eſt Deus tuus?

Quare triſtis es ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? *v.* 3.

℣. Transíbo in locum tabernáculi admirábilis, ℟. Uſque ad domum Dei. Pſ. 41. 5.

Pater noſter, &c. ſecretò.

℣. Et ne nos, &c.

Lectio vij.

Job c. 16. 23. *& c.* 17. 1. *ad* 3.

ECce breves anni tránſeunt, & ſémitam per quam non revértar, ámbulo. Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, & ſolùm mihi ſupereſt ſepúlcrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me juxta te, & cujúſvis manus pugnet contra me.

℟. Operi mánuum tuárum, Deus, pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeráſti, ſed * Parce peccátis meis. *Job* 14. 15. 16. ℣. Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18. 13. * Parce.

Lectio viij. *v.* 11. *ad fin.*

DIes mei tranſiérunt, cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero, inférnus domus mea eſt, & in ténebris ſtravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; mater mea, & ſoror mea vérmibus. Ubi eſt ergo nunc præſtolátio mea, & patiéntiam meam quis conſíderat? In profundíſſimum inférnum deſcéndent ómnia mea: putáſne ſaltem ibi erit réquies mihi?

℟. Dómine Deus meus in te ſperávi; ſalvum me fac, & * Líbera me; nequándo rápiat ut leo ánimam meam, dum non eſt qui rédimat. Pſ. 7. 2. 3.

℣. Adverſárius tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret. 1. *Petr.* 5. 8. * Líbera me.

Lectio ix. *c.* 19. 20. *ad* 27.

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelícta ſunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miſerémini meî, miſerémini meî, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat ut ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det ut exaréntur in libro ſtylo férreo, & plumbi láminâ, vel celte ſculpántur in sílice? Scio enim quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum; & rurſum circúndabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum; quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius. Repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me. Non abſórbeat me profúndum, neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. * Exaúdi me quóniam * Benígna eſt miſericórdia tua.* Inténde ánimæ meæ, & líbera eam. *Pſ.* 68. 15. 16. 17. 19. ℣. Miſerére meî Dómine, fili David: Dómine ádjuva me. *Matt.* 15. 22. 25. * Exaúdi *me.* ℣. *Dómine Deus, rex ſeculórum, ſolus* pius es. *Apoc.* 15. 3. 4.* Benígna eſt. ℣. Occíſus es, Dómine, & redemíſti nos Deo in ſánguine tuo. *Apoc.* 5. 9. * Inténde. ℟. Líbera me.

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. 1. â. Secúndùm.

Pſalmus 50.

MIſerére meî Deus * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam;

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me:

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me

Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua;* & ſpíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries;* & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrifícium, dedíſſem útique; * holocaúſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus; * cor contrítum & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocaúſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Ant. Secúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum dele iniquitátem meam. *v.* 3.

Ant. 8. G. Exaúdi.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaúdi oratiónem meam; * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegíſti, & aſſumpsíſti; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ: * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtiâ: * qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis: * éxitus matutíni & véſperè delectábis.

Viſitáſti terram, & inebriáſti eam; * multiplicáſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis: * paráſti cibum illórum, quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſérti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Exaúdi oratiónem

ad te omnis caro vé-
3.
8. G. Propter nomen

Pſalmus 142.
mine exaúdi oratiónem
ɜam, áuribus pércipe
tiónem meam in veri-
ι, * exaúdi me in tua
;
ɔn intres in judícium
rvo tuo, * quia non
bitur in conſpéctu tuo
vivens;
: perſecútus eſt inimí-
nam meam, * humiliá-
erra vitam meam;
ocávit me in obſcúris
órtuos ſǽculi, * & anxiá-
uper me ſpíritus meus,
ırbátum eſt cor meum.
ıor fui diérum anti-
ı, meditátus ſum in
ıs opéribus tuis, * &
: mánuum tuárum me-

.ndi manus meas ad
ıima mea ſicut terra
ıa tibi.
ɔciter exaúdi me Dó-
* defécit ſpíritus meus.
avértas fáciem tuam à
& ſimilis ero deſcen-
.s in lacum.
:am fac mihi manè mi-
liam tuam; * quia in
ıvi.
ın fac mihi viam in qua
m; * quia ad te levávi
ı meam.
: me de inimícis meis
, ad te confúgi; * doce

me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos;

Et pérdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum Dómine, vivificábis me. *v.* 11.

Ant. 3. c. Miſerére.

Canticum.

Baruch 3. 1. *ad* 6.

DOmine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius, clamat ad te:

Audi Dómine, & miſerére, quia Deus es miſéricors, & miſerére noſtrî; * quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempitérnum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſraël, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël,

Et filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminíſſe iniquitátum patrum noſtrórum, * ſed meménto manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto:

Quia tu es Dóminus Deus noſter; * & laudábimus te Dómine.

Ant. Miſerére noſtri; quia peccávimus ante te. *v.* 2.

Ant. 7. b. Omnis.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ;* laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Omnis ſpíritus laudet Dóminum. *v.* 6.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. E. Ego ſum reſurréctio & vita: qui credit in me, etiámſi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit, & credit in me, non moriétur in ætérnum. *Joan.* 11. 25. 26.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. *ſecretò*, Pater noſter. *Deinde mediocri voce* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Clamávi ad te Dómine; dixi: Tu es ſpes mea, ℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Pſ.* 141. 6.

℣. Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confitendum nómini tuo; ℟. Me expéctant juſti, donec retríbuas mihi. *Pſ.* 141. 8.

℣. Cuſtódi ánimam meam, & érue me: ℟. Non erubéſcam, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 24. 20.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

In depoſitione Pontificis,

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum N. Pontificáli feciſti dignitáte vigére; præſta quæſumus, ut eórum perpétuo aggregétur conſórtio; Per Dóminum noſtrum.

In depoſitione Sacerdotis,

Oratio.

PRæſta, quæſumus Dómine, ut ánima fámuli tui N. Sacerdótis quem in hoc ſéculo commorántem, ſacris munéribus decoráſti, in cæléſti ſede glorióſa ſemper exultet; Per Dóminum.

In depoſitione Defuncti non Sacerdotis,

Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur; ut ánimam fámuli tui N. quam de hoc

hoc ſéculo migráre juſsiſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe consórtem; Per.

In depoſitione Defunctæ,
Oratio.

QUæſumus Dómine, pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ N. & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ ſalvatiónis partem reſtítue; Per Dóminum.

In Anniverſariis,
Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da ánimæ fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) N. cujus anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem; [Per Dóminum.]

In primo Anniverſario dicitur tantùm prædicta Oratio; in aliis adduntur duæ ſequentes ſub eadem concluſione.

Pro Benefactoribus.

DEus véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor; quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beátâ Maríâ ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómnium *cónditor & redémptor,* ánimábus ómnium fidélium defunctórum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Requiéſcant in pace.
℟. Amen.

Pro pluribus Defunctis, Oratio.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere; propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis abſolútæ, transíre mereántur ad vitam; Per Dóminum.

Privatim pro defunctis Patre & Matre, Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepíſti; miſerére cleménter animábus patris mei ac matris meæ, eorúmque peccáta dimítte; meque eos in ætérnæ claritátis gaúdio fac vidére; Per Dóminum.

PSALMI GRADUALES.

Dicuntur quinque primi Pſalmi ſine Glória Patri, *ſed in fine ultimi dicitur,* Réquiem ætérnam, &c.

Inchoantur abſolutè ſine Antiphona Pſalmi, Ad Dóminum cùm tribuláret, 41. Levávi óculos, 41. Lætátus ſum, 56.

Ad te levávi, 57. Niſi quia Dóminus, 57.

In fine dicitur, Réquiem ætérnam dona eis Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Convértere Dómine, úſquequo? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum; ut in reſurrectiónis glória, inter Sanctos & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt Orationem ſtatim dicuntur ſequentes alii quinque Pſalmi abſolutè; & in fine cujuſlibet dicitur, Glória Patri.

Pſalmi, Qui confidunt, 57. In converténdo, 57. Niſi Dóminus, 72. Beáti omnes, 72. Sæpe expugnavérunt, 73.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò*. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſedíſti ab inítio. *Pſ.* 73. 2.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſólvat; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Similiter poſt hanc Orationem dicuntur ſequentes quinque Pſalmi, cum Glória Patri, *in fine cujuſlibet.*

Pſalmi, De profúndis, 73. Dómine non eſt exaltátum, 73. Meménto Dómine, 88. Ecce quàm bonum, 89. Ecce nunc benedícite, 135.

Deinde dicitur flexis genibus, Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò*. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Deus ómnium, miſerére plebi tuæ, ℟. Super quam invocátum eſt nomen tuum. *Eccli.* 36 14.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor

meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum;

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

PRæténde, quæſumus Dómine, fámulis & famulábus tuis déxteram cœléſtis auxílii; ut te toto corde perquírant, & quæ digné póſtulant, cónſequi mereántur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

ITINERARIUM.

Viator, in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat quæ ſequuntur in ſingulari; ſi cum ſociis, in plurali, ut ſequitur.

Canticum, Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, 11.

Ant. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miſéricors Dóminus: & ángelus Ráphaël comitétur nobíſcum in via, ut cum pace, ſalúte, & gaúdio revertámur ad própria.

Kyrie eléïſon. Chriſte eléïſon. Kyrie eléïſon. Pater noſter, &c. *ſecretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos ℟. Deus meus ſperántes in te. *Pſ.* 85. 2.

℣. Mitte nobis Dómine auxílium de ſancto, ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19. 2.

℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60. 4.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88. 23.

℣. *Benedíctus* Dóminus die quotídie: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67. 20.

℣. Vias tuas Dómine demónſtra nobis; ℟. Et ſémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24. 4.

℣. Utinam dirigántur viæ noſtræ ℟. Ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118. 5.

℣. Erunt prava in dirécta, ℟. Et áſpera in vias planas. *Iſai.* 40. 4.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te, ℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis. *Pſ.* 90. 11.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui fílios Iſraël per maris médium ſicco veſtígio ire feciſti, quique Magis iter ad te ſtellâ duce pandíſti; tríbue nobis, quæſumus, iter próſperum, tempúſque tranquíllum; ut, Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quo pérgimus locum, ac demum ad ætérnæ ſalútis portum perveníre felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes

ſuæ peregrinatiónis vias illæſum cuſtodíſti; quæſumus, ut nos fámulos tuos cuſtodíre dignéris: eſto nobis Dómine in procínctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, próſperè perveniámus, & demum incólumes ad própria redeámus.

ADéſto, quæſumus Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes tuo ſemper protegámur auxílio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joánnis præcurſóris hortaménta ſectándo, ad eum quem prædíxit, ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum fílium tuum. ℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini. ℟. Amen.

LITANIÆ

In honorem beatæ Mariæ virginis, è ſacris Scripturis deſumptæ.

Kyrie eléïſon.
Chriſte eléïſon.
Kyrie eléïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaúdi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.
Fili redémptor mundi Deus, Miſerére nobis.
Spíritus-ſancte Deus, Miſerére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Mater Chriſti, *Matt.* 1. 16. Ora pro nobis.
Mater, virgo pérmanens, *Matt.* 1. 18. Ora pro nobis.
Múlier cónterens caput ſerpéntis, *Gen.* 3. 15. ora.
Múlier amícta ſole, *Apoc.* 12. 1. ora.
Terra gérminans Salvatórem, *Iſai.* 45. 8. ora.
Rubus ardens incombúſtus, *Exod.* 3. 2. ora.
Vellus Gedeónis cœléſti rore perfúſum, *Judic.* 6. 38. ora.
Hortus conclúſus, *Cant.* 4. 12. ora.
Fons ſignátus, *Cant.* 4. 12. Ora pro nobis.
Tabernáculum Dei cum hominibus, *Apoc.* 21. 3. ora.
Domus majeſtátis Dómini glorificáta, *Iſai.* 60. 7. ora.
Virgo, Prophetárum oráculis prænuntiáta, *Iſai.* 7. 14. ora.
Virgo auróra conſúrgens, *Cant.* 6. 9. ora.
Virgo pulcra ut luna, *Cant.* 6. 9. ora.
Virgo elécta ut ſol, *Cant.* 6. 9. ora.
Virgo novi fœderis arca, *Exod.* 25. 21. ora.
Virgo cujus humilitátem reſpéxit Deus, *Luc.* 1. 48. ora.
Virgo grátiâ plena, *Luc.* 1. 28. ora.
Virgo benedícta in muliéribus, *Luc.* 1. 28. ora.
Virgo in quam ſupervénit Spíritus-ſanctus, *Luc.* 1. 35. ora.
Virgo Altíſſimi virtúte obumbráta, *Luc.* 1. 35. ora.
Virgo concípiens de Spíritu-ſancto, *Matt.* 1. 18. ora.
Virgo páriens Emmánuël, *Matt.* 1. 23. ora.
Virgo quæ te ancíllam Dómini confeſſa es, *Luc.* 1. 38. ora.
Sancta María de qua natus eſt Jeſus, *Matt.* 1. 16. ora.
Sancta María legi Purificatiónis ſponte ſúbdita, *Luc.* 2. 22. ora.
Sancta María fílium in dolóre tríduò quærens, *Luc.* 2. 46. ora.

in exemplum adduci modulationis obſervandæ in variis caſibus Intonationum, Mediationum & Terminationum. Sic in aliquibus, dictiones Sion & Jacob indicantur longæ quantitatis in prima ſyllaba, ut idem judicium de ſimilibus feratur. Sic etiam in quibuſdam, dictiones Iſraël, David, quæ ſunt Hebrææ indeclinatæ, & dictiones ſum, eſt, me, fac, quæ ſunt monoſyllabæ, habent cantum ſpecialem & incompletum, ut hinc de ſimilibus judicetur. Sic pariter voces Credidi, Domine pro initio Intonationis poſitæ ſunt, ut inde liqueat quomodo in ſyllabis brevibus ordinanda ſit Intonatio: & voces Judica me, Eripe me pro regula Intonationis in eo caſu quo duæ ſyllabæ pronuntiatione breves monoſyllabam præcedunt. Sic tandem in exemplum Mediationis de tertio & ſeptimo Modo hic affertur Pſ. Laudate Dominum de cœlis; & in exemplum Terminationis de quinto & ſeptimo Modo hæ voces ſecundùm verbum tuum in pace.

Notandum 2°. in Officio Defunctorum omnes Pſalmos & Cantica incipi ſine modulatione Intonationis, ſed in directum; & in Canticis mediationem fieri ut in Pſalmis. Ita etiam in Feriis & Feſtis Simplicibus quantùm ad Pſalmos, niſi aliter notetur.

DE NEUMATIBUS.

In omnibus Feſtis ac Dominicis cujuſvis gradûs, & diebus Ferialibus, Neuma fit tantùm in fine ultimæ Antiphonæ Veſperarum, cujuſque Nocturni, & Laudum; poſt Antiphonas Canticorum Evangelicorum; in fine Antiphonæ Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ & Completorii; & in fine Antiphonæ Cantici Nunc dimittis.

Poſt Antiphonas ex ſupradictis quæ duplicantur, non fit Neuma, niſi cùm pro ultima vice cantatæ ſunt.

Fit etiam Neuma in fine Te Deum.

In quacunque Commemoratione non fit Neuma in fine Antiphonæ.


Die Nativitatis Domini, Te Deum, & Antiphonæ Laudum terminantur ſine Neumate.

A Feria quinta in Cœna Domini ad Nonam Sabbati Hebdomadæ Paſchæ incluſivè, nullum fit Neuma poſt Antiphonas. Quod & obſervatur in Officio Defunctorum.


I. MODUS *ſeu* TONUS.




In Canticis Evangelicis primi Modi, intonatio & mediatio fiunt ut in Pſalmis.



Bene- dictus . . . I-ſra- ël. * Magni- ficat. *




Et e-xultavit. . . meus. * *f.* *




D*. D.


Pſalmodia primi toni per D* *deſignati, etiam pro Canticis Evangelicis.*



In e-xitu Iſra-ël de Ægypto, * do-




mus Jacob de popu-lo bar-baro.



Non nobis, Domine, non nobis. * Be-




Neuma ſeu Jubilum primi Modi.





****


II. MODUS.





In Canticis Evangelicis.














Neuma ſecundi Modi.




Per Hebdomadam Paſchæ , ad Horis minores.





g.


III. MODUS.



Lauda- te Dominum omnes gentes. * Do-
minus regnavit decorem indutus eſt. *
Lauda- te Dominum de cœlis. * E-ri-
pe me. c. a.
g. g.
a. E.




In Canticis Evangelicis.








Neuma tertii Modi.



IV. MODUS.







Hæc ultima Terminatio adhibetur tantùm in Canticis Evangelicis, cum cantu ſequenti.




Neuma quarti Modi.




IV. MODI *ſpecies altera, vulgò dicta*
IV. IRREGULARIS.



Dixit Dominus Domino meo. * Deus




in nomine tu-o ſalvum me fac. *




c. A.


In Canticis Evangelicis.



Bene- dictus ... Iſraël.. * Et e- re-xit




cornu ſalu- tis no- bis. * Magni- ficat. *



Et e- xultavit ſpi- ri-tus me-us. *

Neuma quarti Modi irregularis.




V. MODUS.




In Canticis Evangelicis fit ut in Pſalmis.



n




e-xultavit ſpi-ri-tus me-us.




F.

Neuma quinti Modi.




VI. MODUS

In utraque ſpecie.




Lauda-te pu-e-ri Dominum.*Credidi




propter quod locutus ſum.* F. *vel* C.

Cantica Evangelica in F *vel* C *cantantur omnino ut Pſalmi.*


Alius cantus pro Canticis Evangelicis in F. vel C.



Magni- ficat * a-nima me- a Domi-




num. Et e- xulta-vit ſpi-ri-tus meus. *




F. vel C.


Neuma ſexti Modi.




VII. MODUS.




Lauda-te Dominum de cœ-lis. *




Credidi... locu-tus ſum. *Nunc di-mittis....




ſecundùm verbum tuum in pa-ce.



d. d.




b. c.




a.


In Canticis Evangelicis.




Bene- dictus Dominus Deus Iſra-ël. *



Et e- rexit cornu ſa-lutis no-bis.*



Magni- ficat.* Et e- xultavit.



G.


Neuma ſeptimi Modi.



VIII. MODUS.



In Canticis Evangelicis.





Neuma octavi Modi.

